XV.
F.
34.
BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XV
F
34
NAPOLI

Google

PRAXIS
DE
PATRONATU REGIO, ET SÆCULARI.

Biblioteca Nazionale NAPOLI

Digitized by Google

XV
J
34

Digitized by Google

PRAXIS
DE
PATRONATU REGIO, ET SÆCULARI.

OPUS PLANE NECESSARIUM JUDICIBUS
Coronæ ad ſimiles cauſas Patronatûs Regii,
& Sæcularis decidendas.

SUMMORUM PONTIFICUM DECRETIS,
SACRÆ ROTÆ DECISIONIBUS, ET COMMUNI
Doctorum authoritate fulcitum, pluribus Judicii Coronæ Regni
Portugalliæ Sententiis roboratum.

CUM DUPLICI INDICE LOCUPLETISSIMO: ALTERO RESOLUTIONUM:
altero rerum, & verborum.

AUTHORE

BENEDICTO CARDOSO OSORIO,
LUSITANO, EX NOBILI OPPIDO S. JOANNIS IN ORE DURII INFRA Civitatem Portuenſem oriundo, utriuſque juris Doctore, & quondam Promotore, & Procuratore Fiſcali Epiſcopatûs Portuenſis; poſtea Archiepiſcopatûs Bracharenſis, Hiſpaniarum Primatis Procuratore, & Senatore; Legatiæque hujus Regni Judice aſſeſſore, & Regii Statûs Bargantiæ, & Sereniſſimorum Infantium D. Petri, & D. Catharinæ, Senatore, & Procuratore Generali.

OPUS POSTHUMUM
D. O. & C.
ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. FRANCISCO DE ALMEIDA,
E' COMITIBUS ASSUMARIENSIBUS, SACRÆ INQUISITIONIS JUDICI, & Promotori quondam Conimbricenſi; nunc in Ulyſſipponenſi itererum Judici Deputato, Archidiacono S. Petri de França in Cathedrali Viſenſi, Regalis Academiæ Hiſtoriæ Socio.

ULYSSIPPONE OCCIDENTALI:
Typis JOSEPHI ANTONII DA SYLVA, Regalis Academiæ Typographi.

M. DCC. XXXVI.
Cum facultate Superiorum.
Venales proſtant apud *Joannem Baptiſtam Lerſo.*

Digitized by Google

ILLUSTRISSIME DOMINE.

P*RAXIM de Patronatu Regio, & Laicali ſic avidus, & ſagax in Bibliothecam reduxiſti, ut quæ ſupererant fragmenta, integritati reſtituta, Opus compleant, & perficiant, Regno imprimis utile, Judicibus utriuſque fori gratum, & neceſ-*

Digitized by Google

neceſſarium. Terruit multos diligentia, & labor ille tuus, Domine Patrone Colendiſſime, nec videbaris Bibliothecam minuere, ſed vulgare nolle credebaris Reſolutiones illas, quibus inveſtigandis, conſcribendis, emendandiſque curam, & diſpendia impendiſſes. Acceſſi tamen fretus benignitate; & Doctorum votis, deſiderioque expoſitis, amicorum preces recepiſti, & tua liberalitate, ac animi magnitudine indulſiſti, quod petieram. Videlicet MS. de Patronatu à Benedicto Cardoſo Oſorio compoſitum, publici juris fieri, artis Typographicæ beneficio. Nequid nimium gereres, temperaſti affectum illum avaritiæ, qua æſtuant communiter Bibliothecarum idolatræ; adorationem illam vulgarem ſpernit magnificentia tua, cultum, & numerum, ut augeat indies. Honeſtatis aram in corde erexiſti, ab omni immunda labe remotiſſimam: rationabilia æquanimiter conſideras, & obſervas; ut prudentiæ lucem veritatis adjungas: diſſipes inſuper vitiorum anxietates, Scientiis verò in ſcholis, & foro utilitate, & magnanimitate ſuccurras: maiora ſubtilitatibus non ſine perſpicacia excogitas, ut quæ ſit vera ratio docendi, ac diſcendi, imò & conſulendi, atque judicandi trames appareat in literatorum conflictu, & opinionum tenebris non obſcuris. Claritatem lucis tuæ Philoſophia, Matheſis, Theologia, Juriſprudentia, Humaniores, & ſacratiores literæ teſtantur; probant amorem provehendi cæteros, & exempla, & favor iſte tuus, quo beamur. Sed claritas hæc, Domine Illuſtriſſime, generis antiquitati, & ſplendori debebatur, nec aliter familiæ exornantur, quàm longâ, & ſucceſſivâ factorum admiratione, in qua Reſpublica ipſa ſe nutriat. Gradus, ætates, generationes numeras à (1) Magno Gundiſalvo Moniſio, Comite Portuenſi, & Ferienſi, & ab Infante D. Mumia, Bermudi (2) Legionenſium Regis filiâ, per (2) Comitem D. Muninium Viegam, Gaſtum nuncupatum (S. Siſenandi fratrem) & D. Bellidam Trocoſendes, ejus conjugem, à quibus eſt (3)

D.

D. Egas Muniſius, pater Comitis (4) Didaci Hermigii, qui ex D. Senorinia Alphonſi (S. Rauſendi germana) ſuſcepit (5) D. Pelagium Diaſium Amatum, Monaſterii Burienſis fundatorem, cui D. Muninia Guterrii thoro dedit (6) D. Suerium Pelagii Guterrii Amatum, quem Regum noſtrorum Parens, & Regni author Henricus, Comes Portugalliæ, in tutela, & cura ſervavit in gratiam benevolentiæ paternæ, & honorem nobilitatis. Duxit ille D. Juſtam Pelagii Sylviam, Pelagii Guterrii Sylvii natam, & genuit (7) D. Pelagium Guterrii Amatum ab Almeidana arce nuncupatum, cui prolem dedit D. Thereſia Aneſii uxor nobiliſſima, videlicet (8) D. Ferdinandum Pirium Almeidam, Præfectum Caſtelli Avoenſis, qui reliquit (9) D. Ferdinandum Ferdinandi de Almeida, patrem (10) Alvari Ferdinandi de Almeida, qui rurſus extitit pater (11) Magni Ferdinandi Alvareſii de Almeida, Joannis I. Regis œconomi, Clavigeri Aviſenſis, à quo (12) Didacus Ferdinandi de Almeida, Abrantii Præfectus maior : e quibus recto ordine deſcendit (1) D. Lupus de Almeida, Comes Abrantii, (2) D. Didacus Ferdinandi de Almeida, Prior Cratenſis, Legatus Joannis II. Regis, apud Curiam Caſtellæ, Saltuarius maximus (frater D. Georgii Epiſcopi Conimbricenſis, & D. Ferdinandi Epiſcopi Ceptenſis, ac Magni Franciſci de Almeida, Indiæ Pro-Regis:) (3) D. Lupus de Almeida, Sophalæ Gubernator; (4) D. Petrus de Almeida (frater alterius Georgii, Rectoris Conimbricenſis, Archiepiſcopi Uliſſipponenſis, Inquiſitoris Generalis, Regni Gubernatoris, & Stephani Epiſcopi Aſturienſis:) Præſes Senatus Ulyſſipponenſis, Conciliarius Regis Sebaſtiani; (5) D. Lupus de Almeida, Præfectus Alcobaciani Caſtelli; (6) D. Joannes de Almeida, ſcholæ epularum Tribunus; (7) D. Petrus de Almeida, Pro-Rex Indiarum, Comes Aſſumarienſis; denique Excellentiſſimus D. D. Joannes de Almeida, Parens tuus, Comes Aſſumarienſis,

rienſis, Tribunus Regiæ Domus, Legatus Extraordinarius in Curia Caroli III. Hiſpaniarum, VI. Imperatoris; Cubicularius, & Conciliarius intimus Sereniſſimi Regis, ac Principis, Joannis V. atque Joſephi. Hac gente, & domeſtica ſepellectili dives effectus puſillus faves, literis columen, & præſidium; mihi verus Mæcenas, cui ex animo devoveor.

Joannes Baptiſta Lerſo.

FA-

Digitized by Google

FACULTAS SANCTÆ INQUISITIONIS.

CENSURA R. P. Fr. CHRISTOPHORI A' CRUCE, Hieronymiani Monachi, Sacræ Theologiæ Doctoris, &c.

ILLUSTRISSIME FIDEI SENATUS.

ACcuratè legi hanc *Praxim de Patronatu Regio, & Sæculari*, calamo perbelle temperato conſcriptam à Sapientiſſimô Benedicto Cardoſo Oſorio utriuſque juris Doctore, &c. Argumentum illius Summorum Pontificum Decreta, Sacræ Rotæ Deciſiones, & præſtitas in Judicio Regiæ Coronæ Sententias continet, ob idque ſumma veneratione undequaque digniſſimam cenſeo. Opus ſanè eſt ſubtiliter meditatum, & licet poſthumum, numeris omnibus abſolutum. Itidem valdè utile ſapientibus, & inſipientibus: iſtis, ut ejuſdem Coronæ immunitatem, privilegia, rectumque operandi modum, quæ illam ſplendidiſſimam faciunt, & diſcant, & ſciant: illis, ut ejuſdem Coronæ nitorem, quem vident, & ſciunt, à maculis indemnem, & æternum faciant, & retineant. Pars prima optimo jure vocatur, neque alio nomine inſigniri poterat, non ob aliud, niſi quia, vel etiam in minimis, nulli ſecunda.

Ut in Editoris dedicatione legitur, induſtria, ac labore Domini Domni Franciſci de Almeida, viri tum ſanguine, tum literis illuſtriſſimi, ex diſperſis fragmentis opus integrum factum eſt, &, ut publicam lucem videat, è ſua Bibliotheca perfectum egreditur. Satis hoc erat, etſi alia non eſſent teſtimonia, ut opus Regium cenſeretur. Nihil in tanti Viri Bibliotheca locum, & ſedem habet, quod non magnificum ſit, & ſublime. Nihil ex illa exit, quod maximum non ſit, & nobiliſſimum. Nec mirum eſt, ut non alterius, ſed illius labore, è oblivionis ſepulchro hoc Opus, quod in cineres redactum exiſtimabatur, vivum reſurgat, exeat, & appareat. Illuſtriſſima Comitum Aſſumarienſium ſoboles ſemper aſſueta, intenta ſemper fuit, & armis, & literis, omnium oculis manifeſtum facere & immortale Regiæ Coronæ dominium, privilegium, & poteſtatem. Hoc, non admodum ſuo, licet alio opus non eſſet, ſed militum, quos regebant, gladio oſtenderunt hujus illuſtriſſimæ Domus quàm plurimi Heroes. Congruum etiam erat, ut non admodum ſuo, licet alio non indigeat, ſed alterius calamo, qui ſub manu ſua erat, hoc idem oſtenderet illuſtriſſimus hic, & ſapientiſſimus Vir, nè à ſuis degeneraret. Nullus certè aſſignabilis modus, quo commendabilem Luſitaniæ Coronam ab omnibus non faciant adorari.

Tandem dico ibi in Praxi nihil contineri Orthodoxæ Fidei diſſonum, bonisvè moribus. Conimbricæ, in Collegio D. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris Maximi, die 4. Martii anni 1733.

Fr. Chriſtophorus à Cruce.

§§ CEN-

CENSURA R. P. VINCENTII A' SANCTA MARIA,
Canonici Sæcularis, & Sacræ Theologiæ Doctoris, &c.

ILLUSTRISSIMI DOMINI.

CEnſoria lance perpendi, attente vidi, & perlegi librum, cui titulus: *Praxis de Patronatu Regio, & Sæculari*, ſapienter ſcriptum, ac feliciter elaboratum ab eruditiſſimo Viro Benedicto Cardoſo Oſorio, utriuſque juris Doctore, olim Epiſcopatus Portuenſis Promotore, & Archiepiſcopatus Bracharenſis Procuratore eximio, Legatiæque aſſeſſore Judice integerrimo; necnon omnium plauſu ab Alphonſo VI. Regii Status Bargantiæ, & Sereniſſimorum Infantium Domni Petri, & Dominæ Catharinæ egregio Procuratore, ac Senatore conſtituto. Ubi libri titulus patet, præſtantiſſimum ſibi exigit Authorem, à quo nihil non magnum, atque Regium proficiſcitur; at ubi Author tot nominibus clarus aſſurgit, & Operis præſtantia commendatur, & planè conſtat non minus verè, quam belle dictum *Praxis de Patronatu Regio.* Etenim Authoris ingenium neſcium ullis terminis circumſcribi, ſelecta Summorum Pontificum Decreta edere, ſelectas Sacræ Rotæ Deciſiones invenire, & ſelectiſſimis quibuslibet Regii Senatus ſententiis aliqua Diplomata addere in Luſitanæ Coronæ ſplendorem mirificè obtinuit; ut eſſet ex maiorum Principum placitis, veluti ex variis floribus, texta Luſitaniæ pulcherrimé ſpirans Corona, per quam Juriſperiti ſuaviter, & eleganter ad veram, ſolidamque doctrinæ de Patronatu cognitionem, & accuratam difficilium difficultatum ad Praxim ſpectantium ſolutionem protrahantur: præſertim verò illud in hoc Opere, licet poſthumo, maximè laudandum cenſeo, quod (quæ ſapientûm eſt annona) ſubtiliter inſtillare poterunt Regiæ Coronæ defenſores, tum qui ex proprio penu, tum qui præ deſidia, aut egeſtate ex alieno vivunt. Illis enim totæ Conſcriptorum Patrum ſententiæ, prout ab ipſo fonte manarunt, fideliter tranſcribuntur; iſtis verò copioſiſſimorum indicum ſubſidio, rerum, jurium, & deciſionum theſauri, quibus hæ paginæ locupletantur, abundè patent, & abſque ſudore eruuntur. Dignum ſanè Opus, cujus ſingula verba in literarum ſanis appendantur, eximiæ Luſitanæ Coronæ ornamenta, vel potius diademati ipſi ingentis pretii monilia: quibus tandem optimo de Patronatu benemerenti cultori conſtabit Luſitanæ Coronæ monimentum æternum, non moriturum. Hæc pro doctrina, & pro commendatione libri tanti Authoris.

Pro Editoris dedicatione, neſcio, quid prius mirer, cum nihil non mirabile contempler? Dum indefeſſum Illuſtriſſimi Domini Domini Franciſci de Almeida ſtudium, labor, & ingenium de primatu contendunt; quodlibet enim ex tribus, Opere in tanto ex diſperſis fragmentis ad amuſim perficiendo, palmam cupit percipere; ſed quodlibet palmâ dignum, nam ſine iſtius præexcellentiſſimi Domini labore opus foret diminutum, ſine ſtudio non perfectum, & ſine ingenio maneret oblitum. Hinc fit, quòd ex hac ipſa optimatum rerum collectione tam conſona

Pra-

Praxis de Patronatu Regio puritati reviviſcat, ut omnium animos potens ſit allicere, & ſuſpendere: adeò, ut non excedam, ſi librum hunc vocem Emporium Regium, prout à tanto Domino integrum exit. Etenim quidni celebrem hujus Operis Illuſtriſſimum Recuperatorem, quem Catholicæ Fidei negotia ſic tenent, ut cum vix illis plures ſufficere crederes, ſic totus ipſe illis ſupereſt, ut totum ſe literis poſſit impendere? Nec aliter feciſſet; cum ſit ille Illuſtriſſimus Vir, qui dum hoc Regium Opus apprimè politum, mirabiliterque reformatum exponit, & ſuæ famæ implet menſuram, & ſuorum Heroum auget numerum, qui Luſitanæ Coronæ propugnatores jure optimo nuncupantur. Nec etiam eſſet opus utriuſque Carthophylacia gentis perſcutari, quando Luſitania, Hiſpania, Europa, Orbiſque totus uno veluti ore, unoque calamo in armis, & literis Aſſumarienſis Domus magnitudinem in Cœlum evehunt, & quidem literis, ſubinde armis æmulâ contentione ſemper incubuit. Sed cum amico fœdere acrioris Bellonæ lauris mitiores Muſarum oleas Illuſtriſſimus Dominus Domnus Franciſcus de Almeida adnecteret; pro altivola pluma, qua in hoc Opere Luſitanorum Regum poteſtatem ingenioſe defendit, illud, haud dubium habet perculſum alte nobiliſſimum lemma: *Ex utroque Cæſar*, quod appenſum undique Aſſumarienſi Gentilitio Stemmati, immortale ſuæ Illuſtriſſimæ Domus nomen facundius, & glorioſius eloquetur. Annecterem plura tantam Domum, & Illuſtriſſimum Dominum depingentia; nè tamen aſſentatoris noxa videar conſpurcatus, quæ cunctis patent, licet invitus ſilebo.

Igitur pro Religione dico, in hoc libro nihil contineri, quod contrarium ſit noſtræ Divinæ Fidei Catholicæ, nihilque in illo haberi bonis, ac honeſtis moribus diſſonum. Et tam pro doctrina, quàm pro Religione percurri poteſt inoffenſo pede, ac excudi Typis in magnam totius Regni utilitatem. Sic cenſeo, ſic ſentio. Conimbricæ, in Collegio Evangeliſtarum Aquilæ Divi Joannis, die 24. Aprilis anni 1733.

Vincentius à Sancta Maria.

VIſtas as informaçoens, pòde-ſe imprimir o Livro intitulado, *Praxis de Regio Patronatu,* Author Bento Cardoſo Oſorio; e depois de impreſſo tornará para ſe conferir, e dar licença, que corra, ſem a qual naõ correrà. Lisboa Occidental, o 1. de Fevereiro de 1735.

Fr. R. de Alancaſtre. *Teixeira.* *Sylva.* *Soares.* *Abreu.*

FACULTAS ORDINARII.

POde-ſe imprimir o Livro, de que ſe trata, e depois de impreſſo tornarà para ſe conferir, e dar licença para que corra. Lisboa Occidental, 10. de Fevereiro de 1735.

Gouvea.

FACULTAS REGIA.

CENSURA DOCTORIS FRANCISCI PEREIRA da Cruz, Senatoris Domus Supplicationis, & in Sancta Inquiſitione Ulyſſipponenſi Judicis deputati, &c.

D O M I N E.

JAm multis abhinc annis avidiſſimo animo eram, ut hoc Opus à præſtantiſſimo Doctore Benedicto Cardoſo Oſorio, laborioſe, ac eleganter compoſitum, jam diu à multis deſideratum, in publicum rediret, nè amplius ejus doctrinis quamplurimi furtim uterentur, dum pluries ſibi applicabant, quod ab alieno ſtudio ſubripiebant; quod in aliis tanti Authoris ſcriptis non ſemel evenit, & adhuc in lucem prodeunt, quæ à Benedicti ingenio progenita, per ejus mortem in tenebris latebant; aſt apud aliquorum manus lucebant, & diverſo inſignita nomine aliquando elucent: illa fecit iſte maximo inſudans labore; ſed illius ſudor, labor, ſtudium, ac ingenium in aliorum ceſſit honorem: ſed ab ortu hoc fuit Authoris præſagium; natus enim fuit in ore fluminis Durii, vulgò S. Joaõ da Foz do Douro, cujus auriferas arenas percipit, ac lucratur mare dum tantus fluvius expirat; ſic ſapientiæ Benedicti aurum perceperunt alii per ejus obitum; ſed tamen hic nunc erumpit ſuo reſtitutus Authori egregius Tractatus de Regio Patronatu apprimé elaboratus, & titulus ſanè dignus tanto Authore; elegans non ſolum ob materiæ gravitatem, ſed etiam ob benè digeſtum, ac laconicum ſcribendi modum. Reſurgat jam à tumulo memoria tam celebris Jureconſulti; exeat in publicum, ut prodeſſe poſſit & ad venerationem Authoris juſtè promeritam, & ad communem utilitatem. In eo nihil contra bonos mores offendi, nec adverſus leges patrias inveni; immò ſummè dignum judico ut typis mandetur; & ſi aliquid apparet minus benè appoſitum, plurimum tribuendum eſt tranſumptis, vel corruptis exemplaribus, & ſemper parcendum ſepulto. Ulyſſippone Orientali, 19. Aprilis 1735.

Doctor Franciſcus Pereira da Cruz.

QUe ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do Ordinario, e Santo Officio, e depois de impreſſo tornarà à Meſa para ſe conferir, e taixar, e ſem iſſo naõ correrà. Lisboa Occidental, 2. de Mayo de 1735.

Teixeira. *Rego.*

Co-

COhæret cum Exemplari. Ulyſſippone Occidentali, è Congregatione Oratorii, die 30. Octobris 1736.

Joannes Col.

VIſto eſtar conforme com o Original pòde correr. Lisboa Occidental, 6. de Novembro de 1736.

Fr. R. de Alancaſtre. *Teixeira.* *Sylva.*
Soares. *Abreu.*

VIſto eſtar conforme com o Original pòde correr. Lisboa Occidental, 7. de Novembro de 1736.

Gouvea.

TAixaõ eſte Livro em mil e quinhentos reis. Lisboa Occidental, 8. de Novembro de 1736.

Teixeira. *Bonicho.*

PRI-

PRIVILEGIO.

DOM JOAM por Graça de Deos Rey de Portugal, e dos Algarves, dàquem, e dàlem, mar em Africa, Senhor de Guinè, &c. Faço ſaber, que Joaõ Bautiſta Lerſo, Contratador de Livros neſta Corte, me repreſentou por ſua petiçaõ, que elle imprimira com licença minha, Santo Officio, e Ordinario, o Livro intitulado: *Benedictus Cardoſus Oſorius, Praxis Regalis de Patronatu Regio, & Sæculari, &c.* cujo Livro era volumoſo; e como neſta Corte ſe achavaõ alguns traslados da meſma Obra, temia, que outra qualquer peſſoa, antes de ſe acabar o que o Supplicante tinha principiado, lho houveſſe de imprimir; em cujos termos me pedia, lhe fizeſſe mercè conceder Privilegio para que ninguem podeſſe imprimir o dito Livro, nem introduzir neſte Reino. E viſto o que allegou, informaçaõ, que ſe houve pelo Corregedor do Civel deſtas Cidades Luis Borges de Carvalho, e repoſta do Procurador da minha Coroa, a que ſe deu viſta, e naõ teve duvida: Hey por bem fazer mercè ao Supplicante de lhe conceder o Privilegio, de que faz mençaõ, por tempo de dez annos, para que durante elles nenhum Impreſſor, Livreiro, nem outra qualquer peſſoa poſſa imprimir, vender, nem mandar vir de fóra do Reino o Livro: *Benedictus Cardoſus Oſorius, Praxis Regalis de Patronatu Regio, & Sæculari, &c.* de que faz mençaõ, ſem licença do Supplicante, ſobpena de perder todos os volumes, que lhe forem achados, para o meſmo Supplicante, e de pagar cincoenta cruzados, metade para o accuſador, e a outra metade para minha Camera Real; e eſta Proviſaõ ſe cumprirà como nella ſe contém, que valerà, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno, ſem embargo da Ordenaçaõ do livro 2. tit. 4. em contrario: e pagou de novos direitos quinhentos e quarenta reis, que ſe carregàraõ ao Theſoureiro delles, a fol. 276. do liv. 1. de ſua Receita, e ſe regiſtou o conhecimento em fórma no livro 1. do Regiſto geral a fol. 229. verſ. ElRey Noſſo Senhor o mandou por ſeu mandado pelos Doutores Antonio Teixeira Alvares, e Belchior do Rego de Andrade, ambos do ſeu Conſelho, e ſeus Dezembargadores do Paço. Joſeph da Coſta Pedroſo a fez em Lisboa Occidental, a dezaſete de Outubro de mil ſetecentos e trinta e cinco annos. Gonçalo Franciſco da Coſta de Soto-Mayor o fez eſcrever.

Belchior do Rego de Andrade. *Antonio Teixeira Alvares.*

AU-

AUTHOR
AD BENEVOLUM
LECTOREM.

PROVINCIAM de Patronatu Regio ſuſcepi (amice Lector) haud ignarus quàm periculoſum ſit incidere in manus hominum (de quo plura *Bobad. Polit. lib.* 5. *cap.* 2. *à n.* 2.) quorum non idem eſt animus, & intellectus; imò quot ſunt capita, tot Sententiæ: *Cap. Quia diverſitatem, de Conceſſione Præbendæ; & ibi Gloſſ. verb. Diverſitatem*, plura referens, dicit:

Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Sed quanvis hæc cogitatio ſæpius meæ induſtriæ nervos retardaverit; nihilominus ad evitandas injuſtas querimonias plurimorum vociferantium contra juſtas Sententias per Sapientiſſimos Coronæ Judices prolatas

latas

latas ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, animum appuli, ut non ſolúm Sedi Apoſtolicæ in hoc Opere inſervirem, ſed etiam Regno, & Reipublicæ (cui adſcripti naſcimur) profuturus; turpis enim eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo: *ex Cap. Quæ contra mores, diſt.* 8. Accipe igitur has practicabiles primæ partis Reſolutiones (in quibus pars magna fuit) ab ipſis ſacris juris Canonici fontibus emanatas, & plurimis Judicii Coronæ, & Supremi Tribunalis Palatii Sententiis roboratas, quas breviori, quo potui ſtylo (nè faſtidioſus viderer) tibi libenter offero trutinandas, & amplectendas in judicando, & conſulendo: *ex Cap. In cauſis, de re judic. L.* 2. *ff. de Offic. præfecti Prætorio. L. Filius emancipatus* 14. *in fin. principii, ff. ad L. Cornel. de falſis*; nefas enim judico, nec unguem ab ipſis Sententiis juri, & rationi conformibus deviare. Si verò ea, quâ ſoles, benignitate has noſtras lucubrationes (inter continuas mei muneris occupationes collectas) ſuſceperis, impelles animum ad proſequendum, ut tibi in ſecunda, & tertia Parte, maiora parturiamus, né in tenebris deliteſcant.

VALE.

IN-

Digitized by Google

INDEX RESOLUTIONUM,
Quæ in hoc Libro continentur.

RESOLUTIO I.

DE Patronatu Regio. *Pag.* 1.

RESOLUTIO II.

Quotuplex ſit jus Patronatus? *pag.* 4.

RESOLUTIO III.

Quot modis Reges Portugalliæ jus Patronatus Eccleſiarum hujus Regni obtinuerunt? *pag.* 5.

RESOLUTIO IV.

Quaſi poſſeſſio juris Patronatûs Regii quibus modis acquiratur? *pag.* 10.

RESOLUTIO V.

Quibus modis probetur jus Patronatûs Regium? *pag.* 13.

RESOLUTIO VI.

Coram quo Judice fieri debeat probatio juris Patronatus? *pag.* 16.

RESOLUTIO VII.

Quis ſit Judex competens ad cognoſcendum de jure Patronatus Coronæ in proprietate? *pag.* 19.

RESOLUTIO VIII.

Quibus caſibus Judices Regiæ Coronæ poſſint cognoſcere de cauſis ad jus Regii Patronatus pertinentibus? *pag.* 23.

RESOLUTIO IX.

An Reus conventus in Judicio Coronæ in poſſeſſorio, ſuper Benecio, ſi neget eſſe juris Patronatûs Regii, teneatur Procurator Coronæ probare prius illam qualitatem, ut juriſdictio Judicii Coronæ fundetur; an ſufficiat ſola allegatio qualitatis Regiæ? *pag.* 24.

RESOLUTIO X.

An Reges Portugalliæ teneantur juſtificare jus Patronatus ex Decreto Concilii Tridentini? *pag.* 27.

RESOLUTIO XI.

An Beneficia Parochialia juris Patronatûs Regii, provideantur per concurſum, an ad ſolam Regis præſentationem? *pag.* 29.

RESOLUTIO XII.

An Beneficia juris Patronatus Eccleſiaſtici, Sæcularis, & Regularis, & Patronatus mixti comprehendantur in Regulis reſervatoriis Cancellariæ? *pag.* 32.

RESOLUTIO XIII.

An Summus Pontifex ſit Dominus Beneficiorum, & ſuper illis habeat pleniſſimam, & abſolutam poteſtatem ad diſponendum pro libito voluntatis, quanvis ſint de Patronatu Regio, & ſæculari? *pag.* 35.

RESOLUTIO XIV.

An Summus Pontifex poſſit derogare juri Patronatûs Regio, ſæculari, & mixto? *pag.* 42.

RESOLUTIO XV.

An Beneficia juris Patronatûs Regii valeant à Sede Apoſtolica impetrari ſine conſenſu Regio, & Donatariorum Coronæ? *pag.* 49.

RESOLUTIO XVI.

De pœnis impetrantium Benefi-

§§§ cia

cia juris Patronatûs Regii, & Beneficia viventium? pag. 53.

RESOLUTIO XVII.
An executor Bullarum impetrantium Beneficia juris Patronatûs Regii poſſit cognoſcere de exceptionibus obreptionis, & ſubreptionis oppoſitis per Priores ejuſdem Patronatus, & per eorum præſentatos? An teneatur eas Judicio Auditoris Capellæ Regiæ remittere, & iterum ſuperſedere? pag. 57.

RESOLUTIO XVIII.
An penſio poſſit conſtitui in Beneficiis juris Patronatus Regii ſine Regis conſenſu? pag. 62.

RESOLUTIO XIX.
An Summus Pontifex poſſit exteris hujus Regni Beneficia conferre? pag. 65.

RESOLUTIO XX.
An penſio poſſit exteris reſervari ſuper Beneficiis hujus Regni? Reſpondetur negativè, ex ſeqq. pag. 67.

RESOLUTIO XXI.
An Beneficia juris Patronatûs Regii uniri poſſint ſine Regis conſenſu? pag. 70.

RESOLUTIO XXII.
An unitis fructibus Eccleſiæ Parochialis Patronatûs Regii alicui Monaſterio, Rector Eccleſiæ debeat præſentare in Curatis, & in Beneficiis ſimplicibus Eccleſiæ, prout præſentabat ante unionem? Et an Monaſterium, cui Eccleſiæ fructus uniti fuere, debeat præſentare dicta Beneficia, & Curatus? pag. 72.

RESOLUTIO XXIII.
An virtute appellationis ad Sedem Apoſtolicam interpoſitæ à Sententia lata in favorem Rectoris Patronatûs Regii, poſſint acta ad Curiam compulſari? Et an Sententia in ea lata debeat in hoc Regno executioni mandari? pag. 76.

RESOLUTIO XXIV.
An lata Sententia in Tribunali Palatii in favorem Priorum, & Donatariorum Coronæ, ſi adverſarius poſtulet ſibi copiam exhiberi ad impediendam Sententiam, vulgò: *Aſſento do Dezembargo do Paço*, ſit ei deferendum? pag. 80.

RESOLUTIO XXV.
An Ordinarius, qui recuſat, vel differt inſtitutionem præſentati à Rege Patronatûs Regii, vel à Rectore Patronatus, qui eſt in poſſeſſione præſentandi, committat violentiam, pro qua pateat recurſus ad Coronam? pag. 84.

RESOLUTIO XXVI.
An Beneficia juris Patronatûs Regii, erigi in Commendas poſſint ſine Regis conſenſu? pag. 89.

RESOLUTIO XXVII.
An Rectores Eccleſiarum Patronatûs Regii, in quibus de Regis conſenſu Commendæ erectæ fuerunt, poſſint poſt erectionem præſentare in Curatis, & conferre Beneficia ſimplicia, quæ conferebant Priores ante erectionem? pag. 90.

RESOLUTIO XXVIII.
An portio aſſignata Rectori in erectione Commendæ, & præſtimonii Regii, augeri poſſit per Ordinarios? pag. 95.

RESOLUTIO XXIX.
An Coadjutor dari poſſit in Commendis, præſtimoniis, & aliis Beneficiis Patronatûs Regii ſine Regis conſenſu? pag. 98.

RESOLUTIO XXX.
An Beneficia ſimplicia creata ex fructibus Matricis, Patronatûs Regii retineant naturam Matricis ejuſdem Patronatus? pag. 90.

RESOLUTIO XXXI.
An Priores, & Rectores Patronatus Regii poſſint conferre Beneficia ſimplicia earundem Eccleſiarum? pag. 105.

RESOLUTIO XXXII.

An Ordinarius poſſit procedere contra Priores, & Rectores Patronatûs Regii, & eos incarcerare, ob collationem Beneficiorum ſimplicium ſuarum Eccleſiarum? *pag.* 107.

RESOLUTIO XXXIII.

An Regibus currat quadrimeſtre ad præſentandum? *pag.* 110.

RESOLUTIO XXXIV.

An Beneficia juris Patronatûs Regii reſignari, & permutari poſſint ſine Regis conſenſu, aut Priorum Donatariorum Coronæ? *pag.* 113.

RESOLUTIO XXXV.

An Beneficia ſimplicia juris Patronatus Regii reſignari poſſint ſimpliciter, etiam in favorem certæ perſonæ, in manibus Priorum ejuſdem Patronatus. *pag.* 120.

RESOLUTIO XXXVI.

An ſtatus Beneficiorum Patronatus Coronæ Proviſionibus Apoſtolicis, & Ordinariorum immutetur? Et an in eis procedat diſpoſitio Cap. *Conſultationibus*, de Jure Patronatus? *pag.* 121.

RESOLUTIO XXXVII.

An Beneficia juris Patronatûs Regii præſcribi poſſint? *pag.* 123.

RESOLUTIO XXXVIII.

Quot modis Beneficia vacent ipſo jure, & an in eis ſic vacantibus poſſit Rex, & Donatarii Coronæ præſentare. *pag.* 130.

RESOLUTIO XXXIX.

An Beneficia juris Patronatûs Regii vacent per emiſſionem trium votorum ſimplicium in Venerabili Societate Jeſus, ante ſolemnem profeſſionem, ut Reges in eis poſſint præſentare? *pag.* 138.

RESOLUTIO XL.

An Ordinarius committat violentiam, ſi jubeat Patronum juſtificare Patronatum ex Decreto Concilii Tridentini? Et an eo inaudito poſſit Eccleſiam providere? *pag.* 140.

RESOLUTIO XLI.

An jus Patronatûs Regium, & ſæculare donatum ſimpliciter, & in perpetuum, alicui Eccleſiæ, aut Monaſterio, vel permutatum cum Eccleſiaſtico, retineat primævam naturam, vel maneat de Patronatu Eccleſiaſtico? *pag.* 143.

RESOLUTIO XLII.

An Ordinarius committat violentiam, ſi provideat Beneficium jure devoluto, quando lapſo quadrimeſtri, controverſia ſuper jure Patronatus non fuerit terminata inter Patronos ſæculares, & intra ſemeſtre inter Eccleſiaſticos? *pag.* 158.

RESOLUTIO XLIII.

An interpoſito gravamine ad Coronam à Judice Eccleſiaſtico, debeat interim ſuperſedere, ita ut ab eo geſta, pendente recurſu, nulla, & attentata dicantur, & tanquam talia revocentur? *pag.* 164.

RESOLUTIO XLIV.

An negligentia Priorum, & Donatariorum Coronæ, & Sententia lata contra ipſos ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, non audito illius Procuratore, Regi præjudicet? *pag.* 167.

RESOLUTIO XLV.

An Eccleſiaſtici, & Regulares, Priores, & Beneficiati Patronatûs Regii recurrentes ad Coronam, in pœnas Bullæ Cœnæ incurrant? Et an poſſint propter hunc recurſum à Judicibus Eccleſiaſticis carcerari? *pag.* 170.

RESOLUTIO XLVI.

An præſtimonia creari poſſint in Be-

Beneficiis Patronatûs Regii ſine Regis conſenſu? *pag.* 175.

RESOLUTIO XLVII.

An non admittente Judice Eccleſiaſtico exceptionem rei judicatæ in Judicio Coronæ ſuper Beneficio, aut præſtimonio Patronatûs Regii, committat violentiam, pro qua pateat recurſus ad Coronam? *pag.* 193.

RESOLUTIO XLVIII.

An Senatores Palatini, quando revocant Sententias latas in Judicio Coronæ per viam recurſus, declarando Chartas fuiſſe malè expeditas, teneantur fundamenta revocationis referre? *pag.* 199.

RESOLUTIO XLIX.

An Reges Portugalliæ ſint veri Patroni Eccleſiarum Cathedralium ad præſentandos Archiepiſcopos, & Epiſcopos? *pag.* 201.

RESOLUTIO L.

An Epiſcopi electi per Regem Portugalliæ, poſſint adminiſtrare ante confirmationem Pontificis? *pag.* 208.

RESOLUTIO LI.

An Summus Pontifex poſſit providere Epiſcopatus hujus Regni de motu proprio, quin præcedat Regis nominatio, & præſentatio? *pag.* 223.

RESOLUTIO LII.

An Summus Pontifex poſſit providere Canonicatus, & Præbendas Cathedralium dotatas per Regem Portugalliæ, contra formam, & qualitatem fundationis? *pag.* 232.

RESOLUTIO LIII.

An his Decanatibus, & Canonicatibus vacantibus per promotionem ad Epiſcopatum, poſſit Epiſcopus Leirienſis, & Mirandenſis eos providere? Vel ejus præſentatio privativè pertineat ad Regem, ſine interventu dictorum Epiſcoporum? *pag.* 255.

RESOLUTIO LIV.

An Capitulum Sede vacante Epiſcopatus Leirienſis, & Mirandenſis poſſit providere Decanatus, & Canonicatus, quos Epiſcopus tenebatur providere juxta formam creationis, de conſenſu Regis Portugalliæ? *pag.* 266.

RESOLUTIO LV.

An Capitulum Sede vacante, poſſit admittere permutationes Beneficiorum, & ea permutantibus conferre? *pag.* 272.

RESOLUTIO LVI.

An Regibus Portugalliæ competat cuſtodia, & defenſio bonorum Cathedralium vacantium? Et an Judicibus ſæcularibus competat eorundem bonorum facere inventarium? *pag.* 275.

RESOLUTIO LVII.

An Judex ſæcularis ſit competens ad cognoſcendum de cauſis motis per creditores ſuper debitis Epiſcopi mortui, & inter Epiſcopos ſucceſſores? Et an Rex ei poſſit hanc cognitionem committere? *pag.* 278.

RESOLUTIO LVIII.

An Rex tanquam Patronus Cathedralium vacantium juvari poſſit ex earum reditibus, & aliarum Eccleſiarum, & Clericorum, in communem Regni defenſionem? *pag.* 289.

RESOLUTIO LIX.

An Rex poſſit capere vaſa aurea, & argentea Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum Divino cultui dicata, ad ſuccurrendum publicis Regni neceſſitatibus? *pag.* 295.

RESOLUTIO LX.

An Rex Chriſtianus, pro ſui Regni defenſione, poſſit juvari auxilio infidelium, & cum eis inire fœdus pro Regni quiete? Et quæ concurrere debeant, ut bellum juſtum dicatur? Et an cum eis communicari

cari valeat, & Conventicula permitti? *pag.* 298.

RESOLUTIO LXI.

An Prælati vocati per Regem, teneantur venire? Et an Rex poſſit eos in Regni regimine occupare? *pag.* 302.

RESOLUTIO LXII.

An beneficia juris Patronatûs Regii conferri poſſint deſcendentibus ex Hebræis? *pag.* 304.

RESOLUTIO LXIII.

An penſio reſervari poſſit ſuper fructibus Epiſcopatus ad inſtantiam Regis? Et an Epiſcopus, vel alius Beneficiatus poſſint aliquid donare Patronis titulo gratitudinis? *pag.* 316.

RESOLUTIO LXIV.

An Rex poſſit nominare Capellanum maiorem, in locum proprietarii ſuſpecti ad abſolvendos Miniſtros Regios à Cenſuris impoſitis ipſo jure, & à Cenſuris Bullæ Cœnæ, & ab aliis Cenſuris contra eos per Ordinarios fulminatis? Et an poſſit Capellanus maior inhibere Prælatis Regni, nè aliquem locum Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, quin illius præcedat examen, & approbatio? *pag.* 321.

RESOLUTIO LXV.

An Rex poſſit promittere Beneficia vacatura Patronatûs Regii, & Commendas, & Penſiones ſuper illis reſervare? *pag.* 343.

RESOLUTIO LXVI.

An quis poſſit plura Beneficia, & Commendas Patronatûs Regii obtinere, & etiam Status Domus Bargantiæ? Et earum titulos Ordinariis petentibus exhibere teneatur? *pag.* 352.

RESOLUTIO LXVII.

An poſito edicto ad proviſionem Beneficii vacantis juris Patronatûs Regii, vel ſæcularis, ſi appareat præſentatus, poſtulans inſtitutionem, & Ordinarius illam deneget, quia apparet oppoſitor, quem admiſit, ſi præſentatus appellet ad Superiorem ob denegationem collationis, & ad miſſionem adverſarii, poſſit poſtea recurrere ad Judicium Coronæ per viam violentiæ? *pag.* 371.

RESOLUTIO LXVIII.

An litigantibus duobus ſuper Beneficio juris Patronatûs ſæcularis, ſi pro bono pacis compromittantur in Judicibus cauſæ, omnia in eorum arbitrium conferentes, poſſint arbitrari uni Beneficium, & alteri certam penſionem reſervare? Et an teneatur titularis ad ſolutionem penſionis, quin Literæ Apoſtolicæ ſuper dicta reſervatione impetrentur? *pag.* 376.

RESOLUTIO LXIX.

An Nuntii, Legati, & Collectores de novo venientes, teneantur exhibere Regi, & in ejus Supremo Tribunali Palatii literas ſuæ commiſſionis ad juriſdictionem in Beneficialibus, in hoc Regno exercendam? *pag.* 407.

RESOLUTIO LXX.

An Collectores, Auditores, & cæteri judices Eccleſiaſtici, teneantur acta præſtare ad deciſionem gravaminum, ab eis interpoſitorum, ad Judicium Coronæ ſuper Beneficiis Patronatûs Regii? *pag.* 419.

RESOLUTIO LXXI.

An Beneficia juris Patronatûs Regii, & ſæcularis, provideri poſſint in Militibus trium Ordinum Militarium? *pag.* 423.

RESOLUTIO LXXII.

An vacante Beneficio juris Patronatus in menſe Patroni per mortem Proprietarii, qui illi reſignaverat in manibus Pontificis in favorem ter-

Digitized by Google

favorem tertii, poſſit Ordinarius illud ad præſentationem Patroni providere? Et an proviſus per Ordinarium, tuitiva Regis tueri poſſit, contra proviſum Apoſtolicum? *pag.* 427.

RESOLUTIO LXXIII.
An contra tuitivam obtentam ſuper Beneficio Patronatùs Regii, ſæcularis, vel Eccleſiaſtici, objici poſſit defectus tituli? Et an ad manutentionem ſufficiat ſola poſſeſſio, & nuda facti inſiſtentia? *pag.* 434.

RESOLUTIO LXXIV.
An Rex poſſit commendare in Eccleſiis vacantibus ſui Patronatus, quatenus non providentur in proprietate, an hoc ſolum competat Ordinariis? *pag.* 443.

RESOLUTIO LXXV.
Praxis procedendi contra Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & alios Judices Eccleſiaſticos nolentes obedire Decretis Palatii, vulgò: *Aſſentos do Paço*; & Sententiis Coronæ latis ſuper Beneficiis Patronatùs Regii, & ſæcularis. *pag.* 445.

RESOLUTIO LXXVI.
An Summus Pontifex poſſit privare aliquem Beneficio Patronatus Coronæ, vel liberæ collationis, in quo fuit legitimè inſtitutus, & executor Bullarum reſcribere, & interim ſuperſedere teneatur? *pag.* 450.

RESOLUTIO LXXVII.
An decimæ donatæ Regibus à Summo Pontifice, retineant naturam bonorum Coronæ? Et an de eis in Judicio Coronæ agendum ſit? *pag.* 456.

RESOLUTIO LXXVIII.
An Judex Eccleſiaſticus poſſit cognoſcere de actione ſpolii contra Patronum laicum, qui ejus declinat juriſdictionem ad Judicium ſæculare. *pag.* 462.

RESOLUTIO LXXIX.
An Ordinarius committat violentiam providendo Parochialem filialem Eccleſiæ Patronatus Regii? *pag.* 465.

RESOLUTIO LXXX.
An Beneficia Patronatùs Reginæ, & Priorum ſui Patronatus eiſdem privilegiis gaudere debeant quibus fruitur Rex, & donatarii Coronæ, quoad omnes juris effectus? *pag.* 470.

RESOLUTIO LXXXI.
An impetrans à Sede Apoſtolica per reſignationem Beneficium ſimplex Eccleſiæ Patronatùs Regii, donatæ certo Monaſterio, quod erat in poſſeſſione præſentandi, etiam in menſibus reſervatis, per Sententias Eccleſiaſticas in proprietate, non obtenta licentia Patroni committat violentiam, & ſpolium? *pag.* 482.

RESOLUTIO LXXXII.
An Beneficia juris Patronatus, Magni Prioris Cratenſis, & aliorum Commendatorum Regni Portugalliæ ſortiantur naturam bonorum Coronæ, & comprehendantur in Regulis reſervatoriis Chancellariæ, & Beneficia Religionis? *pag.* 491.

RESOLUTIO LXXXIII.
An Epiſcopus, vel Capitulum Sede vacante, poſſint unire in perpetuum Beneficia juris Patronatûs Regii alicui loco pio, vel Monaſterio indigenti, Regio conſenſu interveniente ad unionem? *pag.* 500.

RESOLUTIO LXXXIV.
An per donationem Regiam Civitatis, Villæ, Caſtri, vel Oppidi cenſeatur donatum jus Patronatûs Regium cum univerſitate bonorum? Et an Rex poſſit tales donationes facere, & diſtrahere vaſſallis inauditis? *pag.* 503.

RESOLUTIO LXXXV.
An Judex Ordinum Militarium ſit

ſit competens ad cognoſcendum de cauſa decimarum inter Commendatores, & Donatarios Coronæ, vel debeat eſſe Vicarius Generalis territorii? *pag.* 515.

RESOLUTIO LXXXVI.

An Priores, & Rectores Patronatûs Regii, poſſint præſentare vulgò *Curas* perpetuos in annexis ſuarum Eccleſiarum? Et an ſucceſſores poſſint eos removere? *pag.* 529.

RESOLUTIO LXXXVII.

An oppoſitâ exceptione obreptionis, & ſubreptionis contra inhibitoriam Apoſtolicam, ſi Judex inhibens ad ulteriora procedat, quin cognoſcat de exceptione, nec ei differat, committat violentiam? *pag.* 533.

RESOLUTIO LXXXVIII.

An Ordinarius poſſit cognoſcere de exceptione oppoſita in Chancellaria, nè expediatur titulus confirmato per Ordinarium ad præſentationem Regis, vel Donatarii Coronæ? Et an teneatur eam Judicio Auditoris Capellæ Regiæ remittere, & tradere titulum præſentato, & confirmato ad capiendam poſſeſſionem. *pag.* 537.

RESOLUTIO LXXXIX.

An Tribunal Menſæ Conſcientiæ, & Ordinum poſſit providere Decanatum, Beneficia cum Cura, & ſine Cura, & officia Eccleſiaſtica, & ſæcularia Epiſcopatus Angrenſis? Et an hoc ſolum competat Sereniſſimo Regi Portugalliæ, tanquam Magno Magiſtro Ordinum Militarium? *pag.* 541.

RESOLUTIO XC.

An Judex delegatus in cauſa juris Patronatûs Regii poſſit cognoſcere ultra locum, & Diœceſim commiſſionis? Et an extra illam poſſit ſubdelegare? *pag.* 547.

RESOLUTIO XCI.

An committat violentiam Judex Eccleſiaſticus, qui omiſſa exceptione incompetentiæ, & rei judicatæ; oppoſita per Donatarios Coronæ contra ejus mandatum, de alio incidenti cognoſcit? *pag.* 550.

RESOLUTIO XCII.

An Judex delegatus in gradu appellationis ſuper Beneficio Patronatûs Regii inſtituere, & confirmare valeat præſentatum? *pag.* 552.

RESOLUTIO XCIII.

An poſſeſſor Beneficii titulo Ordinarii, qui erat in pacifica poſſeſſione providendi, tanquam liberæ collationis, ſi poſtea inveniatur eſſe juris Patronatûs Regii, poſſit ab eo viâ ordinariâ removeri? *pag.* 554.

RESOLUTIO XCIV.

An Patroni, & Donatarii Coronæ poſſint ſe ipſos, ſaltem in Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum præſentare? *pag.* 558.

RESOLUTIO XCV.

An Priores, & Rectores Patronatûs Regii, præſentantes indignum, in Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum, poſſint iterum præſentare? *pag.* 559

RESOLUTIO XCVI.

An Bullæ Apoſtolicæ impetratæ ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, & ſæcularis, & Donatariorum Coronæ, ſine Patronorum conſenſu, nec facta mentione qualitatis Beneficiorum, nullæ ſint? *pag.* 563.

RESOLUTIO XCVII.

An Ordinarius, qui intendit providere Beneficium per concurſum, tanquam liberæ collationis, poſſit cognoſcere de exceptione oppoſita per præſentatum Coronæ, vel ejus Donatarium, allegantem eſſe juris Patronatûs Regii; & an ſuperſedere de-

debeat, quatenus exceptio non deciditur? *pag.* 566.

RESOLUTIO XCVIII.

An Priores Patronatûs Regii renuentes acceptare reſignationes liberas Beneficiorum ſimplicium ſuarum Eccleſiarum, ad id cogi poſſint per Coronam? *pag.* 570.

RESOLUTIO XCIX.

An à collatione Parochialis facta virtute præſentationis Donatarii Coronæ, vel alterius Patroni detur appellatio ſuſpenſiva? Et an detur recurſus ad Coronam, ſi non recipiatur quoad utrumque effectum? *pag.* 572.

RESOLUTIO C.

An Procurator Coronæ debeat aſſiſtere in prolatione vocum, quando Judices Eccleſiaſtici vocantur ad Tribunal Palatii redditurı rationem, quare ſententiis Coronæ non obtemperaverunt? *pag.* 577.

BE-

BENEDICTI CARDOSI OSORII PRAXIS DE PATRONATU REGIO, ET SÆCULARI.

RESOLUTIO I.

De Patronatu Regio.

SUMMARIUM.

1 *Prius ſciendum, unde nomen juris deſcendat.*
2 *Definitio quid ſit?*
3 *Jus Patronatus ſecundùm Theologos, quid ſit?*
4 *Jus Patronatus ſecundùm Canoniſtas, quid ſit?*
5 *Dicitur jus, quia eſt quid incorporale.*
Ibi. *Partim eſt ſpirituale, partim temporale.*
Ibi. *Spirituale, quia vendi non poteſt.*
Ibi. *Eſt annexum ſpiritualibus.*
Ibi. *Temporale, quia poteſt à laicis poſſideri.*
6 *Hoc jus eis conceditur, ut aliqui inducantur ad dotandas, & fundandas Eccleſias.*
7 *Dicitur honorificum, quia habet honorem præſentandi, aliàs inſtitutio ſine Patroni præſentatione nulla eſt.*
8 *Patronus præcedit in locis publicis.*
9 *Et dum communia obſequia exhibentur, & primus de Laicis thurificatur.*
10 *Rector Patronum honorat ei, aſſurgit, & eum ſalutat, nec eum ſine venia ad judicium vocat, & pro eo orat.*
11 *Patronus habet Cathedram in Eccleſia, & depicta familiæ inſignia.*
12 *Jus Patronatus dicitur oneroſum, quia Patronus tenetur defendere Eccleſiam, & ejus bona, & eam reparare.*
13 *Dicitur utile, quia ſi Patronus, devenerit ad inopiam, tenetur Eccleſia eum alere.*
14 *Amplia etiam ad uxorem, filios, & familiam, & ad omnia, quæ ſub alimentorum vocabulo continentur.*
15 *Si Rector denegaverit alimenta, Patronus eum poteſt convenire, & ſi fame pereat tenebitur de homicidio.*
16 *Jus Patronatus competit ex fundatione, & dotatione.*
17 *Eccleſia debet fundari de Ordinarii conſenſu, aliàs non acquiritur jus Patronatus.*

18 *Iſte*

18 *Iſte conſenſus vel poteſt præcedere, vel ſubſequi.*

19 *Præſumitur interveniſſe ex diuturnitate temporis.*

20 *Dicitur autem id à ſuis anteceſſoribus factum fuiſſe, quia poteſt tranſire ad familiam, & ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos.*

1 JURI operam daturus, prius noſſe oportet, unde nomen juris deſcendat: ita Ulpianus *in l.1. ff. de juſt.& jur.*ubi jus, & juſtitia appellatur, ut verum à falſo, æquũ ab iniquo diſcernatur. Flamin. *in tract. de Confident. quæſt.* 46. *n.* 61.

2 Cum ergo omnis quæſtio à definitione pendeat, quæ eſt oratio cuiuſcunque rei ſubſtantiam ſignificans: Gloſ. 1. *in L.Omnis definitio* 203. *ff. de reg. jur.* Operæ pretium erit videre, quid ſit jus Patronatus, de quo in præſenti agendum eſt.

3 Eſt ergo jus Patronatus, ſecundùm Theologos cum Div. Thom. *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 3. *art.* 2. *verſ. Ad tertiam:* Poteſtas præſentandi Clericum ad beneficium Eccleſiaſticum.

4 Definitur ſecundùm Canoniſtas in cap. 1. *de jur. Patronat.* Jus honorificum, oneroſum, & utile alicui competens in Eccleſia, eò quòd de Ordinarii conſenſu eam fundavit, conſtruxit, vel dotavit, aut id à ſuis anteceſſioribus factum fuit: ita DD. *per text. & ibi Gloſſ.*1. *in cap. Piæ mentis,* 16. *q.*7. Abb. *in Rubr.de jur.Patron. n.* 3. Plures per Vivian. *de jur. Patron. lib.*1. *cap.* 2. *n.* 2. Et per Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 2.

5 Dicitur jus, quia eſt quid incorporale; & intellectuale, quod oculis corporeis videri non poteſt: ex Vivian. *dict. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. Et eſt partim ſpirituale, partim temporale. Spirituale, quia vendi non poteſt: Cap. *de jure* 16. *de jur. Patronat.* & eſt annexum ſpiritualibus: Cap. *Quanto, de judiciis.* Plures per Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 51. & 242. Temporale, quia poteſt à Laicis poſſideri: Cap. 1. *cap. Nobis, cap. Cum autem, cap. Paſtoralis, de jur. Patronat.*

6 Hoc jus eis à jure conceſſum eſt, ut aliqui inducantur ad dotandas, & fundandas Eccleſias: dict. cap. *Nobis.* Mantic. *de tacitis, & ambiguis, tom.*2. *lib.*23. *tit.* 20. *n.* 28. Caſſador. *de jur. Patr. deciſ.* 3. *n.* 6. Plures per Cevalh. *commun. q.* 282. *n.* 6. Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 6. *in fin. & lib.* 7. *cap.*2. *n.* 12. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 1. *n.* 3. Themud. 3. *p. deciſ.* 282. *n.* 9.

7 Dicitur honorificum, quia Patronus habet honorem præſentandi Rectorem, quem Epiſcopus, vel Prælatus non poteſt inſtituere abſque præſentatione, aliàs proviſio nulla erit: ita text. in cap. *Decernimus;* 16. *quæſt.* 7. *ibi:* Ordinationem ſuam irritam noverit. DD. *per text. in cap. Cum Bertholdus* 18 *de ſentent. & re judicat.* ubi Abb. *n.* 13. Felin. *à n.* 8. Flamin. *de Reſign. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.*3. Plures per Salg. *de protect. Reg.* 3. *p. cap.* 9. *à n.* 131. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.*12. *n.*2. & *n.*163. Vivian. qui plures refert *de jur. Patron. lib.* 12. *cap.* 5. *n.*1. Phœb.2.*p. deciſ.*163. *n.*20. Cabed. *de Patr.Reg.Coron. cap.*1. *n.*6. & *cap.*8. *n.*4. *verſ.* Patet, & *n.* 5. Barboſ. *in cap. Nobis, n.* 1. *de jur. Patròn.*

8 Habet etiam honorem præcedendi in locis publicis, v. g. in Proceſſionibus prope Prælatum, & in aliis præminentiis: ex cap. *Nobis,* 25. *de jur.Patr.* Vivian. *eodem tit. lib.*1. *cap.*2. *à num.* 12. Barboſ. *dict. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 214 & *in d. cap. Nobis, n.*1. & n.6.

9 Præcedit etiam, dum communia obſequia exhibentur, ut primus admittatur ad oſculum pacis: ita Rota apud Mantic. *deciſ.* 214. *n.* 1. Barboſ. *ubi prox. n.* 215. Vivian. *d.lib.*1. *cap.* 2. *n.*13.& primus de Laicis thurificatur, ut per Rotam relatam à Loter. *de Re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 2. tradunt Vivian. & Barboſ. ſupra.

10 Debet etiam Rector extra Eccleſiam Patronum honorare illi aſſurgendo, & eum ſalutando, & ei Eccle-

ſiæ

Digitized by Google

ſiæ venienti obviam ire, nec poteſt eum ſine venia ad jus vocare: argument. *text. in l. ult. ff. de in jus vocando.* Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 13. ubi etiam dicit teneri pro Patrono orare. Ludovic. Roman. *conſ.* 339.

11 Habet etiam Patronus Cathedram in Eccleſia, cauſâ honoris, & in ea depicta familiæ inſignia, ex Lambert. *de jur. Patronat.* quem refert, & ſequitur Themud. *p.* 1. *deciſ.* 51. *num.* 3. *&* 3. *p. deciſ.* 279. *num.* 13. Menoch. *de Recuper. remed.* 15. *à n.* 46. Gratian. *Forenſ. cap.* 110. *à n.* 13. Gabr. Pereir. *deciſ.* 24. *n.* 3. *&* 7.

12 Dicitur oneroſum, quia Patronus tenetur defendere Eccleſiam, & ejus bona, ne indebitè dilapidentur, eamque reparare: ex Cap. *Filiis, cap. Epiſcumque. cap. Piæ mentis, & paſſim* 16. *quæſt.* 7. Abb. *in Rub. de jur. Patron. n.* 4. *in fin.* Plures per Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 2. *& n.* 215. Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 15. *& lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 2. *& lib.* 15. *cap.* 1. *num.* 4. *&* 5. Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reform.* ubi Barboſ. *in collect. n.* 10. *& in cap. Præterea n.* 5. *de jur. Patron. & n.* 6. *in fin.*

13 Dicitur utiſe, quia ſi Patronus devenerit ad inopiam, tenetur Eccleſia eum alere ex redditibus ultra neceſſaria remanentibus; ex Cap. *Quicunque* 2. 16. *quæſt.* 7. Gloſſ. *in cap. Piæ mentis, eadem cauſa, & quæſt.* Cap. *Nobis de jur. Patron.* & ibi Gloſſ. *verb.* Modeſtè, *& ibi* Abb. *n.* 1. Bochus *de jur. Patronat. verbo* Utile, *à principio,* Lambert. *in eod. tract. part.* 7. *lib.* 2. *in præfat. n.* 2. *& lib.* 3. *quæſt.* 3. *principal. art.* 6. *n.* 2. Plures per Vivian. *de jur. Patron. d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. 21. *&* 22. *& lib.* 13. *cap.* 9. *n.* 28. & per Barboſ. *d. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 2. *in fin. & n.* 216. Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reformat.* ubi Barboſ. *in collect. n.* 10. Gigas *de Penſion. quæſt.* 23. *à n.* 1. Loter. *de Re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 35. *à n.* 9. Sanch. *Concil. lib.* 2. *dub.* 52. *num.* 1. Barboſ. *in d. cap. Nobis, n.* 7. *&* 11. *de jur. Patron.*

Ampliat Barboſ. *d. n.* 216. *&* 218. 14
cum Surdo, & aliis, etiam ad uxorem, filios, familam, & ad omnia, quæ ſub alimentorum vocabulo continentur: Sequuntur Marth. *de juriſdict.* 2. *part. cap.* 48. *n.* 3. Riccius *prax. de jur. Patr. d.* 170. Loter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 2. Surd. *de Aliment. tit.* 1. *quæſt.* 54. *n.* 1. *& tit.* 4. *quæſt.* 23. *à n.* 12. Bovad. *Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 296. *& lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 13. Cov. *in reg. poſſeſſ.* 2. *p.* §. 10. *n.* 3. *&* 4. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 20. *& lib.* 13. *cap.* 9. *n.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 51. *verſ. Intelligitur,* ubi dicit ita judicatum. Duran. *tom.* 1. *deciſ.* 148. *n.* 6. *&* 7. Barboſ. *in d. cap. Nobis, num.* 11. *de jur. Patron.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 5. *à n.* 7.

Quòd ſi Rector dicta alimenta de- 15
negaverit, poteſt Patronus eum convenire: DD. *per text. in cap. Nobis, de jur. Patron.* Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. *in fin.* ubi alios refert Gigas *de Penſion. quæſt.* 23. *n.* 2. Et ſi moriatur, quia ei alimenta denegavit Rector, tenebitur de homicidio, ſicut pater, qui denegat alimenta filio: per text. *in l. necare,* ubi Gloſſ. *ff. de liber. agnoſcend.* cap. *Paſce, diſt.* 86. Vivian. *d. cap.* 1. *n.* 20. *in fin.*

Dicitur alicui competens, quia 16
Eccleſiam fundavit præſtando fundum, ut conſtrueretur: Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 46. vel quia eam conſtruxit faciendo expenſa in ædificatione: Vivian. *d. cap.* 2. *n.* 52. vel quia eam dotavit cum ſufficienti dote: Vivian. *d. cap.* 2. *à n.* 59. quia his potiſſimùm modis acquiritur jus Patronatus ex dicendis infra *Reſol.* 3. *à n.* 1. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 48. *n.* 2.

Dicitur de conſenſu Ordinarii il- 17
lius loci, in quo Eccleſia fundatur, quia ſine illo, non poteſt ædificari, nec acquiri jus Patronatus: extr. in cap. *Placuit* 1. *quæſt.* 2. *& ibi Gloſſ. cap. Nobis de jur. Patronat.* ubi Barboſ. *n.* 2. plures per Garc. *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 71. Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 34. *& lib.* 2. *cap.* 1. *à n.* 7. Barboſ. *d. lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 28. *& de poteſtat.*

 Epiſcop.

Epiſcop. alleg. 70. *num.* 20. Sanch. *ubi ſupr. n.* 7.

18 Iſte conſenſus Ordinarii poteſt præcedere, vel ſubſequi: DD. *per text. in cap. Cura paſtoralis, de jur. Patron.* Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 4. *n.* 7. ubi alios refert Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 40. Sanch. *d. dub.* 48. *n.* 8.

19 Præſumitur interveniſſe ex diuturnitate temporis: Garc. *de beneſ. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 209. Vivian. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 12. Barboſ. *d. lib.* 3. *cap.* 12. *à n.* 58. *& de poteſtat. Epiſcop. alleg.* 70. *à n.* 21. in quibus locis refert plures Rotæ deciſiones.

20 Dicitur autem id à ſuis anteceſſoribus factum fuiſſe, quia jus Patronatus tranſit ad familiam, & ad hæredes deſcendentes, etiam extraneos, ſive ſint filii, ſive filiæ, ſeu pupilli: ex Vivian. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 24. *& à n.* 69. DD. per text. *in cap. Quoniam.* 3. *de jur. Patronat.* & DD. relati infra *reſol.* 2. *n.* 6. Barboſ. *in d. cap.* 3. *n.* 2. *de jur. Patronat. & in cap. Cum ſæculum n.* 7. *eodem tit.*

RESOLUTIO II.

Quotuplex ſit jus Patronatus?

SUMMARIUM.

1 *Jus Patronatus eſt triplex: Eccleſiaſticum, Laicale, & Mixtum.*

2 *Eccleſiaſticum quando dicitur.*

3 *Quando Laicale.*

4 *Quando Mixtum.*

5 *Iſtud quo ad damnum reputatur ſæculare, quo ad commodum Eccleſiaſticum.*

6 *Sæculare, & mixtum, vel eſt hæreditarium, vel familiare, vel Gentilitium.*

Ibi. *Hæreditarium tranſit ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos.*

7 *Indubio, eſt præſumendum hæreditarium.*

8 *Familiare, ſeu Gentilitium, quod ſit?*

Ibi. *In Patronatu Gentilitio, omnes admittuntur in capita, & in hæreditario in ſtirpes.*

9 *Vel eſt activum, vel paſſivum.*

Ibi. *Quid ſit utrumque?*

10 *Jus Patronatus Regium non conſtituit diverſam ſpeciem à Laicali, & diſpoſitum in illo, dicitur etiam de Patronatu Regio, quamvis iſtud habeat aliquas prærogativas.*

Jus Patronatus eſt triplex: *Eccleſiaſticum, Laicale, & Mixtum*, ita 1
Gonzal. *ad regul.* 8. *Chancel. gloſſ.* 18. *à num.* 2. Garc. *de beneſ.* 5. *part. cap.* 1. *à num.* 153. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 3. *& de poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *à num.* 128. Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. *& cap.* 1. *à num.* 444.

Eccleſiaſticum, tunc dicitur, quando ex bonis Eccleſiæ beneficium 2
fundatur, dotatur, vel ratione Eccleſiæ alicui competit; vel ſimpliciter, à Laico dotatur, & donatur Eccleſiæ, vel Monaſterio: Cap. *Cum dilectus* 28. *de jur. Patronat. cap. unic. eodem tit. in* 6. *cap. Cum dilectus* 34. *de Præbend.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Chancel. gloſſ.* 18. *n.* 5. Garc. *de beneſ.* 5. *p. cap.* 1. *à n.* 553. Cov. *Pract. cap.* 36. *n.* 2. *&* 5. Marius Anton. *lib.* 4. *reſol.* 8. *n.* 14. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 9. *& cap.* 3. *n.* 2. *&* 10. Valaſc. *conſult.* 164. *à n.* 14. Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 1. *n.* 11. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 72. *n.* 128. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 4. *&* 10. Farinat. 2. *p. deciſ.* 569. *& deciſ.* 740. *n.* 2. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 116. *lit. H.* Salg. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 9. *num.* 100. Valenſuel. *conſ.* 45. *n.* 12. *& conſ.* 63. *n.* 87. Sanch. *concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 53. *n.* 7.

Laicale dicitur illud, quod cõpetit 3
Laicis, ſeu Clericis ratione ſui patrimonii, vel quia fundatoribus Laicis ſucceſſerunt, vel ex ſuo proprio patrimonio fundaverunt: DD. *per text. cap. Filiis, cap. Quicunque, cap. Si plures, cap. Conſiderandum* 16. *q.* 7. *cap.* 1. *cap. Cum propter de jur. Patronat. cap. unic. eod. tit. in* 6. Gloſ. *verb.* Præſentare

in

Digitized by Google

in Clem. plures de jur. Patronat. Abb. *in cap. Dilectus, n. 4. de jur. Patronat.* Vivian. *d. lib. 1. cap. 2. num. 10.* Cov. *Pract. cap. 36. n. 2.* Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap. 1. n. 12. & 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Chancel. gloſſ. 18. n. 2.* Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. à n. 13.* Maſcard. *conſult. 961. n. 9.* Sanch. *Concil. lib. 2. cap. 9. dub. 53. n. 1.*

4 *Mixtum* dicitur illud, quod pertinet ad Eccleſiaſticum, & ad Laicum: Gonzal. *d. gloſſ. 18. n. 8.* Garc. *de benef. 5. p. cap. 1. n. 2.* Sanch. *Concil. lib. 2. cap. 3. dub. 53. n. 11.* Monet. *de comut. ult. volunt. cap. 10. n. 220.* Barboſ. *d. lib. 3. cap. 12. num. 17.* Vivian. *d. lib. 1. cap. 3. n. 17.* Cov. *Pract. cap. 36. verſ. 3.*

5 Jus Patronatus *Mixtum*, quo ad damnum reputatur ſæculare, & quo ad commodum, Eccleſiaſticum: Cov. *ubi proxim.* plures per Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 72. n. 132. & de jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. n. 18. & 19.* Riccius *Praxi aurea, reſol. 458. n. 3.* Salgad. *de Protect. Reg. 3. part. cap. 9. à n. 110.* Vivian. *de jur. Patron. lib. 7. cap. 1. n. 13.* Sanch. *Concil. lib. 2. cap. 3. dub. 53. à num. 11.* Mantic. *deciſ. 292. à num 3.*

6 Jus Patronatus *ſæculare*, & *mixtum*, vel eſt *hæreditarium*, vel *familiare*, & *gentilitium*. *Hæreditarium*, eſt illud, quod tranſit ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos: DD. *per text. in cap. Quoniam 3. de jur. Patron.* Cov. *var. cap. 18. num. 6.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 71. à num. 2. & de jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. num. 20. & 220.* Vivian. *de jur. Patronat. lib. 4. cap. 2. n. 1.* ubi plures refert.

7 Indubio eſt præſumendum hæreditarium: Lambertin. *de jur. Patron. 2. part. lib. 1. quæſt. 2. n. 15.* & ita judicatum in Rota teſtatur Barboſ. *d. lib. 3. cap. 12. num. 21. & 123. & lib. 4. cap. 2. num. 4.* Vivian. *in prax. de jur. Patronat. deciſ. 41. num. 1. & deciſ. 84. n. 13.* & melius *deciſ. 108. n. 1.* Merlin. *tom. 1. deciſ. 94. n. 1. & deciſ. 403. n. 4. & deciſ. 450. n. 9. & deciſ. 798. n. 7.*

8 *Familiare*, ſeu *Gentilitium*, eſt illud, quod competit, & relictum eſt illis tantùm perſonis de familia: ita Rot. *p. 1. recentior, deciſ. 395. n. 2.* Barboſ. *d. lib. 3. cap. 12. num. 22.* Vivian. *de jur. Patron. lib. 1. cap. 3. num. 29. & lib. 4. cap. 2. n. 31. & deciſ. 108. n. 4.* Merlin. *d. deciſ. 94. n. 5.* aſſerens *eſſe Gentilitium* debet concludenter probari: Merlin. *deciſ. 798. n. 8.* In Patronatu gentilitio, omnes admittuntur in capita, & in hæreditario in ſtirpes: Merlin. *ubi proxim. num. 13. & 14. & deciſ. 870. n. 2.*

Iſtud jus, vel eſt *activum*, vel *paſſivum*: Vivian. *d. lib. 1. cap. 3. n. 30.* 9 *Paſſivum* eſt, quando certi de familia ſunt præſentandi; *Activum* eſt illud per quod fit, ne Prælatus beneficium conferat, niſi ad præſentationem talis perſonæ, ut per Monet. *de commut. ultim. volunt. cap. 10. n. 200.* quem refert, & ſequitur Barboſ. *d. lib. 3. cap. 12. n. 15.* Vivian. *d. lib. 1. cap. 3. num. 30.*

Jus Patronatus *Regium*, de quo agi- 10 mus, non conſtituit diverſam ſpeciem diſtinctam à Laicali, quia Sæculare eſt; & ideo quod diſpoſitum eſt in jure de Patronatu Sæculari, idem dicendum eſt de Regali, quamvis habeat aliquas prærogativas, de quibus in reſolutionibus ſequentibus dicendum erit: Ita Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap. 1. n. 14.*

RESOLUTIO III.

Quot modis Reges Portugaliæ jus Patronatus Eccleſiarum hujus Regni obtinuerunt.

SUMMARIUM.

1 *Jus Patronatus attento Concil. Trid. acquiritur ex dotatione, & fundatione.*

Ibi. *Idem attento jure communi.*

2 *Eccleſia fundari nequit ſine dote.*

3 *Jus Patronatus ex dotatione, & fundatione acquiritur ipſo jure, quamvis in fundatione illud expreſſè*

preſſè non reſervetur, dummodo expreſſè non dimittatur.
4 *Jus Patronatus eſt jus artificiale.*
5 *Reges Portugaliæ acquiſiverunt jus Patronatus ex dotatione Eccleſiarum.*
6 *Ex fundatione.*
7 *Ex conſtructione.*
8 *Ex recuperatione in expulſione Maurorum.*
9 *Quæ ab hoſtibus acquiruntur jure gentium, ſtatim capientium fiunt.*
10 *Ex donatione.*
11 *Jus Patronatus non transfertur de Laico in Laicum, ſine licentia Epiſcopi.*
12 *Leo X. conceſſit Sereniſſimo Regi Emmanueli, ut Patronatus ſibi, & Coronæ donatos per Laicos acquireret.*
13 *Jus Patronatus donatum per Sæculares Coronæ naturam bonorum Coronæ ſortitur.*
14 *Ex confiſcatione bonorum propter crimen læſæ Majeſtatis.*
15 *Jus Patronatus tranſit cum Univerſitate bonorum.*
16 *Exemplum, in quo jus Patronatus confiſcatum tranſivit ad Coronam.*
17 *Aliud exemplum.*
18 *In his caſibus confiſcationis tranſit Patronatus ex natura rei, quin præcedat conſenſus Epiſcopi.*
19 *Ex præſcriptione, & conſuetudine immemorabili.*
20 *Poſſeſſio, & conſuetudo immemorabilis habet vim tituli, & privilegii.*
21 *Ex Privilegio Apoſtolico.*
22 *Ex permutatione.*
23 *Bona permutata ſortiuntur naturam bonorum, quorum loco fuerunt ſubrogata.*
24 *Acquiritur jure hæreditario, & ſucceſſionis.*
25 *Quamvis Concil. Trident. revocavit omne jus Patronatus, præterquam ex donatione, & fundatione.*
26 *Attamen excepit jus Patronatus Regium.*
27 *Sedes Apoſtolica non revocat privilegia ex cauſa oneroſa.*
28 *Quibus caſibus amittatur jus Patronatus. Vide remeſſivè.*

JUs Patronatus, attento *Concilio Tridentino ſeſſ.* 14. *cap.* 12. *de reformat.* & *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* acquiritur ex *dotatione*, & *fundatione*. Quod etiam procedit attento jure communi: *ex cap. Filiis*, *cap. Quicunque*, *cap. Abbate*, *cap. Piæ mentis*, ubi Gloſſ. 1. 16. *quæſt.* 7. dicit Patronum faciunt, dos, ædificatio, fundus: *Cap. Nobis*, & *quaſi per totum de jur. Patron.* Plures per Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 70. *n.* 1. & *allegat.* 72. *n.* 28. & *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 50. Loter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *à princip.* Vivian. *de jur. Patron. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 1. & *deciſ.* 16. *num.* 1. Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 2. *n.* 1. & 6. D. Roder. à Cunha *in Collect. ad cap. Cum longe*, *n.* 3. *diſt.* 63. Themud. 3. *p. deciſ.* 282. *n.* 4. ut cæteri inducantur ad fundandas Eccleſias, prout diximus ſupra *Reſol.* 1. *n.* 6. 1

Eccleſia enim fundari nequit ſine dote, ex qua conſervari poſſit: *Cap. Nemo, de conſecrat. diſt.* 1. *cap. Ad audientiam, de Eccleſ. ædificand.* Vivian. *de jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 34. & *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. & *cap.* 5. *à n.* 1. & *lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 59. 2

Iſtud jus acquiritur ipſo jure, ex *dotatione*, *fundatione*, & *conſtructione*, 3
quamvis illud Patronus in fundatione expreſſè non reſervaſſet, dummodo illud expreſſè non dimiſiſſet: Ita pluribus relatis aſſerit Vivianus, qui teſtatur, ſic judicatum in Rota *de jur. Patronat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 50. Rota in antiquis *eodem tit. deciſ.* 5. & 2. *p.* In novis *deciſ.* 167. *n.* 4. cum aliis per Vivian. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. *ad medium.* Gonſal. *ad regul.* 8. *Chancel. gl.* 9. §. 1. *n.* 9. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 35. Themud. 3. *p. d.* 282. *n.* 3. Barboſ. *in votis lib.* 3. *vot.* 76. *n.* 85. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 31. *num.* 1. & *deciſ.* 442. *num.* 1. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.*

cap. 3. dub. 48. num. 5. Ventrigl. in prax. annot. 1. §. 1. n. 9.

4 Ratio eſt, quia jus Patronatus eſt jus artificiale, quod acquiritur hominis ope, & artificio, dotando, fundando, & conſtruendo Eccleſias, & ſic artificialiter deducit rem de non eſſe, ad eſſe: Abbas, & DD. in Rubr. de jur. Patron. Vivian. eodem tit. lib. 2. cap. 1. num. 1. Reges Portugaliæ illud acquiſiverunt ex ſequentibus titulis.

5 Primo, ex dotatione Eccleſiarum, plures enim Eccleſias dotaverunt, & fundaverunt poſt Maurorum expulſionem, ut per Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 2. n. 7. D. Roder. à Cunha in collect. ad cap. Cùm longe, n. 2. diſt. 63. Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. cap. 3. n. 29. & 33. Larrea alleg. Fiſcal. 2. p. alleg. 67. n. 17. Vivian. de jur. Patron. lib. 1. cap. 2. n. 50. Prout etiam Reges Caſtellæ: Salg. de Protect. Reg. 3. p. cap. 10. à n. 223. DD. relati infra Reſol. 49. n. 1. & 2. Merlin. tom. 1. deciſ. 60. n. 1. Ventrigl. d. §. 1. num. 4. & 5.

6 Secundo, ex fundatione, aſſignando, & præſtando fundum ad Eccleſias conſtruendas: DD. per text. in cap. Nobis, de jur. Patron. Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 2. num. 1. & 7. Vivian. d. lib. 2. cap. 1. n. 2. & 5. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 70. n. 2. & in collect. ad Trident. ſeſſ. 14. n. 3. Ventrigl. d. §. 1. n. 2. & à n. 10.

7 Tertio, ex conſtructione, quia eorum expenſis Eccleſiæ ædificatæ fuerunt: ex Cabed. d. cap. 2. n. 7. Vivian. d. lib. 1. cap. 1. n. 33. & lib. 2. cap. 1. n. 3. & 5. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 70. n. 5. & de jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. à num. 28. per text. in cap. Abbatem, 18. quæſt. 2. & per text. in cap. Nobis, de jur. Patron.

8 Quarto, ex recuperatione Eccleſiarum in expulſione Maurorum: Cabed. d. cap. 2. num. 1. Plures per Barboſ. de poteſt. Epiſcop. part. 1. cap. 3. n. 29. & per Bovad. Polit. lib. 2. cap. 18. à n. 256. Salgad. de Protect. Reg. 3. p. cap. 10. n. 223. & 224. & idem conceſſum eſt Regibus Hiſpaniæ per Summos Pontifices, prout refert ex variis AA. Cevalh. de cognitione per viam violentiæ, 2. p. q. 25. n. 3. Salſed. de leg. politic. lib. 2. cap. 13. à n. 4.

Jure enim cautum eſt, quòd ea, quæ ab hoſtibus capiuntur, ſtatim jure gentium capientium fiant: L. ex hoc jure, ff. de juſt. & jur. L. Si captivus; & ibi Gloſſ. verb. Publicat, ff. de Captiv. Cov. in Regulam Peccatum, 2. p. §. 11. n. 5. & 6. Eodem modo acquiritur etiam Patronatus; ex text. in cap. Abbate, verſ. Pro parte, de re judic. in 6. ubi Pontifex eodem utitur fundamento, ibi: Cum Rex ipſe ſua probitate, ac ſtudio ab Infidelibus loca conquæſiverit: Et ibi: Cum ad ultimum fidei pervenirent, Regem eundem quo ad hæc ſic per eum poſtmodum acquiſita. Et ibi: Cum ſua propria facta eſſent. Et ibi Gloſſ. verb. Infidelibus. Cabed. d. cap. 2. n. 7. & 2. p. deciſ. 44. n. 16. & 17. Barboſ. & Bovadilh. ubi ſupr. Vivian. de jur. Patron. lib. 4. cap. 3. n. 11. 9

Quinto, ex donatione: ita DD. per text. in cap. Illud, cap. Præterea, cap. Ex inſinuatione; & ibi Gloſſ. verb. Contuliſſet, de jur. Patron. cap. unic. eodem tit. in 6. Barboſ. de jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. n. 244. & de poteſt. Epiſc. alleg. 71. n. 21. Vivian. de jur. Patron. lib. 1. cap. 2. n. 76. lib. 4. cap. 4. à n. 1. Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 2. n. 8. ubi dicit Populos plures Eccleſias ædificaſſe poſt expulſionem Maurorum, & jus Patronatus in Regem tranſtuliſſe, quia in præſentatione plures oriebantur diſcordiæ, prout contigit in illis, quæ in communi poſſidentur: ex l. Cum pater, §. Dulciſſimis, ff. de leg. 2. & quia expediebat Eccleſiam unum, quàm plures habere Patronos, ut per Cabed. d. cap. 2. num. 9. 10

Sed quia, attento jure, jus Patronatus de Laico in Laicum transferri non poteſt ſine licentia Epiſcopi, aut Pontificis: ex Cap. Præterea, 1. & 2. cap. Quod autem, in fine, cap. Cum Paſtoralis, cap. Conſuluit, cap. Suggeſtum, de 11

Digitized by Google

de jur. Patron. cap. 1. *eod. tit. in* 6. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 71. *num.* 12. *&* 13. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 246. Gratian. *Forenſ. cap.* 177. *n.* 8. *& cap.* 303. *n.* 10. *&* 13. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 4. *num.* 7. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 4. *cap.* 4. *à n.* 1. 17. 18. *&* 19. Riccii *Prax. jur. Patron. deciſ.* 180. *n.* 147. Phœbus 2. *part. deciſ.* 185. *n.* 13. Oliv. *de for. Eccleſ. part.* 1. *q.* 7. *n.* 2.

12 Ideo Summus Pontifex Leo X. conceſſit privilegium Sereniſsimo Regi Emmanueli, ut poſſet acquirere, & potiri omnibus juribus Patronatus ſibi, & ſuæ Coronæ donatis per Laicos, prout conſtat ex Bulla, quam tranſcripſit Cabedo *de Patron. Reg. Coron. cap.* 2. *in fin.* per quam probatur poſſe acquirere jus Patronatus ex donatione: ex Vivian. *in prax. jur. Patron. deciſ.* 103. *à n.* 1.

13 Hi Patronatus ſic donati ſortiti fuerunt naturam Patronatuum Regiæ Coronæ; mutata enim conditione perſonæ, mutatur etiam conditio bonorum: Valaſc. *de jur. Emphyteutic. quæſt.* 17. *n.* 25. *verſ. Quibus accedit.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *n.* 129. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 11. Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 289. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 5. *num.* 3. Valaſc. *conſ.* 163. *n.* 15. DD. *per text. in cap. unico, de jur. Patronat. in* 6.

14 Sexto, ex *confiſcatione* bonorum propter crimen læſæ Majeſtatis: ex Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 83. *& lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 7. *& in prax. deciſ.* 105. *n.* 1. Quia propter crimen læſæ Majeſtatis amittitur jus Patronatus: Lambertin. *de jur. Patron. lib.* 3. *q.* 8. *art.* 5. Vivian. *d. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 7. & manet de Patronatu Coronæ, juxta Regiam Ordinationem, *lib.* 2. *tit.* 35. §. 22. ibi: *Nos bens, que forão applicados, ou confirmados para a Coroa por alguns maleficios;* & ibi: *Em taes caſos, como eſtes, e em cada hum delles, foſſem os ditos bens havidos por bens da Coroa;* & ibi: Eman. Barboſ. *in Remiſſionib.* alter Barboſ. *tom.* 6. *in addiction. ad Clement. Paſtoralis, de Re judicat. à n.* 11. *& in cap. Ex litteris, à n.* 9. *de jur. Patron.*

Tranſit enim in confiſcatione Patronatus cum univerſitate bonorum: 15 DD. *per text. in cap. Cum ſecundùm, de hæreticis in* 6. *& in cap. Cum Laici, de jur. Patron.* Vivianus *d. lib.* 15. *cap.* 1. *n.* 26. *& cap.* 2. *num.* 17. Abbas *in cap. Quia deligentia,* 5. *de Elect.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 71. *num.* 45. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 238. Vivian. *d. cap.* 2. *n.* 24. *&* 25. ubi ita dicit judicatum, & ſervari in praxi, & Fiſcum adveniente vacatione præſentaſſe vice Patroni ex jure ſibi ſuperveniente, ex perſona banniti: idem Vivian. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 83. *& lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 26. *& lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 7. *&* 8. *& in Prax. deciſ.* 66. *n.* 3. Riccius *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 179. *n.* 145. ubi ita etiam dicit judicatum: Caldas *Forenſ. lib.* 1. *q.* 23. *num.* 51. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 87. *num.* 3. idem etiam judicatum *Reſol.* 22. *n.* 6.

Sic etiam judicatum, & ſervatur 16 in hoc Regno: ex Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 33. *à num.* 1. in confiſcatione bonorum *D. Antonii, Prioris Cratenſis*, tam reſpectu Patronatuum Coronæ, quos poſſidebat, quàm aliorum bonorum patrimonialium, in quibus ſucceſſerat tanquam hæres patris Infantis *D. Ludovici* filii Regis *Emmanuelis*, in quibus omnibus Patronatibus ſucceſſit Corona, quæ in vacationibus præſentavit, & Epiſcopi per eam præſentatos inſtituebant.

Idem etiam contigit de facto in 17 confiſcatione bonorum Marchionis Villæ Regalis *D. Ludovici de Meneſes*, poſt cujus confiſcationem Sereniſſimus Rex *Joannes IV.* præſentavit Beneficia, & Præſtimonia, ejuſdem domus, quam idem Rex conceſſit Domino Infanti D. *Petro*, & Ordinarii præſentatos per eundem Regem, ac Donatarium inſtituunt,

tuunt, & ſine aliqua controverſia præſentatos immittunt in poſſeſſionem.

18 In hoc caſu confiſcationis, tranſit Patronatus ex natura rei, quin indigeat conſenſu Epiſcopi: DD. *per text. in cap. Ex literis*, *de jur. Patron. & in cap. Cum ſecundùm, de hæret. in 6.* Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 11. *à num.* 210. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 71. *n.* 10. *&* 16. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 4. *cap.* 1. *& n.* 2.

19 Septimo, ex *præſcriptione*, & *conſuetudine* immemorabili: DD. *per text. in cap. Querelam*, *de Elect. & in cap. Cura Paſtoralis*, *de jur. Patron.* Vivian. *eodem tit. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 24. *& lib.* 4. *cap.* 8. *à num.* 1. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 2. *num.* 3. *& alleg.* 70. *n.* 17. Gutier. *Practic. lib.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 72. *verſ. Et quamvis nulli*: DD. *per text. opt. in cap. Generali*, 13. *de Elect. in* 6. ibi: *Fundatione, vel antiqua conſuetudine, &c.*

20 Poſſeſſio enim, & conſuetudo immemorabilis habet vim tituli, & privilegii: DD. *per text. in cap. Super quibuſdam*, §. *Præterea*, *de verbor. ſignificat*; *& in cap.* 1. *de Reſcript. in* 6. *Ord. Reg. lib.* 1. *tit* 62. §. 51. ibi: *Lhe ſerá havida a poſſe immemorial por titulo*: Et *lib.* 2. *tit.* 27. §. 1. *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* Valaſc. *conſult.* 141. *num.* 5. Phœb. 2. *part. deciſ.* 163. *n.* 4. Molin. *de Primogenit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 8. *&* 9.

21 Octavo, ex *privilegio* Apoſtolico: ex *cap. Cum longe*, *diſt.* 63. ubi D. Rodericus à Cunha, *in Collect. num.* 2. *&* 3. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 2. *num.* 3. Vivian. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 24. *& cap.* 9. *n.* 3. *& lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 33. Gutier. *Practic. lib.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 72. *verſ. Quinimo.*

22 Nono, ex *permutatione* cum alio jure Patronatus, vel re ſpirituali: Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 5. *num.* 6. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 245. Vivian. *de jure Patronat. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 75. & tunc jus Patronatus permutatum manet de Patronatu Regio: ex Ordinatione *lib.* 2. *tit.* 35. §. 23. ubi Barboſ. *in remiſſionib.* Valaſc. *conſult.* 132. *n.* 25. 26. *&* 34. *& reſolut.* 41. *n.* 22.

Quia bona permutata ſortiuntur 23 naturam bonorum, quorum loco fuerunt ſubrogata: *L. Si donatæ*, §. *Si ſponſus*, *ff. de donat. inter. L. Imperator*, §. *ult. ff. de leg.* 2. Valaſc. & Barboſ. *ubi prox.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 25. *tit.* 4. *n.* 13. Gratian. *Forenſ. cap.* 624. *à n.* 2. *& infra Reſolut.* 41. *n.* 22.

Decimo, acquiritur *jure hæreditario*, & jure ſucceſſionis: Lambertin. 24 *de jur. Patronat.* 2. *part. lib.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 1. Cov. *Var. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 7. Riccius 2. *p. deciſ.* 60. *n.* 3. *& deciſ.* 72. *num.* 3. *&* 4. Garc. *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *à n.* 66. Riccius *de jur. Patron. deciſ.* 211. *n.* 273. Vivian. *eodem tit. lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 69. quia Rex noſter *Joannes IV.* eſt legitimus ſucceſſor in Corona, & bonis ejuſdem, prout fuerunt Reges Portugaliæ, ejus prædeceſſores, ſicut demonſtravit Valaſc. *in lib. de juſta Regni acclamatione*, ad quem me remitto.

Ex his omnibus, & ſingulis titulis 25 Reges hujus Regni Patronatum Eccleſiarum Coronæ acquiſierunt; & quamvis Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* revocavit omnes Patronatus, præterquam ex dotatione, & fundatione, ut per Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 9. *à num.* 115. Barboſ. *in Collect. ad Trid. d. cap.* 9. *num.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 18. *n.* 19. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 2 *cap.* 1. *n.* 24. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 7. *à n.* 28.

Attamen excepit Patronatus Re- 26 gibus, & Imperatoribus competentes; hi enim non ſolùm ex dotatione habere, & poſſidere poſſunt; ſed etiam ex donatione, præſcriptione, privilegio, & aliis titulis ſupra relatis: ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 24. *n.* 16. Gutier. *Pract. lib.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 72. *verſ. Veruntamen ad finem*: Plures

res per Phœb. 2. *p. deciſ.* 214. *num.* 17. & 28.

27 Nec etiam revocavit Concilium privilegia, per quæ fuit conceſſum jus Patronatus ex cauſa oneroſa, ut pluries judicatum in Rota ait Seraph. *deciſ.* 907. Rot. Diverſor. *part.* 1. *deciſ.* 687. *in fin.* & 2. *p. deciſ.* 269. *n.* 3. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. Ratio eſt, quia conceſſio juris Patronatus ex cauſa oneroſa non dicitur merè privilegium, ut pluries judicatum in Rota teſtatur Garc. *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. *n.* 120. & 121. Gonz. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 28. *num.* 22. & *Gloſſ.* 36. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 20. DD. *infra Reſolut.* 9. *num.* 15.

28 Quibus autem caſibus amittatur jus Patronatus, vide apud Vivian. *de jur. Patron. lib.* 15. *cap.* 2. *per totum.* Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 254. *uſque ad finem.*

RESOLUTIO IV.

Quaſi poſſeſſio juris Patronatus Regii quibus modis acquiratur?

SUMMARIUM.

1 *Jus Patronatus, & jus præſentandi differunt.*

2 *Poſſeſſio juris Patronatus, per actus externos acquiſita eſt, ac ſi eſſet de quadam proprietate.*

Ibi. *Per eam conſervatur jus Patronatus Coronæ, non tamen jus præſentandi.*

3 *Quaſi poſſeſſio juris præſentandi acquiritur ex multiplicatis præſentationibus, & ſufficit una, quæ fuit ſortita effectum.*

4 *Hic unicus actus probatur ex inſtitutione Ordinarii.*

5 *Præſentationes ſunt fructus juris Patronatus.*

6 *Unicus actus præſentationis, qui fuit effectum ſortitus, ſufficit, ut Corona, & ejus Procurator poſſit intentare remedia poſſeſſoria.*

7 *Caput* Conſultationibus *non procedit in beneficiis juris Patronatus Coronæ.*

8 *Ex poſſeſſione caſtri, vel bonorum, quibus annexum eſt jus Patronatus, acquiritur poſſeſſio præſentandi.*

9 *Poſſeſſio præſentandi tranſit ad ſucceſſorem bonorum, quin aliquem præſentationis actum exerceat.*

10 *Ex ſententia lata in proprietate, quæ tranſivit in rem judicatam.*

11 *Ex conſenſu præſtito in reſignatione beneficii, qui habet vim præſentationis, ſi reſignatio fuit ſortita effectum.*

12 *Par eſt conſentire, ac præſentare.*

13 *Hæc quaſi poſſeſſio ab allegante eſt probanda.*

Ibid. *An tranſeat ad ſucceſſores? remiſſive.*

14 *Actus præſentationis, qui dedit occaſionem liti, non conſtituit præſentantem in quaſi poſſeſſione.*

Ibi. *Nec manuteri debet.*

JUs Patronatus (quod eſt veluti 1
proprietas) & jus præſentandi (quod eſt veluti uſusfructus) differunt, tanquam uſus à dominio: Ita Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *n.* 7. & 8. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 6. *num.* 1. & 3. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. 32. & *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. & *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. 3. & 4. & *lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 27. Farin. 2. *p. deciſ.* 740. *n.* 3. & 4. Poteſt enim eſſe unum ſine alio: Vivian. *ubi ſupra.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 45. §. 2. *n.* 27. & 28. & *Gloſ.* 18. *n.* 92. Marius Anton. *Reſol.* 40. *n.* 22. & *reſol.* 87. *n.* 17.

Ex quo infertur, quòd poſſeſſio, 2
quæ acquiritur per actus externos, per Præſides Provinciarum capientes poſſeſſionem beneficiorum Coronæ vacantium, eſt, ac ſi eſſet de quadam proprietate; & idem dicendum de Beneficiis donatariorum Co-

Coronæ: ut per Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 6. *num.* 5. 7. *&* 8. ubi dicit ſe vidiſſe multa inſtrumenta ſimilium poſſeſſionum, *& num.* 10. per hanc poſſeſſionem ſic acceptam conſervatur jus proprietatis Coronæ, non tamen per eam acquiritur jus præſentandi: ex Cabed. *d. cap.* 6. *num. ult.* eſt enim quid diverſum, ex dictis *ſupra num.* 1.

3 Primo, acquiritur poſſeſſio juris præſentandi in beneficiis juris Patronatus Coronæ per plures præſentationes, & ſufficit unica, ſi fuit effectum ſortita: ita DD. *per text. in cap. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & in cap. Cum olim, eod. tit. & in cap. Conſultationib. de jur. Patron. & in cap. Querelam, de Elect.* Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 6. *n.* 2. *& cap.* 34. *n.* 9. Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.* 7. *n.* 26. Cov. *in Regul. poſſeſſ.* 2. *p. in princip. n.* 6. *& Pract. cap.* 14. *n.* 2. Gutier. *Conſ.* 3. *n.* 1. Gratian. *Forenſ. cap.* 310. *n.* 77. *&* 377. *n.* 22. Barboſ. *in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform. n.* 6. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 188. *& in Votis lib.* 2. *vot.* 20. *n.* 18. Plures per Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 5. *n.* 59. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 2. *n* 12. *in medio; & lib.* 11. *cap.* 6. *à n.* 7. *& n.* 9. *& lib.* 12. *cap.* 8. *n.* 18. *& in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 78. *n.* 10. Phœb. 2. *p. deciſ.* 213. *n.* 11. Plures per Themud. *deciſ.* 195. *num.* 14. *& n.* 113. Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 641. *n.* 5. *& deciſ.* 689. *n.* 5.

4 Hic unicus actus probatur ex inſtitutione Ordinarii, in qua affirmat ſe id feciſſe ad præſentationem talis Patroni: ex Cap. *Poſt ceſſionem, de Probationib.* ubi Felin. *n.* 13. Rota in novis, *de jur. Patronat. lib.* 3. *part.* 3. *Diverſ. deciſ.* 10. *& deciſ.* 680. *num.* 5. & ita judicatum refert Vivian. *de jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 48. Farin. 2. *p. deciſ.* 674. *n.* 4.

5 Præſentationes enim ſunt fructus juris Patronatus: ex Caldas *Conſ.* 5. *n.* 26. Gracian. *Forenſ. cap.* 577. *n.* 6. Riccius *part.* 1. *deciſ.* 11. *in fin. principii; & deciſ.* 23. *num.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſſ.* 45. §. 2. *n.* 11. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 5. *num.* 54. Plures per Parexam *de inſtrum. edict. tom.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 3. *n.* 17. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 2. Themud. *deciſ.* 195. *n.* 54. *&* 185.

Per hunc unicum actum, qui fuit 6
effectum ſortitus, poteſt Corona, & ejus Procurator, intentare remedia poſſeſſoria contra ſpoliantes, non obſtante quocunque temporis decurſu, quanvis ſit immemorabile: ita Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 6. *n.* 6. *& cap.* 9. *n.* 4. *&* 6. Phœb. 2. *p. deciſ.* 213. *n.* 15. ubi ita docet judicatum in favorem Coronæ in gradu reviſionis, quam ſententiam tranſcribit, *num.* 3. *&* 4. & idem iterum reſolvit, *num.* 21. Valaſc. *de jur. Emphyt. quæſt.* 9. *n.* 26. *ad finem.*

Regula enim *Cap. Conſultationibus,* 7
de jur. Patron. de conſervando ultimo poſſeſſore, non procedit in beneficiis juris Patronatus Coronæ, contra quam præſumuntur, mala fide, præſentationes in contrarium factæ: ut per Phœb. *d. deciſ.* 213. *n.* 22. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 8. *n.* 7. addens *n.* 8. *&* 11. collationem factam per Epiſcopum, ad alterius præſentationem, nullam eſſe, & proviſum in beneficio à poſſeſſione removendum, & admittendum præſentatum Coronæ cum omnibus fructibus, ut ſic reſtitutio tantum reddat, quantum abſtulit ſpolium, ut pluribus relatis reſolvit idem Cabed. *d. cap.* 8. *n.* 9. ubi dicit ſic ſæpius obtinuiſſe, & judicatum in exemplis ibi relatis, dum Procuratoris Coronæ officio fungeretur: idem reſolvit pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *p. cap. ult. à n.* 140.
& cap. 9. *n.* 196. 8

Secundo, acquiritur per poſſeſſionem caſtri, vel bonorum, quibus annexum eſt jus Patronatus, in cujus poſſeſſione præſentandi erat anteceſſor; tunc enim (quia tranſit cum univerſitate bonorum: ex Riccio *in*

Prax. jur. Patron. deciſ. 179. *à n.* 139. & DD. ſupra relatis *Reſol.* 3. *n.* 15.) talis ſucceſſor in conſequentiam, manet in eâdem poſſeſſione præſentandi: DD. *per text. in cap. Ex literis, de jur. Patron.* Semper enim præſumitur caſtrum poſſediſſe: Innocentius *in cap. Cum ſemper, de Cauſa poſſeſſionis, & in cap. In literis, de Reſtitut. ſpoliator.* Rota relat. per Cabed. *de Patr. Reg. Coron. cap.* 4. *n.* 3. *&* 4. ita pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 3. *à n.* 115. *ubi n.* 116. novus poſſeſſor poteſt præſentare, licet nunquam antea præſentaverit.

9 In hoc caſu poſſeſſio præſentandi tranſit ad ſucceſſorem bonorum, quin aliquem præſentationis actum exerceat: Lambertin. *de jur. Patron. p.* 1. *lib.* 2. *art.* 22. *n.* 4. *&* 5. & quod ita judicatum Neapoli teſtatur Joan. Gutier. Repetit. *in §. ſui, Inſtitut. de hæred. qualitat. & different. num.* 71. Otalora, *de Nobilitat.* 3. *p. cap.* 6. *n.*8. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 4. *num.* 8. & ſic practicatum in hoc Regno in exemplis relatis ſupra *Reſol.* 3. *num.* 16. *&* 17. & ita ſervari in praxi ait Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 25. & in aliis locis relatis *d. Reſol.* 3. *n.* 15. Salgad. *ubi ſupr.*

10 Tertio, acquiritur per ſententiam latam in proprietate, quæ tranſivit in rem judicatam; tunc enim ipſo facto acquiritur poſſeſſio ex vi ſententiæ, quæ abſorbit cauſam poſſeſſionis adverſarii: ita DD. *per text. in cap. Cum dilectus, de cauſa poſſeſ.* Abbas *in cap. Conſultationibus, n.*9. *verſ.* Quod ego intelligerem, *de jur. Patronat.* Lambertin. *eodem tit. part.* 1. *lib.* 2. *art.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 4. *verſ. Tertius eſt caſus*: plures, quos refert, & ſequitur Garcia *de beneficiis*, 5. *part. cap.* 5. *num.* 45. *&* 49. *&* 96. *&* per Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 50. *ad finem.* Themud. 2. *part. deciſ.* 117. *n.* 14. *in fine.*

11 Quarto, acquiritur per conſenſum præſtitum reſignationi beneficii, qui conſenſus habet vim præſentationis: Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 55. *n.* 1. ſi reſignatio ſortita fuit effectum, ita pluribus relatis Vivian. *lib.* 11. *cap.* 6. *à n.* 9. *& lib.* 5. *cap.* 2. *à num.* 12. *& lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 38. *& lib.* 14. *cap.* 2. *in fin.* in informatione, quam ibi refert poſt finem capitis, *num.* 10. *&* 11. *pag. mihi* 685. ubi refert varias Rotæ deciſiones, ubi conſenſus præſtitus per Patronos in Proviſionibus Apoſtolicis habet vim præſentationis. Idem Vivian. *in prax. jur. Patronat. deciſ.* 5. *num.* 2. *verſ. Non obſtat, & deciſ.* 16. *n.* 5. ubi ita judicatum in Rota, *& deciſ.* 41. *num.* 5. Themud. *deciſ.* 195. *num.* 16. Garc. *de benefic.* 5. *part. cap.* 9. *n.* 96. Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 689. *n.* 2. & infra *Reſol.* 54. *num.* 17.

Par enim eſt conſentire Proviſioni, & permutationi, ac præſentare: 12 Abbas *in cap.* 1. *de Relig. domib. num.*6. *& lib.* 1. *conſ.* 54. *num.* 3. *verſ.* Pro hoc etiam facit. Gabriel. *lib.* 2. *conſ.* 192. *num.* 10. Cum aliis per Vivian. *in prax. jur. Patron. deciſ.* 84. *num.* 15. *&* 16. ubi plures refert Rotæ deciſiones, & ſufficit quòd iſte conſenſus ſuperveniat, ut validet actum: Vivian. *de jur. Patron. lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 47. niſi conſenſus requiratur formaliter ad authoriſandum actum; quia tunc præcedere debet, nec actus convaleſcit, ſi conſenſus ſequatur, ut pluribus relatis reſolvit ibidem Vivianus.

Hæc quaſi poſſeſſio præſentandi ab 13 allegante eſt probanda, ut judicatum in Rota teſtatur Vivian. *de jur. Patron. deciſ.* 24. *n.* 6.

Advertendum, quòd præſentatio, 14 quæ dedit occaſionem liti, quanvis præſentatus ſit immiſſus in poſſeſſionem, nec conſtituit præſentantem in quaſi poſſeſſione præſentandi; ut per Ludoviſium *deciſ.* 417. *num.* 4. quem refert, & ſequitur Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 11. & ita judicatum in Rota refert idem Vivian. *deciſ.* 86. *n.* 36. Barboſ. *in Votis, lib.* 3. *vot.* 106. *num.* 90. Merlin. *tom.*

tom. 2. *deciſ.* 640. *n.* 7. nec manu teneri debet, ut pluribus relatis Barboſ. *in Votis lib.* 2. *vot.* 43. *num.* 22. & *vot.* 95. *n.* 31. Duran. *tom.* 1. *deciſ.* 23. *num.* 19.

RESOLUTIO V.

Quot modis probetur jus Patronatus Regium?

SUMMARIUM.

1 *Ex authenticis documentis.*
2 *Ex immemorabili poſſeſſione, & conſuetudine.*
3 *Per famam fundationis concurrente poſſeſſione præſentandi.*
4 *Ex pluribus enuntiativis in variis inſtrumentis.*
5 *Una non ſufficit, niſi adſint adminicula, & ſaltem duæ requiruntur.*
6 *Ex pluribus enuntiativis Ordinariorum.*
7 *Probatur per ſententias Ordinariorum.*
8 *Semel probato jure Patronatus coram Ordinario, non eſt neceſſe iterum de novo docere.*
9 *Probatur per teſtes de voce, & fama à tempore antiquo.*
10 *Ex libris antiquis, & ex libro Cenſuali Eccleſiarum.*
Ibi. *Sufficit quòd dicatur in margine libri*, Regis eſt.
11 *Ex armis, & inſignüs in Eccleſia poſitis.*
12 *Res ejus eſſe præſumitur, cujus eſt ſignum, & marcha.*
13 *Ex multiplicatis præſentationibus.*
14 *Quanvis non oſtendatur titulus dotationis, & fundationis.*
15 *Præſentationes debent eſſe tres, & duæ ſufficiunt.*
16 *Probatur ex literis antiquis ſcriptis in marmore Templi.*
17 *Probatur ex Chronicis, & antiquis Annalibus.*
18 *Chronicæ allegari poſſunt ad deciſionem cauſarum.*
19 *Probatur per verba affirmativa, & Scedulam Regis directam Ordinario.*
Ibi. *Non tamen ſi ſe referat ad dictum alterius.*
20 *Reges hujus Regni habent ſuam intentionem fundatam circa jus Patronatus.*
21 *Sufficit Eccleſias eſſe in terris Coronæ, ut præſumantur de Patronatu Regio.*
22 *Ita judicatum.*

Jus Patronatus Regium probatur ex ſequentibus.

PRimo, ex authenticis documentis: ex Concilio Tridentino 1
ſeſſ. 25. *cap.* 9. *de reformat.* Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 34. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſ.* 18. *à num.* 34. & *num.* 79. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 72. *n.* 11. & *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 67. & *in Collect. ad Trident. d. cap.* 9. *num.* 62. Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 11. *cap.* 5. *à num.* 9. & *in Prax. deciſ.* 17. *n.* 1. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 959. *n.* 29. Garc. *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *à num.* 92. 94. & 108. Gratian. *Forenſ. cap.* 168. *à num.* 20. Valaſc. *conſult.* 163. *num.* 9. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 45. *num.* 1. Ventrigl. *in Prax. annot.* 1. §. 2. *à n.* 2.

Secundo, ex immemorabili poſſeſſione, & conſuetudine: Valaſcus 2
ubi proxime num. 9. *in fin.* Palat. *in introduct. Rubr. de donation. inter vir. & uxor. n.* 26. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 34. *num.* 1. Abbas *in cap. Querelam, n.* 9. *de Elect.* Plures per Riccium *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 245. *num.* 21. & per Barboſ. *in Collect. ad Trident. d. cap.* 9. *num.* 8. & *de jure Eccleſiaſtic. lib.* 3. *cap.* 12. *à n.* 70. & *allegat.* 72. *n.* 35. Gabr. Per. *de Manu Reg. cap.* 2. *n.* 4. *in fin.* & ſufficit poſſeſſio contraria: ex Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *à n,* 33. &

& deciſ. 17. num. 3. & deciſ. 38. à n. 1. & deciſ. 61. n. 2.

3 Tertio, per famam fundationis, concurrente longiſſima poſſeſſione præſentandi: Caſſad. de jur. Patron. deciſ. 3. Maſcard. d. concl. 959. n. 20. Gonzal. d. Gloſſ. 18. num. 56. Garc. de benef. 5. p. cap. 9. n. 83. & 86. Plures per Riccium in Prax. jur. Patron. deciſ. 145. n. 22. ubi refert varias Rotæ deciſiones, addens n. 23. ſolam famã in antiquis probare abſque poſſeſſione, quin cenſeatur iſtud jus revocatum per Concilium Tridentinum, & ita dicit judicatum Menoch. conſ. 336. num. 14. & 15. Vivian. de jur. Patron. lib. 11. cap. 5. à num. 47. Themud. 3. p. deciſ. 282. num. 7.

4 Quarto, ex pluribus enuntiativis in variis, & antiquis inſtrumentis: Vivian. de jur. Patron. lib. 11. cap. 5. num. 50. & deciſ. 26. n. 14. & deciſ. 74. num. 2. 3. & 4. in quibus ita dicit judicatum in Rota: Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 34. num. 4. Barboſ. in Collect. ad Trident. d. cap. 9. n. 26. 27. & 66. & de poteſt. Epiſcop. alleg. 72. n. 40. & de jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 12. n. 87. Merlin. tom. 1. deciſ. 36. n. 9.

5 Unica tamen enuntiativa non ſufficit, ſed requiruntur plures, cum ſuccedant loco teſtium ad manifeſtandum factum antiquum: ita pluries judicatum in Rota teſtatur Vivian. in Prax. jur. Patron. deciſ. 74. num. 2. & 3. addit tamen n. 6. quod quanvis unica non ſufficiat in antiquis, ſufficit tamen concurrentibus adminiculis, & ſic etiam ſæpius judicatum in Rota. Sufficiunt tamen duæ enuntiativæ: Vivian. d. deciſ. 74. n. 3. & deciſ. 75. n. 2. Barboſ. d. alleg. 72. num. 31. & in Collect. ad Trident. d. cap. 9. num. 7. Cavalc. 2. p. deciſ. 17. num. 9. in fin. & num. 10.

6 Quinto, probatur ex pluribus enuntiativis Ordinariorum: Merlin. tom. 1. deciſ. 349. num. 3. & 4. & deciſ. 426. n. 1. & tom. 2. deciſ. 4. n. 6. Garc. de benef. 5. part. cap. 9. num. 86. Barboſ. d. lib. 3. cap. 12. n. 88. Ludov. deciſ. 58. n. 2. Vivian. de jur. Patron. lib. 11. cap. 5. num. 24. 48. 49. 50. & 54. & à n. 57. & 58. ubi dicit plurimum valere eorum aſſertionem. Farinac. 2. p. deciſ. 674. n. 4. maximè in Literis collationis, & inſtitutionis: Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 72. à num. 47. Plures per Merlin. 2. part. deciſ. 563. n. 12.

Sexto, probatur per ſententias eorumdem Ordinariorum: Barboſ. d. alleg. 72. num. 49. Vivian. de jur. Patron. lib. 11. cap. 5. n. 24. 61. & 62. & in Prax. deciſ. 41. num. 12. & deciſ. 213. n 17. ubi ſic teſtatur judicatum in Rota. Farinac. 2. part. deciſ. 674. num. 4. Ventrigl. d. §. 2. à num. 9. 7

Semel verò probato jure Patronatus coram Ordinario, non eſt neceſſe iterum de novo docere, aliàs nunquam daretur litium finis; ut per Gonzal. ad Reg. 8. Gloſ. 18. n. 23. 26. 29. & 30. Farinac. tom. 1. deciſ. 413. n. 1. Gabr. Pereir. de Man. Reg. cap. 27. num. 28. Reyn. obſ. 66. n. 25. Riccius part. 1. deciſ. 21. n. 1. & in Prax. jur. Patronat. deciſ. 153. n. 48. ubi ita dicit declaratum in Sacra Congregatione Vivian. de jur. Patron. lib. 11. cap. 5. à num. 3. 8

Septimo, per teſtes de voce, & fama à tempore antiquo: Vivianus, qui ita dicit judicatum in Rota, in Prax. jur. Patron. deciſ. 26. num. 13. Rot. de jur. Patron. 2. part. deciſ. 214. & 220. Farinac. in Novis, deciſ. 520. & 2. p. deciſ. 541. n. 3. Garcia de benef. 5. part. cap. 9. à num. 83. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 72. n. 43. Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 34. num. 7. Merlin. tom. 1. deciſ. 36. à num. 4. & deciſ. 426. num. 2. Ventrigl. d. §. 2. num. 11. 9

Octavo, probatur ex libris antiquis, & ex libro Cenſuali Eccleſiarum, cui plena adhibetur fides: ex Cap. Ad audientiam, verſic. Nos igitur, de Præſcript. Valaſc. conſult. 163. n. 11. Maſcard. concluſ. 544. in princip. & 10

& concl. 977. *n.* 50. *& concl.* 398. *n.* 4. Ludoviſ. *deciſ.* 83. *n.* 3. Aviles *Prætor. cap.* 19. *Gloſſ.* 1. *num.* 13. & ſufficit, quod in margine libri dicatur, *Regis eſt.* Ita dicit judicatum in facti contingentia Valaſcus *de jur. Emphyteut. quæſt.* 9. *num.* 26. *ad finem*, nec profuit poſſeſſori centenariam, ducentenariam, & immemorabilem poſſeſſionem allegare; *& q.* 7. *n.* 29. Valaſc. *d. conſult.* 163. *n.* 11. Cabed. *de Patr. Reg. Cor. cap.* 34. *n.* 2. *&* 3. *& areſt.* 4. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *à num.* 280. *& à num.* 269. Barboſ. *alleg.* 72. *num.* 49.

11 Nono, probatur ex Armis, & inſigniis in Eccleſia poſitis: Barboſ. *alleg.* 72. *à n.* 52. *de poteſt. Epiſcop. & de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 93. *& in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat. num.* 28. Vivian. *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 26. *num.* 15. *& deciſ.* 102. *num.* 12. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 269. *&* 275. Menoch. *Recup. remed.* 15. *num.* 47. *&* 48. Valaſc. *de jur. Emphyteut. q.* 9. *num.* 28. Themud. 3. *part. deciſ.* 282. *num.* 5. *&* 6. Ventrigl. *d.* §. 2. *n.* 14.

12 Res enim ejus eſſe præſumitur, cuius eſt ſignum, & marcha: Salgad. *d. cap.* 10. *num.* 271. *&* 272. Rota Genuenſ. *deciſ.* 201. *à n.* 1. Gail *lib.* 2. *obſ.* 118. *num.* 5. Boer. *deciſ.* 105. *n.* 9. Joan. Pint. Ribeir. *in ſuis alleg. relat.* 2. *num.* 13. ubi plures refert.

13 Decimo, probatur ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum: Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *n.* 26. *& in Prax. deciſ.* 84. *num.* 2. Plures per Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 69. *& à num.* 80. *Et de poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 20. *&* 28. *& in Collect. ad Trident. d. cap.* 9. Ventrigl. *d.* §. 2. *n.* 16.

14 Ampliat Barboſa ubi proxime *d. cap.* 9. *num.* 6. dictam reſolutionem, quanvis non oſtendatur titulus donationis, & fundationis, ſed præſentationes multiplicatas per ſe ſufficere: Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 34. *n.* 4. Farinac. 2. *p. deciſ.* 541. *num.* 2. *& deciſ.* 674. *num.* 2. Gonzal. *Gloſſ.* 18. *à n.* 50. *& à n.* 63. Valaſc. *conſult.* 163. *n.* 3. Ludov. *deciſ.* 83. *n.* 3.
Garcia *de benef.* 5. *p. cap.* 9. *à n.* 81. 15

Quæ præſentationes debent eſſe tres: ex Vivian. *de jur. Patron. lib.* 15. *cap.* 5. *num.* 29. *&* 30. ubi dicit duas ſufficere, ut dicantur multiplicatæ: idem Vivan. *ibidem num.* 31. *&* 32. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 31. Cavalcan. 2. *part. deciſ.* 17. *à num.* 9. 10. *&* 14. Marius Antonius *Variar. Reſolut. lib.* 1. *reſol.* 109. *n.* 37. Ventrigl. d. §. 2. *n.* 17.

Undecimo, probatur ex literis 16
antiquis ſcriptis in marmore Templi: Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 34. *n.* 9. *verſ. Immo etiam.* Phœb. 2. *part. deciſ.* 213. *à num.* 17. Valaſc. *de jur. Emphyteut. q.* 9. *n.* 28. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 63. *& cap.* 7. *num.* 25. *&* 26. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 95. *Et poteſt. Epiſcop. alleg.* 75. *num.* 50. Ventrigl. d. §. 2. *n.* 15. Barboſ. *tom.* 6. *in adiction. ad Decretal. in cap. Cum cauſam, de probationib. n.* 5.

Duodecimo, probatur ex Chroni- 17
cis, & antiquis Annalibus: Barboſ. *alleg.* 72. *num.* 53. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 34. *n.* 5. Valaſc. *de jur. Emphyteut. quæſt.* 9. *num.* 27. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 64. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *n.* 240. 274. *&* 278. Barboſ. *in Collect. ad cap. Inter dilectos, de fide inſtrument. n.* 3. *& in cap. Cum cauſam, de Probat. ubi prox. n.* 3. *&* 4.

Chronicæ enim allegari poſſunt 18
ad deciſionem cauſarum: Emmanuel Barboſ. in *remiſſ. ad Ord. lib.* 4. *tit.* 102. §. 1. *num.* 3. Alter Barboſ. *in Collect. d. n.* 30. Phœb. *p.* 1. *deciſ.* 85. *num.* 5. Cabed. 2. *part. deciſ.* 5. *n.* 4. Benedict. Ægid. *in L. Ex hoc jure, cap.* 3. *n.* 23. *ff. de juſt. & jur.* Barboſ. *d. alleg.* 72. *num.* 53. D. Roderic. à Cunha *in Collect. ad cap. Quanvis, num.* 5. *diſt.* 21. Roland. *lib.* 1. *conſ.* 2. *num.* 60. Plures per Cevalh. *de cognit.*

per

Digitized by Google

per viam violentiæ, 2. *part. quæſt.* 35. *num.* 4. Themud. *deciſ.* 340. *num.* 34. Valaſc. *de juſt. Reg. acclamat.* 2. *part. punct.* 1. §. 11. *n.* 40. Gama *deciſ.* 335. *num.* 7.

19 Decimo tertio, probatur per verba affirmativa Regis, & Scedulam ipſius directam Ordinario, affirmantis, tale Beneficium pertinere ſuæ Coronæ, & in illo habere jus Patronatus; cum enim hæc aſſertio proveniat ex motu proprio ipſius Regis, tunc ei ſtandum eſt, præſumitur enim hoc caſu informatus de facti veritate: ita DD. *per text. in Clement.* 1. *de probat.* Salg. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *à n.* 164. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 196. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 29. *n.* 7. *& cap.* 36. *n.* 10. *&* 13. Valaſc. *conſult.* 167. *num.* 10. *&* 11. Secùs dicendum, ſi ſe referat ad relationem alterius: Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 68. Cabed. *d. cap.* 36. *n.* 6. *&* 9.

20 His omnibus, & ſingulis titulis probari poteſt jus Patronatus Regium, quanvis Reges non indigeant ſingulis illis probationibus, ultra quas habent ſuam intentionem fundatam in juribus Patronatus ſui Regni: ut per Salgad. *d.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 267. *&* 278. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 2. *in fin.* ubi dicit, ſe audiviſſe à quodam Senatore, & ſic ſæpius judicatum fuiſſe, ex eo quia poſt expulſionem Maurorum Eccleſias dotaverunt, & fundaverunt: ut per eundem Cabed. *d. cap.* 2. *à n.* 6. & ſufficit Eccleſias eſſe in terris Coronæ, ut præſumantur de Patronatu Regio; & ita judicatum dicit Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. in fin. areſt.* 7. quod libet hîc inſerere.

Sententia Senatus.

21 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. que viſto o Libello do Procurador do dito Senhor, e a prova a elle dada, e como o R. naõ quiz vir com contrariedade, ſendo guardados os termos de direito, e foy lançado della; e viſto, como ſe prova, que a Igreja de Saõ Miguel de Armamar ſer do Padroado, e da appreſentaçaõ do dito Senhor, e eſtar ſituada em terra propria do dito Senhor; pronunciaõ, e declaraõ ao dito Senhor por Padroeyro da dita Igreja, e ſer de ſeu Padroado, e appreſentaçaõ; e o dito Senhor poderá appreſentar na dita Igreja quem quizer; e ſeja ſem cuſtas, por ſer entre o dito Senhor, e ſeu vaſſallo. Em* 18. *de Mayo de* 1548. No feito do Procurador da Coroa contra Affonſo Gil, Vigario de Saõ Miguel de Armamar. Eſcrivaõ Antonio de Neiva.

RESOLUTIO VI.

Coram quo Judice fieri debeat probatio juris Patronatus?

SUMMARIUM.

1 *Probatio juris Patronatus debet fieri coram Ordinario loci attento jure communi, Concilio Tridentino, & Ordinatione Regia.*

2 *Non admittuntur attento Concilio Tridentino præſentationes, niſi verificato prius jure Patronatus.*

3 *Si Concilium Tridentinum aliud voluiſſet, ibi expreſſiſſet.*

Ibi. *Quod procedit tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & ita declararunt Eminentiſſimi Cardinales.*

4 *Item etiam ſæpius judicatum in Rota.*

5 *Quanvis poſt Tridentinum admittatur præſentatio ſine cauſæ cognitione, vacante iterum Beneficio non admittitur Patronus, quin prius juſtificet Patronatum.*

6 *Ita judicatum in Rota.*

7 *Si ſemel docuit de jure ſuo coram Ordinario, non eſt neceſſe iterum docere.*

8 *Hanc juſtificationem Tridentinum ſolum Ordinariis commendavit.*

Ibi. *Peccant mortaliter, ſi præſentationes*

tiones admittant, abſque probatione Patronatus.

9 *Non debent eſſe faciles in eis admittendis, quin ſibi liqueat de Patronatu.*

Ibi. *Debet præcedere diſcuſſio, audito Procuratore Fiſcali ejuſdem Ordinarii, aliàs ſententia nulla eſt.*

10 *Cognoſcit Judex Eccleſiaſticus, quia jus Patronatus eſt ſpiritualibus annexum.*

Ibi. *Non valet conſuetudo in contrarium.*

11 *Judex ſæcularis de illo non poteſt cognoſcere.*

12 *Nec etiam incidenter.*

13 *Non obſtat* L. Quoties, Cod. de Judiciis, *quæ non procedit, quando Judex eſt incompetens, & improrrogabilis.*

1 PRobatio juris Patronatus debet fieri coram Ordinario loci, in quo Beneficia ſita ſunt, tam attento jure communi: in Cap. *Quanto de Judiciis, ubi DD. & in cap. Nullus, cap. Significaſti, cap. Cum autem, & paſſim, de jur. Patron.* quam attento Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* & attentâ Ordinatione *lib.* 2. *tit.* 1. §. 7. *in principio*, ibi: *Havendo demanda ſobre o direito do Padroado, o conhecimento pertence ao juizo Eccleſiaſtico, poſto que ſeja o Padroado da Coroa.* Ita Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 49. *num.* 12. & 6. Plures per Barboſ. *ad Ord. d.* §. 7. ubi plures refert, nec valet conſuetudo in contrarium: Cabed, *ubi proxime n.* 3.

2 Præſentationes enim quorumcunque Patronorum, cuiuſcunque qualitatis ſint, non admittuntur, niſi verificato prius jure Patronatus coram Ordinariis locorum, ubi Beneficia ſita ſunt, attento Concilio Tridentino *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* cuius diſpoſitio eſt generalis, & comprehendit omnes Patronatus tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares, quin aliquam faciat diſtinctionem, & ideo diſtinguere non debemus: ex *L. Non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr.* quia ſi Concilium Tridentinum ita voluiſſet, expreſſiſſet: ex *cap. Ad audientiam, de Decim. L. unica, §. Sin autem, Cod. de Caduc. tollend. L. Si ſervum, §. Prætor ait, verſ. Non dicit Prætor, ff. de Acquirend. hæred.* Valaſc. *conſ.* 117. *num.* 17. & d. *part. cap.* 8. *num.* 31. & *cap.* 13. *num.* 91. Gam. *deciſ.* 387. *n.* 5. *ad finem.* Phœb. *deciſ.* 55. *n.* 3. *verſ. Inſuper.* Reynoſ. *obſervat.* 2. *n.* 13.

Ampliatur primò reſolutio, non ſolum quando quæſtio vertitur in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio, prout ſæpius declaraverunt Eminentiſſimi Domini Cardinales; ut per Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 5. *n.* 137. & *n.* 138. ubi prima declaratio, ibi: *Hoc decretum Concilii habet locum in petitorio, & poſſeſſorio; unde admittenda non eſt præſentatio, aut præſentati inſtitutio facienda, niſi verificato prius jure Patronatus, ex decreto Concilii;* & *num.* 139. cum ſeqq. Gonzal. *ad reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 18. *à n.* 23. ibi: *Non ſufficit docere de quaſi poſſeſſione, niſi doceatur de legitimo titulo; qui per dictum Concilium derogatur, non ſolum titulo, ſed etiam poſſeſſioni cuiuſcunque juris Patronatus aliter acquiſiti; & ideo, ut quaſi poſſeſſio poſſit ſuffragari, eſt docendum de titulo legitimo.* 3

Ita ſæpius judicatum in Rota teſtatur Gonzal. *ubi proxime* Gratian. *Forenſ. cap.* 310. *num.* 78. & *cap.* 780. Barboſ. *ad Trident. d. cap.* 9. *num.* 2. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 27. Anton. Genuenſ. *cap.* 61. *num.* 5. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 2. *à num.* 1. 4

Ampliatur ſecundò, quod quanvis poſt Concilium Tridentinum præſentatio aliqua admittatur ſine cauſæ cognitione; ſi iterum vacet Beneficium, non eſt admittendus præſentatus per eundem Ordinarium, quin prius Patronus coram ſe juſtificet ſibi competere Patronatum in forma declarata per Concilium 5

lium Tridentinum. Ita declararunt Fminentiſſimi Cardinales, ut per Garc. *d. 5. p. cap. 5. n.* 138. *declarat.* 2. *in fine*, *&* *declarat.* 3. ibi: *Si Ordinarius poſt Concilium cognovit de jure Patronatûs, & admiſit poſt Concilium, non poteſt Patronus repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi Ordinarius voluerit cognoſcere poſt obitum illius ultimi præſentati; ſecus autem ſi ſimpliciter ejus præſentatio fuiſſet admiſſa abſque cauſæ cognitione.* Tradit Martinus Anton. Genuenſ. *C.* 61. *num.* 3. & poſt hæc Gonzales *Gloſſ.* 18. *à n.* 23.

6 Ita etiam judicatum in Rota teſtatur Garc. *d.* 5. *p. n.* 139. ibi: *Quod non ſufficiat, quod Epiſcopus admiſerit Patronum ad præſentandum poſt Concilium, ut debeat in quaſi poſſeſſione manuteneri, niſi admiſſio fuerit facta cum cauſæ cognitione.*

7 Si verò Patronus ſemel docuit de jure ſuo coram Ordinario poſt Concilium, non poteſt repelli à ſua quaſi poſſeſſione: ex Garc. *d. cap.* 5. *num.* 138. Gonzal. *d. Gloſ.* 18. *à n.* 25. Farinac. *tom.* 1. *deciſ.* 413. *num.* 1. Vivian. *in Praxi jur. Patron. deciſ.* 41. *n.* 12. *& lib.* 11. *de jur. Patron. cap.* 5. *à num.* 3. nec eſt neceſſe iterum de jure ſuo docere: ex dictis *Reſolut.* 5. *num.* 8.

8 Hanc juſtificationem, & cognitionem Tridentinum Ordinariis commendavit, nè aliquorum potentià Beneficia in ſervitute redigerentur; & mortaliter peccabunt ſi inſtituant præſentatos à Patronis abſque tituli probatione, juxta formam dicti Concilii *Seſſ.* 25. *cap.* 9. cùm tractetur de re gravi, & de redigendo Beneficium liberum in ſervitutem: quare oportet Epiſcopum eſſe fortem, quando petuntur inſtitutiones à Dominis locorum, & aliis potentibus, & debet prius jubere probare titulum, & ſibi conſtituat Deum eſſe præferendum cunctis hominibus. Ita Garc. *de beneſ.* 5. *p. cap.* 9. *num.* 14. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 1. *à num.* 16.

Hoc ipſum declaratum eſt in Ro- 9
ta, Ordinarios non debere eſſe faciles in admittendis præſentationibus, niſi prius ſibi liqueat de jure Patronatus. Ita Rota *de jur. Patron. in Novis, part.* 5. *deciſ.* 11. *num.* 1. *verſ. Oratio, & in Recentib. deciſ.* 13. *num.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1232. *n.* 2. Mantic. *deciſ.* 150. *num.* 3. Loter. *de Re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 142. quæ juſtificatio fieri debet, citato, & audito Procuratore Fiſcali ipſius Ordinarii, & ſic ſervatur in praxi: ex Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 11. *cap.* 1. *num.* 19. *& cap.* 2. *num.* 2. aliàs ſententia nulla erit: Rota apud Ludoviſ. *deciſ.* 467. *n.* 2. Gonzal. quem ſequitur Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 112. *num.* 26. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 127. & vide infra *Reſol.* 59. *à num.* 1.

Ratio, ob quam Judex Eccleſiaſti- 10
cus cognoſcit, eſt, quia jus Patronatus eſt ſpiritualibus annexum: DD. *per text. in cap. Quanto, de Judic. cap. de jure* 16. *de jur. Patronat.* Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 154. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 1. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 49. *à num.* 1. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 48. *num.* 12.

Quare Judex ſæcularis non poteſt 11
cognoſcere de jure Patronatus: DD. *per text. in cap. Decernimus, & in cap. Quanto, de Judiciis.* Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 4. *& cap.* 11. *à n.* 8. *& cap.* 12. *n.* 1. Garc. *de beneſ. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 49. *&* 50. Cevalh. *de cogn. per viam viol.* 2. *part. q.* 25. *num.* 11. Valaſc. *Conſult.* 159. *num.* 5. Cabed. *d. cap.* 49. *n.* 3.

Ampliatur, quod nec etiam inci- 12
denter laicus poteſt cognoſcere de rebus ſpiritualibus: DD. *per text. in cap. Tuam, de Ordin. cognit.* Cabed. *d. cap.* 49. *n.* 4. Valaſc. *d. conſult.* 159. *num.* 7. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 84. *n.* 34. Dian. *part.* 1. *tract. de Immunit. Eccleſiaſt. reſolut.* 120. Cevalh. *d. q.* 25. *n.* 12. *&* 13. Sanch. *d. dubio* 48. *num.* 12. Oliv. *de for. Eccleſiæ, part.* 1. *q.* 7. *&* 8. *à num.* 5.

&

& quæſt. 9. & 15. num. 2. Soar. *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 34. à n. 30.*

13 Nec obſtat *L. Quoties*, *Cod. de Judic.* ubi Judex aliàs incompetens poteſt cognoſcere de cauſa incidenti, de qua principaliter cognoſcere poterat; quia dicta lex procedit in caſu, in quo Judex tantum eſt incompetens, prout eſt Eccleſiaſticus in cauſis temporalibus ad forum ſæculare pertinentibus, de quibus poteſt cognoſcere incidenter, prout cognoſcit de cauſa dotis: *in cap. de Prudentia, de Donat. inter vir. & uxor.* Fontanel. *de pact. dotal. 2. p. concluſ. 4. Gloſſ. 13. num. 23. & 24.* non verò quando Judex eſt incapax, & improrrogabilis, prout eſt ſæcularis reſpectu rei ſpiritualis, & illi annexis: ex Fontanel. *ubi proxime n. 21.* Cevalh. *d. quæſt. 25. n. 13.* Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap. 49. n. 3. & 4.*

RESOLUTIO VII.

Quis ſit Judex competens ad cognoſcendum de jure Patronatus Coronæ in proprietate?

SUMMARIUM.

1 *Bulla Leonis X. conceſſit ut* Capellanus Maior, *ſeu* Auditor Capellæ Regiæ *cognoſcat de Beneficiis Patronatus Coronæ, & Donatariorum in prima inſtantia.*

2 *Nullus Ordinarius de illis cognoſcit, ſed Auditor Capellæ Regiæ.*

Ibi. *Ubi datur juriſdictio privativa, nullus alius Judex poteſt cognoſcere.*

Ibi. *Quando Princeps alicui cauſam committit, nullus alius ſe poteſt in eam intromittere.*

3 *Nec etiam de conſenſu partium.*

4 *Nec etiam quanvis ſuo foro renunciet.*

5 *Reus conventus coram Ordinario ſuper Beneficio Patronatus Regii, declinat ad Judicium Capellæ Regiæ, & remittitur, & hæc eſt praxis.*

6 *Si Ordinarius non remittat, tunc Auditor Capellæ cauſam advocat, & Cenſuris compellit ad remiſſionem, tanquam privativus.*

7 *Interlocutoria Auditoris Capellæ Regiæ.*

8 *Remiſſio Vicarii Generalis Lamacenſis.*

9 *Sententiæ Coronæ; cum numeris ſequentibus uſque ad finem reſolutionis.*

Quanvis Ordinarius Eccleſiaſticus territorii ſit Judex competens ad cognoſcendum de jure Patronatus in proprietate: ex dictis Reſolutione præcedenti *à n. 1.* non poteſt tamen cognoſcere de proprietate Beneficiorum Patronatus Regiæ Coronæ; de his enim cognoſcit privativè Capellanus Maior, vel Auditor Capellæ Regiæ per privilegium conceſſum à Leone X. quod tranſcripſit Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap. 49. n. 15.* cujus virtute ei competit cognoſcere in prima inſtantia de Beneficiis Patronatus Regii: Mendes à Caſtro *in Prax. 2. p. lib. 2. cap. 1. n. 22. & 23.* Cabed. *d. cap. 49. num. 5. & 6.* & cognoſcit etiam de Patronatibus donatariorum Coronæ: Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap. 50.* Idem etiam declaraverunt Reges *Sebaſtianus*, & *Henricus* per duo Diplomata, tranſcripta per Cabed. *d. cap. 49. fol. 217.* 1

De his Patronatibus Regalibus, & donatariorum Coronæ nullus alius Judex ſe poteſt intromittere, præterquam Auditor Capellæ Regiæ; quia per dictum privilegium Leonis X. eſt privativus, & ubi datur juriſdictio privativa, ut in præſenti, nullus Judex poteſt cognoſcere: Plures per Gratian. *Forenſ. tom. 4. cap. 628. à num. 16.* Ordinat. Regia *lib. 1. tit. 51. in fin. principii*: ubi Barboſ. *in Remiſſ.* Phœb. *2. part. areſt. 75.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap. 29. n. 2.* ita judica- 2

 tum

tum ait infra *num.* 23. & ex eo quia, quando Princeps certo Judici cauſam, vel cauſas committit, nullus alius ſe poteſt intromittere in eis, niſi ex ſpeciali ipſius Principis licentia: ex Cap. *Cæterum*, *de Reſcriptis*, *L. ult. Cod. de Relation.* Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 80. *n.* 5.

3 Ampliatur primò, alium Judicem, nec etiam de conſenſu partium poſſe cognoſcere, ubi datur juriſdictio privativa: Mendes à Caſtro *in Prax. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. *verſ. Sed in hoc caſu.* Petrus Barboſ. *in L.* 1. *art.* 4. *num.* 51. *ff. de Judic.* Emmanuel Barboſ. *in Remiſſ. ad Ord. d. lib.* 1. *tit.* 51. *in principio.*

4 Ampliatur ſecundò, quanvis partes ſuo foro renuncient: Ordinatio Regia *dict. lib.* 1. *tit.* 51. §. 3. *in fin.* & ibi Barboſ. *in Remiſſ.* Valaſc. *Conſ.* 105. *num.* 63. Ex eo, quia dicta cauſa fuit advocata per Pontificem, & commiſſa Auditori Capellæ Regiæ.

5 Quare ſi Beneficiatus Patronatûs Regii conveniatur coram Ordinario, vel Judice Apoſtolico, & declinet ad judicium Capellæ Regiæ, remittunt exceptiones, & cauſam: & hæc eſt praxis, prout conſtat ex pluribus proceſſibus exiſtentibus in dicto judicio, & *Reſol.* 17. *num.* 8. ubi ita judicatum cum ſententia Palatii.

6 Si verò renuerint, tunc Auditor Capellæ eos inhibet, & cauſam advocat ſuo judicio, cui competit cognitio in proprietate, & Ordinarius ei cauſam remittit, ut contigit in cauſa inter Rectorem Collegii Societatis Jeſus Conimbricenſis, & Rectorem Eccleſiæ S. Pelagii Patronatus Regii; qui cùm eſſet conventus per dictum Collegium, ſuper præſentationibus Curatorum, & Beneficiorum ſimplicitum ejuſdem Eccleſiæ, declinavit ad judicium Capellæ Regiæ, & rejecta exceptione per Vicarium Generalem Lamacenſem, Auditor Capellæ Regiæ cauſam advocavit ad inſtantiam Rectoris, prout de jure poterat: ex Cap. *Cæterum*, *de Reſcriptis. Cap. Sane, de Offic. delegat.* Phœbus *p.* 1. *deciſ.* 80. *num.* 6. & 7. conſtat ex interlocutoria tenoris ſequentis.

Interlocutoria Auditoris Capellæ Regiæ.

7 *Paſſe advocatoria para virem remettidos a eſte meu juizo os Autos no eſtado em que eſtiverem, por quanto conforme os Breves de ſua Santidade, concedidos aos Senhores Reys deſte Reino, a elle pertence o conhecimento. Lisboa 27. de Janeiro de 1643. Joaõ da Cunha Netto.*

8 Expeditâ inhibitoriâ, & advocatoriâ, & intimatâ Vicario Generali Lamacenſi, ei obtemperavit per interlocutoriam tenoris ſequentis: *Doume por inhibido ſi, & in quantum; o Eſcrivaõ de os Autos na forma da Carta.. Lamego 28. de Mayo de 643. Albuquerque*; & in effectu fuerunt acta cum prædicta cauſa emiſſa ad dictum judicium, in quo lata fuit Sententia contra Collegium, prout conſtat ex *Reſol.* 22. *num.* 17. Scriba Joanne Gomes de Caceres, penes quem ſunt plura exempla.

9 Si verò vertatur litigium in poſſeſſorio ſuper dictis Beneficiis, per viam violentiæ, pertinet cognitio ad judicium Coronæ, prout conſtat ex Sententiis ſequentibus.

Sententia Coronæ.

10 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de Aggravo, que tirou Manoel Borges de Azevedo do Auditor da Legacia, papeis, documentos juntos, embargos offerecidos por Maximo Borges, que naõ recebem viſta ſua materia; e como ſe moſtra o dito Aggravante, por fallecimento do Beneficiado Bento de Viana Borralho, haver tomado primeiro poſſe (que o dito Maximo Borges) do Beneficio, de que ſe trata, na Igreja de*

de Noſſa Senhora da Villa de Cintra (a qual he da appreſentação do dito Senhor) appreſentado, e collado, e confirmado pelo Prior della, como Donatario no uſo do Padroado dos Beneficios da dita Igreja, os quaes ſe ordenárão dos reditos do dito Priorado, para o ſerviço della, e ſe appreſentarem, collarem, e confirmarem pelos Priores em todos os meſes do anno, os quaes aſſim o fizerão, continuando a poſſe de tempo muy antigo, com o que o titulo do dito Beneficiado fica baſtante conforme a direito, tendo para juſtificação da poſſe delle junta a Proviſão de Sua Mageſtade, fol. 28. e Sentença do appenço, fol. 20. Pelo que em o dito Auditor proceder com Cenſuras contra o dito Aggravante, para effeito de deſiſtir da dita poſſe, lhe faz notoria força, e oppreſſão, e uſurpa o direito Real do dito Senhor, e ſe intromette contra as Bullas de Sua Santidade no conhecimento deſta cauſa, pertencente na propriedade (conforme a ellas) ao Ouvidor de ſua Real Capella, e na força ao juizo dos feitos de ſua Coroa; o que viſto com o mais dos Autos, mandão ſe paſſe Carta para o dito Auditor, porque o dito Senhor lhe roga, e encommenda, deſiſta da dita força, e oppreſſão, e não uſurpe ſeu direito; e não o fazendo (o que delle ſe não eſpera) mandão às Juſtiças ſeculares, que lhe não guardem ſuas Sentenças, Cenſuras, Mandados, e procedimentos, nem evitem ao Aggravante, nem lhe levem pena de excommungado. Lisboa de Março 14. de 1624. Souſa, Almeida, Pinheiro, Goes. Eſcrivão, Pedro Lamirante.

Altera Sententia.

11 *Acordão em Relação, &c. Viſtos eſtes Autos de aggravo, que o Aggravante Manoel Franciſco Teixeira, Reitor da Igreja Collegiada de S. Martinho de Mouros (a que aſſiſte o Procurador da Coroa) tirou do Cabido, e Deputados da meſa da Juſtiça do Biſpado de Lamego: Moſtra-ſe eſtar o Aggravante de poſſe pacifica, como Reitor da dita Igreja de appreſentar os Beneficios della, e ſuas appreſentaçoens ſortirem effeito, e os Biſpos da dita Sè confirmarem as taes appreſentaçoens, e meterem de poſſe ſeus appreſentados, em razão da dita Igreja ſer Donataria à Univerſidade de Coimbra, e do Padroado Real; e por conſeguinte os Beneficios da dita Igreja, como Raçoens tiradas della, ficão outro ſim do Padroado Real, retendo a meſma natureza delle, e ſerem livres de toda a affecção, e reſerva, e pertencer* in ſolidum *a appreſentação dos ditos Beneficios ao Reitor Aggravante, como Donatario no uſo do Padroado Real, e com conhecimento do ſobredito, e de pertencer ao Aggravante* in ſolidum *a dita appreſentação, ſem ter lugar a reſerva; e confirmavão os Biſpos as appreſentaçoens, que o Aggravante, e ſeus Anteceſſores fazião. Moſtra-ſe, que ſem embargo do ſobredito, appreſentando o Aggravante Reitor em hum dos Beneficios da dita Igreja, que eſtava vago, a Manoel Gaſpar Furtado, Arcediago de Riba Coa, pedindo ao Reverendo Cabido, e Deputados o confirmaſſem nelle na fórma de ſua poſſe, o não quizerão fazer, dizendo vagára no mez da reſerva de Sua Santidade, no qual lhe não pertencia a dita appreſentação, esbulhando ao Aggravante da ſua poſſe, e uſo do Padroado Real, julgando, e declarando haver reſerva nos Beneficios delle em prejuizo da Coroa, e contra a poſſe, e privilegios della, em cujos Beneficios, e Igrejas não tem lugar a affecção (contra a poſſe, e privilegio della) e reſerva alguma; e quando niſto houvera alguma duvida, não pertencia a deciſão della ao dito Cabido, ſenão ao juizo do Capellão mòr, ao qual por Breves Apoſtolicos eſtá commettido o conhecimento, e deciſão della. No que tudo o Reverendo Cabido, e Deputados fazem notoria força, e violencia ao Aggravante, esbulhando-o da poſſe, em que eſtá de appreſentar nos ditos Beneficios, por lhe pertencerem* in ſolidum; *e de o dito Reverendo Cabido confirmar, e meter de poſſe*

a

Digitized by Google

a ſeus appreſentados, procedendo outro ſim com notorio defeito de juriſdicçaõ, extendendo a ſua a tomar conhecimento das duvidas dos Padroados Reaes, que lhe naõ pertencem, tudo em prejuizo da Coroa, e de ſeus Donatarios, ao que tudo o dito Senhor, como Rey, e Senhor tem obrigaçaõ de acodir: pelo que mandaõ ſe paſſe Carta, porque o dito Senhor, lhe roga, e encommenda deſiſta da dita força, e naõ o fazendo (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares lhes naõ guardem ſuas Sentenças, Mandados, nem procedimentos, nem evitem ao Aggravante, nem lhe levem penas de excommungado. Lisboa 19. de Dezembro de 1651. Andrada, Almeida, Sodré. E no Deſembargo do Paço ſe tomou aſſento, que as Cartas foraõ bem paſſadas, e ſe deviaõ cumprir, em 24. de Dezembro de 1652.

12 Idem etiam judicatum fuit infra Reſolut. 23. num. 3. & iterum contra Vicarium Generalem Ulyſſipponenſem, in judicio Coronæ in favorem Joannis Fagundes de Almeida, qui exceptionem oppoſuit contra adverſarium, cauſam eſſe remittendam judicio Auditoris Capellæ Regiæ, quia Beneficium, ſuper quo lis movebatur, erat Patronatus Regii, & judicatum fuit exceptionem eſſe recipiendam, & cauſam illi judicio remittendam, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

13 Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos do aggravo, que intrepoz o Padre Joaõ Fagundes de Almeida, Beneficiado na Igreja de S. Bartholomeu da Villa da Caſtanheira, que he do Padroado Real (a quem aſſiſte o Procurador da Coroa) do Doutor Antonio de Magalhães, Vigario Géral deſte Arcebiſpado: Moſtra-ſe, que eſtando o Aggravante de poſſe pacifica do dito Beneficio, appreſentado pelo Prior de Póvos, Donatario da Coroa no uſo do Padroado, com multiplicadas appreſentaçoens, que ſortiraõ effeito, approvadas por Sentenças dadas em juizo competente, o Padre Joaõ Delgado impetrou o dito Beneficio da Sé Apoſtolica ſubrepticiamente. Moſtra-ſe, que achando o Aggravado ao Aggravante de poſſe do dito Beneficio, o demandou no juizo do Vigario Géral, offerecendo contra elle o Libello, fol. 10. ao procedimento do qual veyo o Aggravante com a excepçaõ, fol. 26. concluindo haver ſubrepçaõ, e obrepçaõ nas impetradas Bullas do Aggravado, por ſe naõ exprimir a ſua Santidade a natureza do dito Beneficio, que he ſer do Padroado Real, e como tal iſento das regras da reſerva; e devendo receberſelhe a dita excepçaõ in vim exceptionis, a recebeo por principio de contrariedade, e embargando o Aggravante o deſpacho com os embargos, fol. 31. os naõ recebeo, do que appellou, fol. 34. verſ. e lhe regeitou ſua appellaçaõ, e ſem deſiſtir della, e proteſtando naõ approvar o deſpacho, acabou o Aggravante ſua contrariedade, fol. 36. repetindo os meſmos proteſtos no principio da treplica, e no acabamento della, fol. 110. verſ. e no principio dos embargos, fol. 206. Moſtra-ſe finalmente, que por o Beneficio da contenda ſer do Padroado Real por ſer creado dos frutos do Priorado, que he do Padroado Real, naõ tem lugar nella a regra da reſerva, e por eſte reſpeito pertence o conhecimento deſta cauſa ao juizo do Ouvidor da Capella Real, conforme ao Breve do Papa Leaõ X. e devia o dito Vigario Géral abſterſe deſta cauſa, e receber a excepçaõ do Aggravante in vim exceptionis, e no contrario faz força notoria ao Aggravante, e uſurpa a juriſdicçaõ do Ouvidor, concedida em favor da Coroa. O que viſto mandaõ ſe paſſe Carta contra o dito Vigario Géral, porque o dito Senhor lhe roga, e encommenda, que deſiſta da dita força, e receba a dita excepçaõ, e a julgue por provada, remettendo a cauſa ao dito Ouvidor da Capella Real; & naõ o fazendo aſſim (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares,

Digitized by Google

lares, que neſta parte lhe naõ obedeçaõ, nem guardem ſuas Sentenças, Mandados, e procedimentos, nem levem ao Aggravante penas de excommungado, e condemnaõ ao Advogado em dous mil reis para as deſpeſas da Relaçaõ, pelo exceſſo das palavras, de que uſou no fim da dita Petiçaõ. Lisboa 8. de Março de 1658. Pedro Paulo de Souſa, Belchior do Rego de Andrada, Matthæus Mouſinho.

Sendo intimada a primeira Carta ao Vigario Géral, poz nella o deſpacho ſeguinte.

Cumpraſſe, 27. de Março de 1658. Antonio Magalhães. E com effeito remetteo a cauſa ao juizo da Capella, aonde actualmente pende.

RESOLUTIO VIII.

Quibus caſibus Judices Regiæ Coronæ poſſint cognoſcere de cauſis ad jus Regii Patronatus pertinentibus?

SUMMARIUM.

1 *Judices Coronæ in aliquibus caſibus cognoſcunt de cauſis Patronatus Regii per Concordatas.*
2 *Cognoſcit, quando lis vertitur inter Coronam, & perſonas ab ea jus habentes, vel inter duos Donatarios.*
3 *Cognoſcit, an jus Patronatus ſit donatum, vel promiſſum.*
4 *Cognoſcit, quando agitur de privando Patrono ſuo jure, & jure præſentandi.*
5 *Quando agitur de poſſeſſione juris Patronatus, vel de violentia ſuper illud commiſſa.*
6 *Quando agitur de Univerſitate, cui annexum eſt jus Patronatus.*
7 *Quando ſit compromiſſum in laicos.*
8 *De his quæſtionibus non cognoſcunt Judices Coronæ Senatus Portuenſis, ſed Judices Supplicationis.*
9 *Judex ſæcularis cognoſcit de jure Patronatus Regii, quia merè laicum eſt.*

JUdices Coronæ in aliquibus caſibus cognoſcunt de cauſis pertinentibus juri Patronatus Regio juxta Concordatas, de quibus: Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap. 49. in princip.* Gabr. Pereir. *tit. de Concordatis cum Rege Sebaſtiano, art. 3. pag. 290. num.* 285. ex quibus deſumpta fuit Ordinatio Regia *lib. 2. tit. 1. §. 7.* cognoſcit enim de poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ, quod in facto conſiſtit: Mendes à Caſtro *in Prax. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 14. & 2. part. lib. 2. cap. 4. n. 8. & n. 16. & à n. 8.* refert caſus, in quibus Judex laicus poſſit cognoſcere contra perſonas Eccleſiaſticas. 1

Primò, quando lis vertitur inter Coronam, & perſonas ab ea jus habentes, vel inter duos Coronæ Donatarios, vel inter perſonas, quæ ab ea cauſam habuerunt: Ordinatio Regia *d. lib. 2. tit. 1. §. 7. verſ. Porem*; in his enim caſibus cum non dubitetur de jure Patronatus Regio, ſed diſceptetur, cui ex litigantibus competat, alteruter enim contendit ſibi donatum fuiſſe, vel diverſo modo; tunc, quia quæſtio eſt facti, pertinet cognitio ad Judicium Coronæ, ex vi dictæ Concordiæ, apud Cabed. *d. cap. 49. num. 7.* & ex Ordinatione *lib. 1. tit. 9. §. 6.* ubi Judex Coronæ, quanvis vintiletur inter partes, quia hæc quæſtio magis eſt facti, quàm juris, & per Cabed. *ubi proxim. d. n. 7.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap. 29. n. 4. verſ. Verum.* Oliv. *de for. Eccleſiæ, part. 1. q. 8. n. 51.* cognoſcere poteſt. 2

Secundò cognoſcit, an jus Patronatus ſit donatum, vel promiſſum, quia tunc agitur de contractibus, qui conſiſtunt in facto, & ſic in conſequentiam cognoſcit de quæſtione facti juris Patronatus: Ordinat. *lib. 2. tit. 1. §. 7.* Plures per Cabed. *d. cap.* 3

cap. 49. *num.* 8. Vivian. *de jure Patronatus*, *lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 9.

4 Tertiò, cognoſcit quando agitur de privando Patrono à ſuo jure Patronatus, & jure præſentandi: Lambertin. *de jur. Patronat. lib.* 3. *q.* 9. *art.* 3. Vivian. *ubi proxim. cap.* 10. *n.* 5. Cabed. *d. cap.* 49. *num.* 8. *&* 9. Oliva *ubi ſupra n.* 55.

5 Quartò, quando agitur de poſſeſſione juris Patronatus, aut de violentia ſuper illud commiſſa, tunc enim agitur de cauſa poſſeſſoria, quæ dicitur profana, & ſæcularis: ex Ordinatione *dict. lib.* 2. *tit.* 1. §. 7. ibi: *Ou ſobre força.* Plures per Cabed. *dict. cap.* 49. *num.* 10. *&* 11. & ſic judicatum eſt per Sententias Coronæ relatas *Reſolutione* præcedenti á *n.* 9. Oliv. *ſupra.* Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 47.

6 Quintò, quando agitur de aliquo Caſtro, Villa, Oppido, vel Univerſitate, cui annexum eſt jus Patronatus; tunc enim pronuntiando ſuper principali, in conſequentiam includit jus Patronatus (quod tranſit cum univerſitate bonorum, ex dictis *Reſol.* 3. *n.* 15.) licet de eo principaliter cognoſcere non poſſit: ita pluribus relatis Cabed. *d. cap.* 49. *n.* 12. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 6. 7. *&* 8. Themud. *deciſ.* 195. *n.* 73. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 29. *num.* 18.

7 Sextò, quando fit compromiſſum in laicos; tunc enim poſſunt ſæculares cognoſcere: ex Cabed. *dict. cap.* 49. *n.* 4. *verſ. Quod tamen.* Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 10. Oliv. *de for. Eccleſiæ*, *part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 36.

8 De his tamen quæſtionibus non poteſt cognoſcere Judex Coronæ Senatus Portuenſis, quanvis Eccleſiæ ſitæ ſint in diſtrictu ejuſdem domûs, ſed tantum Judices Coronæ Supplicationis per quodam Diploma Sereniſſimi Regis *Emmanuelis*, quod tranſcripſit Cabed. *d. cap.* 49. *ad finem*, *fol.* 217. à quo deſumpta fuit Ordinatio Regia *lib.* 1. *tit.* 9. §. 13. *& tit.* 40. *in fin. principii.* Idem Cabed. 2. *p. deciſ.* 120. *n.* 3.

9 Reſolvit tamen Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 43. *in fin.* quòd licet cognitio rei Beneficialis pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum; attamen cognitio Patronatus Regii pertinet ad Judices ſæculares, tam in poſſeſſione, quàm in proprietate, quia merè laicum eſt: Solorſan. *de Gubernat. Indiarum*, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. Bovadill. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 213. & ita practicari in Regnis Franciæ, Angliæ, Hungariæ, & Apuliæ: Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *n.* 190. *&* 191. quemadmodum ſæcularis cognoſcit de Decimis ad Regem pertinentibus: Salſed. *d. cap.* 13. *á n* 44. prout infra *Reſol.* 77. *á num.* 15.

RESOLUTIO IX.

An Reus conventus in Judicio Coronæ in poſſeſſorio ſuper Beneficio, ſi neget eſſe juris Patronatus Regii, teneatur Procurator Coronæ probare prius illam qualitatem, ut juriſdictio Judicii Coronæ fundetur; an ſufficiat ſola allegatio qualitatis Regiæ?

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio ventilata in facti contingentia.*

2 *Qualitas juriſdictionem tribuens, ante omnia diſcuti, & probari debet.*

3 *Non ſufficit ſola allegatio.*

4 *Juriſdictio fundata in aliqua qualitate, ipſâ non apparente evaneſcit.*

5 *Referuntur aliqui affirmantes contrarium, ſed declarantur.*

6 *Si negetur qualitas, debet ſaltem ſummariè probari.*

7 *Hæc probatio fieri debet ad probandam juriſdictionem.*

8 *Per*

8 *Per negationem manet judicium incompetens, & res efficitur dubia.*
9 *Judex dubius de ſua juriſdictione non poteſt procedere.*
10 *Confirmatur reſolutio ex Ordinatione Regia* lib. 2. tit. 1. §. 5.
11 *Declaratur* Ordinatio lib. 2. tit. 1. §. 6.
12 *Qualitas fundata quo ad utrunque dominium nititur jure communi.*
13 *Qualitas fundata in jure communi eſt potentior, quàm quæ fundatur in privilegio, quæ eſt debilior.*
14 *Intelligitur alia* Ordinatio lib. 1. tit. 62. §. 76. in fin.
15 *Juriſdictio Judicis Coronæ in poſſeſſoriis Patronatus Regii non fundatur in jure communi, ſed in ſpeciali concordiæ.*
16 *Prædictis non obſtantibus in illo Judicio cognoſcitur ex ſola qualitate allegata in Libello, & hæc eſt praxis.*
17 *Ita judicatum.*

1 HÆc quæſtio in terminis vintilata fuit in proceſſu *Emmanuelis de Souſa*, *Prioris Sancti Martini de Salreu Epiſcopatus Conimbricenſis*, quem *Procurator Coronæ*, & Moniales *Monaſterii Lorvanienſis* convenerunt actione violentiæ in Judicio Coronæ Supplicationis, allegando dictum Beneficium eſſe Patronatus Regii, qui donatus fuerat Monaſterio, & conſervare primævam naturam, & dictum Priorem eſſe intruſum, quia poſſidebat Beneficium ſine præſentatione Monialium. Prior negavit qualitatem Patronatus Regii, & excipiendo propoſuit Beneficium eſſe liberæ collationis à tempore immemorabili, & nunquam fuiſſe de Patronatu Coronæ, petens remitti ad ſuum Judicem ordinarium in forma Concilii Tridentini, quia pro parte Coronæ non probabatur qualitas juriſdictionem tribuens, & in favorem exceptionis obtulit ſequentes rationes.

Prima, qualitas juriſdictionem tribuens attento jure ante omnia diſcuti, & probari debet: ex *L.* 2. §. *Sed ſi dubitetur*, *L. Si quis ex aliena*: ubi Petrus Barboſ. *n.* 132. *ff. de Judic.* *L.* 1. §. *Ait prætor*, *ff. Ne quid in flumina publ.* Plures per Salg. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. §. 5. *n.* 58. *&* 2. *p. cap.* 4. *n.* 44. *&* 3. *p. cap.* 11. *num.* 53. Phœb. *deciſ.* 118. *n.* 28. *& deciſ.* 142. *n.* 17. *in fin. & p.* 1. *areſt.* 83. *verſ. Et ex eo*: ubi plures refert, *& areſt.* 112. *in fin. &* 2. *part. areſt.* 94. *in fin.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 27. *à num.* 2. Oliv. *de for. Eccleſiæ*, *q.* 18. *num.* 10. *part.* 1. 2

Non enim ſufficit ſola allegatio: Cevalh. *de Cognit. per viam violent.* 2. *p. quæſt.* 63. *à n.* 4. Seſſe *deciſ.* 425. *num.* 10. Menoch. *Conſ.* 2. *num.* 92. & DD. ſuprà. 3

Regula enim eſt generalis, quòd juriſdictio fundata in aliqua qualitate, ipſâ non apparente evaneſcit: ita pluribus relatis Abbas *in cap. Si Clericus laicum*, *de Foro competent.* Thom. Vaz *alleg.* 72. *num.* 79. Salgad. *d.* 2. *p. cap.* 4. *n.* 43. 4

Quanvis enim Petrus Barboſ. *in d. L. Si quis ex aliena*, *n.* 133. *ff. de Judicis*; & Salgad. *d.* 2. *p. cap.* 4. *num.* 45. allegent plures affirmantes ſufficere ad tribuendum juriſdictionis exercitium, quod in Libello allegetur qualitas juriſdictionem tribuens, licet de ejus veritate dubitari poſſit; attamen ſtatim declarat *Salgadus* ubi proxime pluribus relatis *num.* 46. hoc procedere, ſi ex adverſo talis qualitas non negetur. 5

Aliàs ſi negetur dicit *Salgadus*, ubi proxime, eam debere Actorem plenè probare, ſaltem ſummariè, & de ea debere conſtare, ſecundùm communem DD. opinionem, quos ibi refert, & ſequuntur Petrus Barboſa *in L.* 1. *art.* 1. *num.* 150. *& in dict. L. Si quis ex aliena*, *n.* 132. 141. 144. *&* 145. *ff. de Judiciis.* Gutier. *Pract. lib.* 3. *quæſt.* 9. *n.* 10. DD. *per text. in cap. Si Clericus laicum*, *de For-* 6

competent. ubi Abbas *num.* 12. Farin. *quæſt.* 8. *num.* 46. Oliv. *de for. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 18. *à num.* 1. Barboſa *in cap. Si Clericus laicum*, *num.* 2. *de For. competent.*

7 Cum ergo Prior in Judicium vocatus in limine negaverit qualitatem juris Patronatus Regii, debebat Procurator Coronæ, eam ante omnia ſaltem ſummariè probare, ad fundandam Judicii Coronæ juriſdictionem, in quo cognoſcitur de ſpoliis, & violentiis juris Patronatus Regii ſecundùm Concordatas, de quibus *Reſolutione* præcedenti in principio; & ex Petro Barboſa *in d. L. Si quis ex aliena*, *n.* 148. *in princip.* Salgad. 2. *p. cap.* 4. *n.* 44.

8 Per illam enim negationem manet illum Judicium incompetens, aut ſaltem dubia ejus juriſdictio, quia res per negationem partis efficitur dubia: ut pluribus relatis ait Surdus *Conſ.* 4. *num.* 28. & per Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 1. *n.* 130. Gutier. *Pract. d. q.* 9. *n.* 10. *per text. in L.* 3. *Cod. Quibus ad libertatem proclamare.* Mendes à Caſtro *in Prax. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 2.

9 Et attento jure, Judex dubius de ſua juriſdictione non poteſt procedere: ex Navar. *in cap. Accepta*, *oppoſit.* 8. *num.* 12. *verſ.* 4. *de Reſtit. ſpoliat. & in cap. Cum contingat* 11. *n.* 1. *verſ. Quare* 3. *de Reſcript.* Gutier. *dict. quæſt.* 9. *n.* 10. Riccius *Praxi rerum fori Eccleſiaſtici*, *deciſ.* 507. *n.* 3. Petrus Barboſa *in d. L. Si quis ex aliena*, *num.*148. ex doctrina Barthol. recepta, ut ibi refert *in L. Multum intereſt*, *in fin. ff. de Conditionibus*, *& demonſtrat.*

10 Secunda qualitas deducitur ex Ordinatione *lib.*2.*tit.*1.§.5. in qua diſponitur, quod ſi Clericus conveniat laicũ corã Judice Eccleſiaſtico, allegando talem qualitatem, per quam attento jure debeat in illo Judicio conveniri; ſi Clericus qualitatem non probaverit, condemnatur in æſtimatione rei conventæ, & in expenſis laico ſolvendis: Petrus Barboſ. *in dict. L. Si quis aliena*, *n.* 147. *&* 148. *in fin.* 149. 150. & ſi laicum Clericus conveniat ſuper rebus Eccleſiæ, & ipſe declinando forum, neget qualitatem, & dicat eſſe ſuam propriam, ſtatim Eccleſiaſticus Judex cauſam remittit Judicio ſæculari, ibi: *O Juiz Eccleſiaſtico remeta logo ao Juizo ſecular*, coram quo, ſi non probaverit laicus, in æſtimatione rei, & in expenſis condemnabitur, quia ſic *concordatum eſt inter Reges*, *& Prelatos.* Ergo non ſufficit allegare qualitatem ad fundandam juriſdictionem, ſi pars negaverit, prout negavit dictus Prior excipiens in ſua exceptione.

Nec obſtat Ordinatio Regia *dict. lib.* 2. *tit.* 1. §. 6. ubi ſi Eccleſia petat laico bona, quæ allegat eſſe propria Eccleſiæ, non ſolum quo ad dominium directum, ſed etiam quo ad dominium utile, ex eo quia utrunque cum Eccleſia eſt conſolidatum; tunc ſufficit allegare qualitatem ad fundandam juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, ut laicus, quanvis neget, in eo reſpondeat: ita Ordinatio Regia, & Petrus Barboſa *in dict. L. Si quis ex aliena*, *n.* 146. *ff. de Judiciis.* 11

Reſpondetur enim, quod cum illa qualitas ſic allegata, quo ad utrunque dominium fundetur in jure communi: DD. *per text. in cap. Si Clericus laico*, *de Foro competent.* ſufficit illa allegatio, ut fundetur juriſdictio Judicis Eccleſiaſtici; ut per Petrum Barboſ. *in dict. L. Si quis ex aliena*, *n.* 142. *ff. de Judic.* 12

Rationem aſſignat ubi proxime Barboſ. *num.* 143. quod cùm illa qualitas fundetur in jure communi; eſt potentior quàm quæ fundatur in privilegio particulari: ex Afflict. *deciſ.* 257. *num.* 6. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 242. *num.* 6. ideo non indiget probatione: Barboſa *in d. L. Si quis ex aliena*, *n.* 146. *&* 150. at verò qualitas fundata in privilegio, tanquam debilior, ſemper eſt probanda, ſaltem 13

Google

tem per aliquam ſummariam cognitionem; ut reſolvit idem Barboſ. *ubi proxim. n.* 144. Gabr. Pereir. *d. cap.* 27. *ſub n.* 12.

14 In hoc ſenſu intelligitur alia Ordinatio *lib.* 1. *tit.* 62. §. 76. *in fin.* ubi dicit: *Se os Prelados pertenderem obrigar aos leigos a fabricar as Igrejas, ou a ſuſtentar os Miniſtros dellas, por naõ ſerem os Dizimos baſtantes, conforme ao Decreto do Concilio Tridentino, noſſas Juſtiças ſe naõ intrometteraõ niſſo; porque o conhecimento pertence ao Juizo Eccleſiaſtico, poſto que os leigos neguem aquella qualidade de naõ baſtarem os Dizimos.* Hæc enim diſpoſitio fundatur in dicto Concilio Tridentino *Seſſ.* 21. *cap.* 7. *de Reformat.* ubi plures refert Barboſ. *in Collect. num.* 15.

15 Cum ergo juriſdictio Judicii Coronæ in cauſis poſſeſſoriis Patronatus Regii non fundetur in jure communi, ſed in ſpeciali concordiæ, ex dictis ſupra *Reſol. præcedent. num.* 1. præciſè ante omnia eſt probanda dicta qualitas, maxime negante Reo eam in limine Judicii; aliàs cauſa remittenda Judicio Eccleſiaſtico, cui de jure communi competit juriſdictio in prima inſtantia, & etiam attento Concilio Tridentino *Seſſ.* 24. *cap.* 20. *de Reformat.*

16 Sed his non obſtantibus, exceptio recepta fuit per viam contrarietatis, quia ſufficiebat allegare qualitatem, quæ juriſdictionem tribuit, & habetur pro vera, & probata, donec contrarium in proceſſu conſtet. *Ex Gabr. Pereir.* qui plures refert *deciſ.* 43. *num.* 8. *verſ. Sufficit enim. & de Man. Reg. cap.* 27. *num.* 1. & ex aliis relatis per Petrum Barboſ. *in d. L. Si quis ex aliena, à num.* 133. *ff. de Judic.* & per Salgad. *d.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 45. Cancer. *Var. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 202. *in* 2. *Edition.* Giurb. *Concelh.* 96. *num.* 39. & hæc eſt praxis, quæ in foro ſervatur *per text. in L. Cùm quædam puella*, §. *Si ſuper, ff. de Juriſd. omnium Jud.* & vidi obſervari in pluribus cauſis ejuſdem Tribunalis Coronæ, in quo plures exceptiones declinatoriæ recipiuntur per principium contrarietatis, ut fuit in caſu præſenti, per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Senatus Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Recebem a excepçaõ do excipiente, por parte de Contrariedade ao Libello de força dos AA. viſta a ſua materia, poderá o R. accreſcentar, ſe lhe parecer, no termo da Ley. Lisboa 7. *de Junho de* 1655. *Antonio de Souſa Tavares, Azevedo, Privado.* Eſcriba, *Manoel Favacho Leite.* 17

Quædam ſimpliciter rejiciuntur, prout in cauſa Eccleſiæ da *Carvoeira*, hujus Archiepiſcopatus inter Procuratorem Coronæ, & Procuratorem Mitræ, prout conſtat in Sententia ſequenti. 18

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Naõ recebem a excepçaõ declinatoria, viſta a ſua materia, e o mais dos Autos, contrarie até a primeira. Lisboa 22. *de Dezembro de* 1603. *Pedro de Barros da Coſta, Gaſpar Leitaõ, Sebaſtiaõ de Souſa.* 19

RESOLUTIO X.

An Reges Portugaliæ teneantur juſtificare jus Patronatus ex Decreto Concilii Tridentini?

SUMMARIUM.

1 Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de Reformat. *facit differentiam inter Patronatus privatorum, & potentûm.*

2 *In probatione juris Patronatus pri-*

vatorum ſufficiunt probationes juris communis.

3 *In probando Patronatu potentûm requiruntur exactiores probationes.*

4 *In potentibus non ſufficiunt præſentationes continuatæ, ſi non probentur per authentica documenta cum titulo fundationis, & dotationis.*

5 *Hoc de novo Decretum eſt per* Tridentinum, *ut uſurpationis materia vitaretur.*

6 *Diſpoſitio Concilii non procedit reſpectu Regum Portugaliæ, & Caſtellæ.*

7 *In eis ceſſat præſumptio uſurpationis.*

8 *Tridentinum excepit Patronatus Regios.*

9 *Reges ſi ſint in poſſeſſione præſentandi per præſentationes, quæ habuerunt effectum, & habent ultimum Eccleſiæ ſtatum poſt Concilium Tridentinum, non tenentur juſtificare jus Patronatus.*

10 *Jus Patronatus Regibus Luſitaniæ, acquiſitum fuit ex jure communi, & ex cauſa oneroſa.*

11 *Privilegia ex cauſa oneroſa non revocantur.*

12 *Tridentinum quanvis irritavit omnes Patronatus, præterquam ex dotatione, & fundatione, excepit Patronatus Regios.*

1 Concilium Tridentinum *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* differentiam conſtituit à principio uſque ad verſiculum: *Aliaſve ſecundùm juris diſpoſitionem*, incluſivè, inter Patronatus privatorum, & inter Patronatus potentûm, qui habent juriſdictionem, prout ſunt Domini terrarum, in quibus Beneficia ſita ſunt, à verſiculo: *In his verò perſonis*, uſque ad verſ. *Reliqui verò Patronatus*; excluſive, agit de probatione Patronatus potentûm.

2 Quando agitur de probando jure Patronatus privatorum, in quibus ceſſat præſumptio uſurpationis, diſponit idem Concilium *d.* 1. *p.* poſſe probari per probationes juris communis, in illis enim nihil alteravit Tridentinum, ut per Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 18. *à n.* 31. *& à n.* 54. Garc. *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *à n.* 81. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *à num.* 6.

At verò quando agitur de probando Patronatu potentûm (quos refert Vivian. *d. lib.* 11. *cap.* 5. *à num.* 73.) tunc Concilium Tridentinum in *d.* 2. *part.* (propter præſumptionem uſurpationis) requirit exactiorem probationem, per multiplicatas ſucceſſivé, & continuatas præſentationes per ſpatium quinquaginta annorum effectum ſortitas, & per poſſeſſionem, & præſcriptionem immemorabilem ad minus centum & quinquaginta annorum, vel ſaltem per centenariam, & hoc addit juri communi: Gonzal. *d. Gloſ.* 18. *à n.* 63. Garc. *de benef.* 5. *cap.* 9. *à n.* 98. 107. 109. *&* 110. Farinac. 2. *p. deciſ.* 421. *à n.* 1. *& deciſ.* 541. *n.* 2. *& deciſ.* 674. *num.* 2. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *à n.* 82. 3

Nec in his potentibus ſufficiunt præſentationes continuatæ, ſi non probentur per authentica documenta cum titulo dotationis, & fundationis, ut ſepius declararunt Eminentiſſimi Cardinales: ex Gonzal. *d. Gloſſ.* 18. *à n.* 79. Barboſa *in Collect. ad Trident. d. cap.* 9. *à num.* 62. Nec etiam ſufficiunt præſentationes interpollatæ, quanvis ſint à tempore immemorabili, ſi non fuerunt continuatæ, & effectum ſortitæ; ut per Gonzal. *d. Gloſſ.* 18. *à n.* 73. 4

Hoc ſtatuit de novo Concilium Tridentinũ, ut uſurpationis materia vitaretur, quia Beneficia ſunt libera ex natura ſua; ex Cap. *Omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7. *cap. Regenda*, *cap. Quicunque* 10. *q.* 1. & jus Patronatus eſt quædam ſervitus: Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *n.* 20. Lambertin. *de jur. Patron.* 2. *part. art.* 7. *à num.* 1. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 90. *num.* 1. 5

Gabr.

Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 7. *n.* 25. *verſ. Jus enim Patronatus.*

6 Hæc tamen diſpoſitio Concilii circa probationes Patronatus Regii, & Reſolutiones ſupra, non procedunt reſpectu *Regum Portugaliæ*, & *Caſtellæ* ex ſequentibus.

7 Primò, quia in eis ceſſat præſumptio uſurpationis, ex eo quia poſt expulſionem Maurorum, plures Eccleſias conſtruxerunt, dotaverunt, & fundaverunt, & propriis ſumptibus exornarunt: ex dictis *Reſolut.* 3. *à num.* 5. & habent præſumptionem, & intentionem fundatam de jure communi: ex dictis *dicta Reſolut.* 3. *à n.* 1. *& Reſol.* 5. *n.* 20.

8 Secundò, quia quanvis Tridentinum *dict. cap.* 9. revocavit, & irritavit omnes Patronatus, præterquam ex dotatione, & fundatione, præſtando ibi formam circa eorum probationem, ſtatim excepit ab illa regula, & diſpoſitione generali, omnes Patronatus Regibus competentes, in verſ. *Exceptis*, ibi: *Exceptis Patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſſidentes, alios que ſublimes, ac ſupremos Principes, jura Imperii in dominiis ſuis habentes, pertinent, &c.*

9 Tertiò, quia quando agitur de Patronatu Regio jam conſtituto, & Reges ſunt in poſſeſſione præſentandi per multiplicatas præſentationes, quæ habuerunt effectum, & habent ultimum Eccleſiæ ſtatum poſt Concilium, non tenetur juſtificare Patronatus: ex Vivian. *de jur. Patron. in Prax. deciſ.* 76. *num.* 3. *per text. in cap. Conſultationibus, de jur. Patronat.* & ita ſæpius teſtatur judicatum in Rota Cephalus *Concil.* 681. *num.* 13. quem refert, & ſequitur Gabr. Pereira *de Man. Reg. cap.* 7. *n.* 27. *& tit. de Concordiis*, ait procedere in eo caſu, in quo agitur de poſſeſſione juris Patronatus acquirendâ; non tamen, quando agitur de poſſeſſione jam quæſita: plures per Garciam *de Beneficiis*, 5. *part. cap.* 5. *à num.* 140. ubi plures refe t deciſiones Rotæ.

10 Quartò, quia iſtud jus *Regibus Luſitaniæ* acquiſitum fuit ex juris communis diſpoſitione: ex dictis *Reſolution.* 3. & ex cauſa oneroſa, quia Eccleſias fundaverunt, & dotaverunt, *ex ſupra dictis num.* 7.

11 Plane privilegia conceſſa ex cauſa oneroſa, non fuerunt revocata, nec alterata per Concilium Tridentinum, ut ſæpius judicatum in Rota teſtatur Garc. *de Beneficiis*, 5. *part. cap.* 9. *n.* 120. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 4. *cap.* 10. *à n.* 3. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. *&* 16. *& lib.* 11. *cap.* 5. *n.* 109. Barboſ. *in Collect. ad Trident. d. cap.* 9. *num.* 70. *poſt medium*; *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 64. *in fin. & n.* 65. & Gonzal. *cum aliis relatis ſupra n.* 27. *reſol.* 3.

12 Ob eandem rationem quanvis Tridentinum *d. cap.* 9. *verſ. Reliqui Patronatus omnes*, eos irritet, niſi fuerint ex dotatione, & fundatione; excepit competentes Regibus quocunque titulo: illis enim non derogavit, quanvis ſint ex dotatione, præſcriptione, privilegio, & ex aliis titulis, de quibus ſupra *Reſol.* 3. *à n.* 5. nec reſpectu eorum aliquid innovavit, quia Reges, de jure antiquo, ex omnibus illis titulis poterant acquirere jus Patronatus: ex Gonzal. *d. Gloſſ.* 18. *à n.* 102. *&* 160.

RESOLUTIO XI.

An Beneficia Parochialia juris Patronatus Regii provideantur per concurſum, an ad ſolam Regis præſentationem?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia Parochialia providentur per concurſum.*

2 *Si ſint liberæ collationis, & juris Patronatus Eccleſiaſtici.*

4 *Edi-*

3 *Edictum debet poni in Diœceſi, in qua vacat Beneficium, & ex cauſa alibi.*

4 *In Beneficiis juris Patronatus Eccleſiaſtici inſtituit Epiſcopus præſentatos à Patronis in ſuis quatuor menſibus.*

5 *Beneficia curata juris Patronatus mixti, ſive pro medietate, ſive pro una parte, providentur per concurſum.*

6 *Qualitas attenditur, quia Eccleſiæ favet.*

7 *Beneficia curata juris Patronatus Eccleſiaſtici, & mixti, ſi non provideantur per concurſum, proviſio nulla eſt.*

8 *Concurſus Parochialium juris Patronatus Eccleſiaſtici, vacantium in octo menſibus reſervatis, præſentandus eſt Pontifici intra quatuor menſes à tempore vacationis.*

9 *Aliàs providet Summus Pontifex.*

10 *Electo in concurſu datur certitudo intra quadrimeſtre præſentanda Pontifici ad Bullas Confirmationis impetrandas.*

11 *Beneficia Parochialia juris Patronatus Regii, & ſæcularium non providentur per concurſum.*

12 *Limitatur, ſi provideantur jure devoluto.*

13 *Ampliatur quanvis ſint de jure Patronatus mixto ex Eccleſiaſtico, & Regali.*

14 *Areſtum Senatus in materia.*

15 *Caſus in quibus Beneficia non providentur per concurſum. Vide remiſſivè.*

1
BEneficia Parochialia vacantia
provideri debent per concurſum ex diſpoſitione Concilii Tridentini *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.*
ubi ponit Decretum irritans; ſed
quia plura ſunt, in quibus talis for-
2 ma non ſervatur, pro declaratione.
Dico primò. Beneficia Parochialia liberæ collationis, & juris Patronatus Eccleſiaſtici, providentur per concurſum, quanvis vacent in quatuor menſibus Patronorum: ex Concilio Tridentino *dict. Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* ubi Barboſ. *in Collect. à n.* 147. *& de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 143. *& alleg.* 60. *n.* 16. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 9. *n.* 99. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 32. *& lib.* 14. *cap.* 7. *num.* 4.
Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 198. *à n.* 3. 3
Ad hunc effectum ponitur edictum in Diœceſi, in qua vacat Beneficium: ex Cap. *ult. de Elect. in* 6. Tridentinum *ubi proxime*; poteſt tamen, ex cauſa, hac formâ omiſſâ, alibi provideri per privatum examen: ex Tridentino *d. cap.* 18. *in fine*, ibi: *Poterit Ordinarius, ſi pro ſua conſcientia, cum deputatorum Concilio, ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, privatum aliud examen, cæteris tamen, ut ſupra, ſervatis, adhibere.* Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 31. Ita factum eſt in Eccleſia de *Soalhães* Epiſcopatus *Portuenſis*, quam Epiſcopus illius Civitatis *D. Gaſpar do Rego da Fonſeca* proviſit per concurſum in hac Civitate Ulyſſipponenſi; idem fecit Archiepiſcopus Primax *D. Sebaſtiannus de Mattos de Noronha* dum erat retentus in hac Civitate, & proviſi poſſeſſionem pacificam acce-
perunt, & in ea exiſtunt. 4
In Beneficiis juris Patronatus Eccleſiaſtici inſtituit Epiſcopus præſentatos à Patronis in ſuis quatuor menſibus, Martii, Junii, Septembris, & Decembris, tanquam collator neceſſarius: *Gonz. ad reg.* 8. *Gloſſ.* 18. *n.* 1. *&* 2. *& Gloſſ.* 11. *n.* 1. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57.
num. 183. 5
Dico ſecundò. Beneficia Parochialia juris Patronatus mixti ex Eccleſiaſtico, & laicali, providentur per concurſum, ſive pro una parte, ſive pro medietate pertineant ad Eccleſiaſticum, & vice verſa, ut per Barboſ. *in Collect. ubi ſupra n.* 156. Salgad. *de Protect. Reg. cap.* 9. 3. *part. à num.* 107. Reddens ra-

Digitized by Google

rationem, *n.* 110. hoc eſſe in favorem Eccleſiarum, ut melius illis provideatur, prout fit in proviſione per concurſum, & cum ſit in Eccleſiæ favorem, Eccleſiaſticus trahit ad ſe laicum, quia eſt minus dignus: faciunt reſoluta per Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap. 7. n. 30. & 31.*

6 Qualitas enim, quæ Eccleſiæ favet, attenditur: ita pluribus relatis Salgad. *ubi prox. num.* 110. *&* 111. & per Phœb. 2. *p. deciſ.* 214. *à num.* 1. Quando verò non datur Eccleſiæ favor, ſed ipſius Patroni, tunc qualitas laicalis prævalet Eccleſiaſticæ: ex Salgad. *d. cap. 9. num.* 112. & in concurſu nullum præjudicium vertitur Patrono, ut faciunt reſoluta ſupra *Reſol.* 2. *num.* 5. quanvis aliqui relati per Barboſ. *in Collect. ad Trident. d. cap.* 18. *num.* 155. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 19. & Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 7. *à num.* 32. dicant contrarium.

7 Dico tertiò. Beneficia Curata juris Patronatus Eccleſiaſtici, & mixti, ſi provideantur ſine concurſu, non ſervatâ formâ Concilii *d. cap.* 18. proviſio nulla eſt: ita Garc. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 2. *&* 328. Valaſc. *Conſ.* 104. *num.* 3. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 18. *num.* 13. Salgad. *d.* 3. *part. cap.* 9. *n.* 47.

8 Iſte concurſus Parochialium juris Patronatus Eccleſiaſtici, vacantium in octo menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, per Regul. 8. Chancellariæ, præſentandus eſt Pontifici intra quatuor menſes à tempore vacationis ſub pœna nullitatis: Garc. *d. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 3. *& num.* 224. *&* 4. *p. cap.* 5. *n.* 83. Barboſ. *in Collect. ad Trident. dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat. n.* 135. Salgad. *d.* 3. *part. cap.* 9. *n.* 103. *&* 104. *&* 2. *p. cap.* 13. *à num.* 168. Vivian. *de jur. Patronat. lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 57. *& lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 5.

9 Aliàs ſi non præſenterur dicto tempore, Summus Pontifex illa confert Regniculis hujus Regni in Curia reſidentibus, ut vidimus in *Prioratu Sanctæ Juſtæ* hujus Civitatis *Ulyſſipponenſis*, & in *Prioratu Sanctæ Mariæ de Villas Boas* Eborenſis Diœceſis, & in aliis exemplis: ex Gonzal. *Gloſſ.* 6. *num.* 123. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 58. *num.* 3. *& de Officio Parochi, cap.* 2. *num.* 49. Seraphin. *deciſ.* 367.

Quare ex ſtylo datur electo in concurſu certitudo intra quadrimeſtre Pontifici præſentanda ad Bullas confirmationis impetrandas: Gonzal. *Gloſſ.* 5. *num.* 51. *& Gloſ.* 6. *à n.* 116. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 60. *num.* 16. *& de Offic. Parochi, cap.* 2. *à num.* 127. Salgad. *d.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 103. 10

Dico quartò. Beneficia Parochialia juris Patronatus Regii, & ſæcularium, providentur ſine concurſu ad ſolam Regis, & ſæcularium præſentationem: ita pluribus relatis Barboſ. *in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat. n.* 157. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 19. Garc. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 391. Salced. *ad Bernard. Dias in Prax. cap.* 55. *num.* 20. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 9. *n.* 105. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 58. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 87. *n.* 3. & ita judicatum dicit Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 50. *num. ult. in fine.* 11

Limitatur tamen in Beneficiis Patronatus ſæcularis devolutis ad Ordinarium ob negligentiam Patronorum in præſentando tempore à jure ſtatuto; tunc enim providentur ab Ordinario per concurſum pro illa vice: Barboſ. *de Offic. Paroch. cap.* 7. *n.* 131. *& de poteſt. Epiſcop. alleg.* 60. *num.* 18. *in fin.* & ita declaravit Congregatio Concilii, ut per Barboſ. *in Summa Apoſtol. deciſ. Collect.* 66. *num.* 4. & ita judicatum infra videbimus. 12

Ampliatur Reſolutio *ſupra n.* 11. quanvis jus Patronatus ſit mixtum ex Regali, & Eccleſiaſtico, & quanvis Rex in illo habeat tertiam partem 13

tem Patronatus, ut judicatum fuit in Judicio Coronæ ſuper Eccleſia *S. Andreæ de Medim* Epiſcopatus *Portuenſis*, in cujus Patronatu *Rex* habebat tertiam partem, & duas *Monaſterium* de *Ancede*; & cum Proviſor illius Epiſcopatus noluiſſet admittere *Antonium Diniz* per *Regem*, & *Monaſterium* præſentatum, quin præcederet concurſus, intrepoſuit gravamen ad Coronam, ubi lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Senatus.

14 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de aggravo, que tirou o Padre Antonio Diniz do Licenciado Ruy Gomez Gollias, que ſervia de Proviſor do Biſpado do Porto. Aggravado he o Supplicante pelo dito Proviſor, em lhe naõ cumprir as Sentenças deſte Senado, e em o naõ examinar, e collar na forma da Proviſaõ do dito Senhor, mandando, que haja Concurſo na dita Igreja, privando pelo dito modo a Coroa de ſua poſſe, e fazendo a ſeu Appreſentado notoria força, a que o dito Senhor deve acodir, como Rey, e Senhor, que he. E provendo em ſeu aggravo, viſtos os Autos, e como a Coroa eſtá em poſſe de prover per ſi ſeparadamente, e de ſeus Appreſentados ſerem examinados, e collados na forma das appreſentaçoens Reaes, ſem outro algum concurſo, a qual poſſe nas ditas appreſentaçoens Reaes he conforme a direito; ainda em caſo, que o dito Padroado ſeja em parte, e em particular na preſente appreſentaçaõ do dito Padre Antonio Diniz, por ſer tambem appreſentado pelos Padres do dito Convento de Ancede; e ſendo aſſim conformes as ditas appreſentaçoens no Supplicante, e lhe naõ mover duvidas, que direitamente encontraõ as ditas Sentenças, e poſſe, em que o dito Rey eſtá. Mandaõ, que ſe paſſe Carta para o dito Proviſor, porque o dito Senhor lhe roga, e encomenda, que logo examine, e colle ao Supplicante na Abbadia, de que ſe trata, em confirmaçaõ das Sentenças no caſo dadas, que cumprirá com effeito; e fazendo o contrario (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ ás Juſtiças ſeculares, que lhe naõ guardem ſeus Mandados, e procedimentos, nem levem penas de excommungado. Em Lisboa aos 17. de Julho de 1618. o Doutor Joaõ Gomez Leitaõ, o Doutor Belchior Pimenta*; & alii relati per Phœb. 2.*p. deciſ.* 214. *n.* 29. ubi hoc Areſtum refert.

Alios caſus, in quibus Beneficia Parochialia non providentur per concurſum, vide apud Vivian. *de jur. Patron. lib.* 10. *cap.* 1. *à num.* 53. ubi duodecim enumerat. 15

RESOLUTIO XII.

An Beneficia juris Patronatus Eccleſiaſtici, Sæcularis, & Regalis comprehendantur in Regulis reſervatoriis Chancellariæ?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia juris Patronatus Eccleſiaſtici comprehenduntur in Regulis reſervatoriis Chancellariæ.*

2 *Facile huic juri derogatur.*

3 *Hi Patroni habent tantum quatuor menſes, & in aliis octo ſunt reſervata.*

4 *Beneficia juris Patronatus mixti comprehenduntur in Regulis reſervatoriis.*

5 *Beneficia Patrimonialia, & Canonicatus Doctorales Cathedralium quanvis vacent in Curia, non manent reſervata.*

6 *Beneficia juris Patronatus Regii, vel laicalis non comprehenduntur in Regulis reſervatoris generalibus, vel ſpecialibus, quocunque modo, & menſe vacent.*

7 *Sententiæ referuntur in confirmationem, & num.* 8. *&* 9.

1 Di-

1 Dico primò, Beneficia juris Patronatus Eccleſiaſtici comprehenduntur in Regulis reſervatoriis Chancellariæ: ita Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 18. *num.* 6. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 1. *n.* 438. *&* 584. Covar. *Pract. cap.* 36. *num.* 1. *&* 4. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 257. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 9. *num.* 101. Vivian. *in Prax. de jur. Patronat. deciſ.* 38. *num.* 4.

2 Huic enim juri facile derogatur, etiam per ſimplicem Papæ collationem, abſque ulla derogatione. Covar. *Pract. d. cap.* 36. *num.* 1. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 18. *num.* 6. *&* 7. Riccius 3. *part. deciſ.* 205. *num.* 3. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 1. *à num.* 552. Salgad. *dict.* 3. *p. cap.* 9. *à n.* 102.

3 Hi Patroni ſolum præſentant, quando Beneficia vacant in quatuor menſibus, Martii, Junii, Septembris, & Decembris, & in aliis octo menſibus ſunt reſervata per dictam *Regulam octavam*, & in utroque caſu fit proviſio per concurſum: ex Tridentin. *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reform.* ubi Barboſ. *in Collect. n.* 32. Gonzal. *Gloſſ.* 6. *n.* 112. *& Gloſſ.* 11. *num.* 1. Garc. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 273. Salgad. *d.* 3. *p. cap.* 9. *à num.* 98.

4 Dico ſecundò, Beneficia juris Patronatus mixti non comprehenduntur in Regulis reſervatoriis; ut per Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 144. *&* 257. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 18. *n.* 8. 12. *&* 13. Salgad. *dict.* 3. *p. cap.* 9. *n.* 114. Covar. *Pract. dict. cap.* 36. *num.* 4. ubi ampliat, quanvis dicta Beneficia vacent in Curia, vel extra: Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 35. *num. ult. verſ. Sed magis communis.* Quia jus Patronatus mixtum in favorabilibus merè laicale cenſetur: Gonzal. *d. Gloſſ.* 18. *num.* 12. 13. 14. Garc. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 582. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 18. Phœb. *deciſ.* 214. *n.* 18. 20. *&* 23. Covar. *ubi proximè.* Farinac. 2. *part. deciſ.* 541. *n.* 4.

5 Dico tertiò, Beneficia Patrimonialia, & Canonicatus Doctorales Cathedralium, quanvis vacent in Curia, non ſunt reſervata, nec comprehenduntur in Regulis reſervatoriis: Covar. *Pract. dict. cap.* 36. *n.* 4. *verſ. Similiter.* Cevalh. *Commun. q.* 897. *à num.* 311. Gonzal. *Gloſſ.* 9. §. 2. *à num.* 19. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 4. *à n.* 168. ubi *à n.* 169. refert Conſtitutiones Sixti IV. & Leonis X. in materia.

Dico quartò, Beneficia Juris Patronatus Regii, vel ſæcularis non ſunt reſervata, nec comprehenduntur in reſervationibus generalibus, nec ſpecialibus, & quocunque menſe, & quocunque modo vacaverint, providentur ad præſentationem Regis, & ſæcularium: ita pluribus relatis Gonzal. *dict. Gloſſ.* 18. *num.* 2. *& Gloſſ.* 24. *à num.* 153. Covar. *d. cap.* 36. *num.* 4. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 32. *& alleg.* 57. *n.* 26. *& à n.* 144. *&* 257. *& jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 90. *& lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 18. Valaſc. *Conſult.* 163. *n.* 8. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 35. *n.* 6. *&* 7. Phœb. 2. *p. deciſ.* 214. *à n.* 5. Farinac. 2. *p. deciſ.* 541. *n.* 3. *in fin. & num.* 5. *in fin.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 87. *num.* 2. *& deciſ.* 277. *n.* 1. & ſic pluries judicatum in Judicio Coronæ in exemplis ſequentibus. 6

Primò, in Sententia lata in Judicio Coronæ per viam gravaminis, de qua infra *Reſol.* 36. *à num.* 9. contra Doctorem *Didacum Oſorium de Caſtro*, cum approbatione Palatii, cui dictus Judex obtemperavit, Cenſuras ſuſpendit, & omnia juſſit reponi in priſtinum ſtatum. 7

Alteræ Sententiæ Coronæ per actionem violentiæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, Libello do Procurador da Co- 8

 roa,

roa, e de D. Antonio Maſcarenhas, apreſentado pelo Prior de Santa Maria de Cintra (que he do Padroado da Coroa) no Beneficio de que ſe trata, e accreſcentamento, e emenda do Procurador da Coroa, e a Contrariedade do R. Fernaõ Soares, Clerigo de Miſſa, que offereceo ao Libello, e declaraçaõ a elle, Sentenças, e aſſentos da Meſa do Paço, documentos da Torre do Tombo, e mais papeis juntos, e prova dada de teſtemunhas. Moſtra-ſe, que a dita Igreja de Santa Maria de Cintra he do Padroado da Coroa, e della ſe tiráraõ Raçoens para Beneficiados da meſma Igreja, cuja appreſentaçaõ, conforme as ditas Sentenças, de direito, eſtylo, e poſſe, pertence ao Prior da meſma Igreja, como appreſentado pela Coroa, que neſſa poſſe eſtá a meſma Igreja, e em outros Beneficios. Moſtra-ſe, que appreſentando o Prior della ao dito D. Antonio Maſcarenhas, collando-o, e dando-lhe poſſe, como de direito ſe requere, o dito Reo o inquieta na dita poſſe, querendo-o tirar della, no que faz força à Coroa, e ao Donatario della, e a ſeu appreſentado, poſto que o R. ſe queira ajudar de Bullas Apoſtolicas; porque ſendo o Beneficio da Coroa, e as ditas Porçoens ſahirem dos frutos da Igreja do Padroado da Coroa, ſaõ iſentos de toda a reſerva, e affecçaõ Apoſtolica, e em todo tempo póde a Coroa, e ſeu Donatario appreſentar, conforme aos Privilegios concedidos pelos Summos Pontifices aos Reys deſte Reino, e eſtylo, e pratica delle, e Sentenças dadas nos Juizos Eccleſiaſticos, e no da Coroa, neſta Igreja, com outras ſemelhantes. Condeno ao dito R. deſiſta da dita força, perturbaçaõ, e quebrantamento de Privilegios, e deixe ao A. poſſuir livremente o ſeu Beneficio, e lhe reſtitua os frutos, que ſe liquidarem, que lhe tem levado, e ſeja ſem cuſtas, por ſer entre o meu Procurador, e meu Vaſſallo. Lisboa 16. de Dezembro de 1634. Povoas, De Meſquita, Maſcarenhas. Fuy preſente, Pinheiro. Eſcrivaõ, Pedro Lamirante.

Altera Sententia.

9 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, Petiçaõ de força dos AA. Antonio Ferreira, Vigario da Igreja de Santa Maria de Cea, e Procurador da Coroa, conteſtaçaõ do Licenciado Antonio de Azevedo, R. originario, documentos juntos, e prova dada. Moſtraſe, que vagando huma Raçaõ (chamada Beneficio) na dita Igreja (que he do Padroado Real) continuando o dito Vigario na poſſe, em que eſtava, de appreſentar, e collar os ditos Beneficios, como Donatario da Coroa, no uſo do Padroado Real, ſortindo effeito ſuas appreſentaçoens, appreſentou, e collou no dito Beneficio vago ao Padre Manoel de Fontes Caldeira, o qual o logrou, e poſſuîo pacificamente por mais de quatro annos, recolhendo os frutos delle; e eſtando-o poſſuindo, o impetrou do Summo Pontifice o R. originario, com pretexto de pertencer à Proviſaõ a Sua Santidade, por haver vagado por obito do Doutor Franciſco Vaz Pinto, Referendario de ambas as Signaturas, calando a natureza do dito Beneficio; e em execuçaõ das Bullas obrigou o Colleitor com priſoens, e Cenſuras ao dito Manoel de Fontes a largar a poſſe, fazendo-lhe notoria força, e oppreſſaõ; e recorrendo a eſte Juizo, ſuccedeo adoecer gravemente de huma doença, de que ficou intrevado, pela qual razaõ renunciou livremente o dito Beneficio, e o direito, que nelle tinha, nas mãos do Vigario A. o qual appreſentou nelle ao Licenciado Antonio de Fontes Caldeira. Moſtraſe, que querendo o A. correr com a dita cauſa, ſe naõ acháraõ os Autos em caſa do Eſcrivaõ da Coroa, e poriſſo intentáraõ os AA. de novo eſta acçaõ, a fim de ſerem conſervados, e reſtituidos à ſua poſſe, em que o R. originario o perturbou, impetrando o dito Beneficio, ſem guardar os requiſitos do Alvará de 1617. ſendo elle iſento, e livre das regras da Reſerva, por ſeguir a natureza dos Beneficios do*

P.

Padroado Real. O que viſto, e o mais dos Autos, julgaõ, que o R. originario fez força à Coroa, e ao ſeu Donatario, no uſo do Padroado Real, e que foy intruſo no dito Beneficio; e mandaõ, que o Vigario A. ſeja reſtituido ao direito, que nelle tem, de appreſentar, e collar, e relevaõ ao R. dos frutos pela approvaçaõ, que o Vigario A. fez de ſua proviſaõ, reconhecendo-o por Beneficiado, trazendo o Beneficio da ſua maõ, o que baſta para o relevar dos frutos, poſto que naõ baſta para prejudicar à Coroa em ſeu direito; e pague o R. os Autos. Lisboa 10. *de Junho de* 1655. *Marchaõ, Almeida, Souſa. Eſcrivaõ, Pedro Lamirante.*

RESOLUTIO XIII.

An Summus Pontifex ſit Dominus Beneficiorum, & ſuper illis habeat pleniſſimam, & abſolutam poteſtatem ad diſponendum pro libito voluntatis, quanvis ſint de Patronatu Regio, & ſæculari?

SUMMARIUM.

1 *Sacrilegium eſt de poteſtate Pontificis diſputare.*

2 *Plures adulatores attribuunt pleniſſimam, & abſolutam Pontificibus poteſtatem in Beneficialibus, & vocant eum dominum Beneficiorum ad diſponendum de illis pro libito voluntatis.*

3 *Moventur ex juribus affirmantibus habere liberam, & plenam poteſtatem in Beneficialibus.*

4 *Affirmant quòd Chriſtus dedit eis omnem ſuam poteſtatem.*

5 *Beneficia inſtituta fuerunt de jure humano.*

6 *Papa poteſt juri humano derogare.*

7 *Sententia adulantium eſt falſa, & erronea, & ea utentes, abutuntur poteſtate ſibi à Chriſto conceſſa.*

8 *Pius V. recognoſcens falſitatem illius opinionis, ſe adminiſtratorem, & non dominum profitebatur.*

9 *Non eſt credendum Pontifices ea opinione uſuros.*

10 *Notabile dictum Regis Antigoni contra quendam adulatorem.*

11 *Confunditur opinio adulantium authoritate Sacræ Scripturæ.*

12 *Authoritate Sanctorum.*

13 *Authoritate Doctorum, & n.* 14.

15 *Auferre Beneficium alicui, & privare aliquem re ſua, dominio, uſufructu, uſu, & adminiſtratione, eo inaudito, & ſine cauſa, eſt contra omne jus, & num.* 16.

17 *Chriſtus non dedit Pontificibus dominium abſolutum bonorum Eccleſiæ, ad eorum arbitrium, ſed tantum regiminis, & adminiſtrationis, regulatum per Leges divinas, & naturales.*

18 *Contra jus, & rationem, eſt privare aliquem re ſua, ſine cauſa.*

Ibi. *Non præſumitur juſta cauſa in Principe.*

Ibi. *Debet exprimi, & probari.*

19 *Soli Chriſto competit dominium abſolutum bonorum Eccleſiæ, quod tanquam redemptor acquiſivit.*

20 *Chriſtus non conceſſit Pontificibus poteſtatem, nec licentiam peccandi, ſed faciendi, quod juſtum eſt.*

21 *Si Pontifex poſſet privare poſſeſſores bonis ſuis, eis inauditis, & ſine cauſa, & pro libito voluntatis, potius Tyrannus, quàm Catholicæ Religionis Pater diceretur.*

Ibi. *Eſſet magis tempeſtas, quàm poteſtas.*

Ibi. *Eſſet potius in deſtructionem, quàm in ædificationem.*

22 *Non diceretur tunc Fidelis diſpenſator.*

23 *Papa non poteſt, niſi quòd juſtè poteſt.*

24 *Per clauſulas* de motu proprio, certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, *non juſtificatur, quod ex ſe eſt injuſtum, & iniquum.*

 25 *Jus*

Digitized by Google

25 *Jus abhorret abſurdum.*

Ibi. *Abſurdum eſt, quod eſt contra rationem.*

26 *Non poteſt Papa diſponere de rebus Eccleſiæ, prout quilibet particularis de rebus propriis.*

27 *Si vendat Beneficia, committet Symoniam.*

Ibi. *Quod erit peccatum in eo gravius, & deteſtabilius.*

28 *Gravans Beneficium penſionibus contra voluntatem Beneficiati ſine cauſa, injuſtè, & contra jus procedit.*

Ibi. *Idem ſi confert Beneficia unius Regni, naturalibus alterius Regni.*

29 *Si diſpenſat ſine cauſa in rebus habentibus dependentiam à jure divino, nulliter, & invalidè diſpenſat.*

30 *Si opinio adulantium ſequeretur, offenderetur omne jus.*

31 *Jure diſponitur, ut reddatur unicuique quod ſuum eſt.*

32 *Omnia turbarentur, ſi abſolutâ uteretur poteſtate.*

33 *Libera, & plena poteſtas, quomodo intelligitur in Pontifice, & num. 34.*

35 *Chriſtus ei conceſſit poteſtatem competentem ad totius Eccleſiæ gubernationem, & quo ad poteſtatem Clavium.*

36 *Non conceſſit ei poteſtatem authoritatis, nec excellentiæ.*

37 *Quamvis Beneficia ſint inſtituta de jure humano, non ex eo ſequitur Papam poſſe ſine juſta cauſa, & rationabili, Beneficiis privare poſſeſſores.*

38 *Licet Pontifex poſſit derogare juri poſitivo, eſt tantum, quo ad ea, quæ juris poſitivi ſunt, ſine offenſione Legis naturalis, vel divinæ, & ſine præjudicio tertii.*

1 NOn diſputamus de ſuprema Pontificis poteſtate, eſſet enim Sacrilegium: ex *L. 2. Cod. de Crim. Sacrileg.* Gratian. *Forenſ. tom.* 4. *cap.* 724. *num.* 8. Menoch. *Conſ.* 495. *num.* 29. *& de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 389. *num.* 19. Immo eam recognoſcimus, profitemur, & veneramur; ſed quia ex hac quæſtione pendet reſolutio plurimarum hujus tractatus, ideo hîc eam proponimus, ſecundùm juris diſpoſitionem, reſolvendam.

Plures enim adulatores affirmant 2
Papam habere pleniſſimam, & abſolutam poteſtatem, & diſpoſitionem in Beneficialibus, & eſſe dominum Beneficiorum, ejusque poteſtatem nullis legibus, aut regulis coarctari: & poſſe de poteſtate Ordinaria, & ſine cauſa, non citato, nec audito poſſeſſore, Beneficium ab uno auferre, & alteri dare; reputarique tanquam Deum in terris, quo ad Beneficia; & denique poſſe mutare quadrata rutundis, & facere quidquid velit pro libito voluntatis. Ita pluribus relatis Gonzal. *in Reg.* 8. *Chancel.* §. 1. *Proœm. à num.* 31. & per Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 1. *à n.* 2. Flamin. *de Reſignation. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 74. *& lib.* 7. *quæſt.* 11. *à num.* 4. *& lib.* 8. *quæſt.* 7. *n.* 8. *& alibi*; & per Menoch. *lib.* 2. *Præſumpt.* 10. *n.* 18. *&* 19. & per Navar. *de Spoliis Cleric.* §. 3. *num.* 3. & per Pinel. *in Rubr. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. *tit. de Reſcind. vendit.* Vivian. *de jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 197. *& lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 3. ubi dicit ad libitum conferre poſſe quaſcunque Eccleſias, ubicunque fundatas, tam liberas, quàm juris Patronatus, cùm habeat jus pleniſſimum, in quibuscunque Beneficiis, & ſit ſuper omnia jura Patronatus, ratione ſupremi dominii univerſalis Eccleſiæ, *& lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 97. *& cap.* 2. *num.* 5. ubi dicit eſſe dominum abſolutum in Beneficialibus; & moventur ex ſequentibus.

Primò, per text. *in cap.* 2. *de* 3
Præbend. in 6. ibi plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcitur Pontificem pertinere: *Clement. I. ut lite pendente*, ibi: *Salva tamen in præmiſſis omnibus Romani Pontificis poteſtate,*

ad

ad quem Eccleſiarum , perſonatuum, dignitatum , aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, plena, & libera diſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine, noſcitur pertinere. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 35. *n.* 1. Barboſ. *in Collect. ad dict. cap.* 2. *à n.* 2.

4 Secundò, quia Chriſtus Dominus dedit ſuam poteſtatem Petro, & Succeſſoribus: *Matth. cap.* 16. *Joann. cap.* 22. *Cap. Solitæ , de Maioritate. Extravag. unam Sanctam , eod. tit.* Soar. *de Legib. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 1.

5 Tertiò, quia Beneficia inventa, & inſtituta fuerunt de jure humano: DD. *per text. in cap. Eccleſias* 13. *q.* 1. Plures per Garc. *de Benef. cap.* 1. *p.* 1. *num.* 10. *&* 5. *p. cap.* 1. *n.* 3. Gonzal. *ad Reg.* 8. §. 1. *Proœm. n.* 2. Flamin. *de Reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 126. Selv. *de Benef. part.* 1. *q.* 4. *à n.* 22. *&* 2. *p. q.* 22. *n.* 3. Barboſ. *in Collect. ad dict. cap.* 2. *n.* 4.

6 Super quod jus poſitivum habet Pontifex, & Princeps poteſtatem ad illud revocandum, & derogandum: DD. *per text. in cap. Juſtum eſt, diſt.* 9. *& in cap. Propoſuit , verſ. Licet de conceſſ. Præbend. & in L. Princeps, ff. de Legibus.* Ordinatio Regia *lib.* 3. *tit.* 75. §. 1. *in fin.* Vivian. *de jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 3. *n.* 17. Barboſ. *Supra num.* 4.

7 Sed horum adulantium Sententia non ſolum eſt falſa, & erronea, ſed ab omni Juſtitia, Religione, & Pietate aliena , & ſi Pontifices ea uti vellent , abutentur poteſtate ſibi à Chriſto Domino conceſſa, contra doctrinam Divi Pauli 1. *ad Corinth. cap.* 9. *num.* 18. ibi: *Non abutor poteſtate mea.* Et peccabunt ea abutentes: ex Soar. *de Legib. lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 6. Sanch. *dict. dubio* 35. *n.* 4. *in fin.*

8 Quare Summus Pontifex Pius V. recognoſcens illius opinionis falſitatem , affirmabat hos adulatores majorem Pontificibus, quàm par erat, attribuiſſe poteſtatem, & ſic ſemel ab eo audiviſſe teſtatur Navar. *de Spoliis Clericorum*, §. 3. *n.* 5. *verſ. Quæ omnia*, ibi: *Felicis recordationis Pius V. mihi ſemel dixit, Juris-Conſultos ſolitos eſſe , pluſquam ſatis poteſtatis tribuere Papæ, &c.* Et Sarmientus ipſius Pontificis Auditor Rotæ idem teſtatur *lib.* 1. *Select. cap.* 8. *num.* 25. ibi: *Ex his etiam intelliges Romanum Pontificem in Beneficiis (cum ad regimen Eccleſiarum , & publicam utilitatem Beneficia ſint conſtituta) pleniſſimam poteſtatem habere; non tamen ita abſolutam, ut dominus omninò Beneficiorum dicatur (licet aliqui id velint) quod adulantium commentum eſt, ut ſæpiſſimè Sanctiſſimus Dominus noſter Pius V. dicere ſolet, qui non Dominos Beneficiorum , ſed diſpenſator, ſe, & alios Romanos Pontifices profitetur; quòd non eſt alienum ab opinione antiquorum Doctorum, &c.* & continuat non poſſe Beneficium alicui auferre ſine cauſa.

In idem eſt Soto *de Juſtit. lib.* 3. *in ſolut. ad* §. *de Juſtit. q.* 6. *in princip.* ubi dici , non eſſe credendum Papam hanc adulantium Sententiam admiſſurum , præſtans rationem , ibi: *Nullo opus eſt argumento, ubi Apoſtolica tuba canit, ſic nos exiſtimet homo, ut Miniſtros Chriſti , & diſpenſatores myſteriorum Dei.* 1. *ad Corinth. cap.* 4. 9

Hos etiam adulatores reprobavit Antigonus Rex Macedoniæ, ut refert Bovadilh. ex Plutarch. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. cui unus adulator dixit omnia Regibus eſſe licita, & honeſta; cui Rex indignatus reſpondit, illud Regibus barbaris licitum eſſe poſſe, non tamen ſibi, cui ſoli licitum erat, quod æquum, juſtum, & honeſtum erat: & confunditur adulantium Sententia ex ſequentibus. 10

Primò, ex authoritate Sacræ Scripturæ: ex 1. *Petri, cap.* 5. *n.* 3. ibi: *Neque dominantes in Cleris. Et Pauli* 1. *ad Corinth. cap.* 4. *n.* 1. ibi: *Sic nos exiſtimet homo, ut Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Quibus locis ſe non Dominos, ſed Adminiſtratores appellant. 11

12 Se-

12 Secundò, ex authoritate Sanctorum, qui non Dominos, ſed Adminiſtratores appellant. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. *in ſolut. ad* 1. ibi: *Quorum Prælatus Eccleſiaſticus, non eſt Dominus, ut poſſit ea dare pro libito, ſed diſpenſator, ſecundùm illud.* 1. *ad Corinth. cap.* 4. *& quæſt.* 100. *art.* 1. *ad* 7. ibi. *Quamvis enim res Eccleſiæ ſint ejus, ut principalis diſpenſatoris, non tamen ſunt ejus, ut Domini, &c.* Div. Bernard. *lib.* 3. *de Conſiderat. ad Eugen. III. cap.* 1. ibi: *Diſpenſatio tibi credita eſt, non data poſſeſſio, ſi pergis uſurpare, & hanc contradicit tibi, qui dicit: Meus eſt Orbis terrarum, & plenitudo ejus: poſſeſſionem, & dominium cede huic; tu curam illis habe, pars tua hæc, ultra non extendas manum, &c. & lib.* 2. *de Conſid. cap.* 6. ibi: *Forma Apoſtolica hæc eſt, donatio interdicitur, indicitur adminiſtratio, &c.*

13 Tertiò, ex authoritate Doctorum *in cap.* 1. *& ibi Gloſſ. verb. Diviſiones, & in cap. Cum non liceat Papæ, q.* 2. Soto *de Juſtit. lib.* 3. *quæſt.* 6. *in Solut. ad* 1. *verſ. Immo arbitror*, ubi exclamat contra mala, quæ quotidie ex hac falſa opinione oriuntur, ibi: *Immo arbitror illos, qui Dominum Beneficiorum, eum appellant, propriam vocem ignorare; nam ſi Dominus eſt, retinere ſibi poteſt, & in proprios uſus convertere, ac pro libito eis uti; quod tamen nemo ſanæ mentis admittet. Si autem pro libito non poteſt uti, ſed tenetur ratione diſpenſare, non eſt Dominus. Quare S. Thom.* 2.2. *q.* 63. *art.* 2. *ubi ait, Prælatum Eccleſiaſticum non eſſe Dominum, ſed Diſpenſatorem, Pontificem etiam Maximum complectitur, ut Cardinalis etiam Caietanus Lateralis Papæ ſcitè adnotavit. Sed heu quanta mala ex contrario, eorundemque falſo principio, Eccleſia quotidie patitur!* ita Soto.

14 Sequuntur Sanch. *Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 96. *& Concil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 35. *num.* 3. Navar. *de Spoliis Clericor.* §. 2. *n.* 2. *&* 3. Menoch. *lib.* 2. *Præſumpt.* 10. *num.* 20. Abbas *in cap. Conſtitutus, num.* 9. *de Reſcript. & in cap. ult. de Confirm. utili. á num.* 10. Cardinalis *Conſ.* 141. *incipit, Sanctiſſimus, num.* 2. Felin. *in cap. Quæ in Eccleſiarum, n.* 42. *&* 43. *de Conſtitut. & in cap. Cum olim, n.* 17. *verſ. Secundum exemplum, de re judicata.* Selva *de Benef.* 2. *p. q.* 1. *à n.* 25. Gratian. *Forenſ. cap.* 167. *à n.* 49. Faquineus *lib.* 8. *Controverſ. cap.* 63. *verſ. Contrarium, cum ſeqq.* Gail *lib.* 2. *obſervat.* 65. *num.* 10. *&* 11. Sarmient. *Selectar. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 25. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 13. *à num.* 40. Barboſ. *in Collect. ad dict. cap.* 2. *de Præbend. in* 6. *num.* 9. *& in cap. Cum olim, n.* 4. *verſ. Veram, de re judicata.* Pincl. *p.* 1. *Rubricæ, cap.* 2. *à n.* 30. *Cod. de Reſcind. vend.*

Quartò, quia auferre Beneficium 15
alicui ſine cauſa, & alteri dare, & privare aliquem rebus ſuis, eo inaudito, eſt contra jus Canonicum *in cap.* 1. *de Cauſa poſſeſſ.* & contra Legem naturalem, & divinam in Septimo Præcepto Decalogi de non furando, & contra Decimum Præceptum de non concupiſcendo rem alienam, & auferre dominium alicui, eo invicto, idem etiam eſt ac auferat uſumfructum, uſum, & adminiſtrationem, quam aliquis habet in re, ut per Navar. *de Spoliis Cleric.* §. 3. *verſ. Deinde.* Facit Barboſ. *dict. num.* 4.

Planè Beneficiatus (cui Benefi- 16
cium eſt collatum, vel Eccleſia cui jam fuit res aliqua applicata in dotem, vel in dotis augmentum ad ſui ſuſtentationem neceſſariam) habet adminiſtrationem, uſum, & uſumfructum in ſuam utilitatem, licet verum dominium ſit penes Chriſtum. Ergo Papa illam non poteſt auferre, nec Beneficium alteri dare ſine cauſa, quin Legem naturalem, & divinam offendat. Ita concludit Navar. *ubi proxime, &* §. 2. *num.* 3. ubi dicit, quòd ſi Papa contrarium faciat, procedit contra voluntatem Chri-

Digitized by Google

Chriſti, & ſi ſibi appropriat bona alterius, & alteri donet ſine cauſa, tunc enim eſſet tranſgreſſor Legis divinæ, & naturalis, à qua ipſe Pontifex non eſt ſolutus. Ita Navar. *dict.* §. 2. *n.* 4.

17 Quintò, quia Chriſtus ei non dedit dominium abſolutum bonorum Eccleſiæ ad ejus arbitrium; ſed regiminis, & adminiſtrationis, quod appellatur infimum, & regulatum per Leges divinas, & naturales: DD. *per text. in cap. Solitæ, de Maiorit. & in cap. Cum ad verum, & in cap. Duo ſunt.* 96. *diſt. cap. In apibus* 7. *quæſt.* 1. *cap. In memoriam, diſt.* 19. ibi: *Debemus honorare Sanctam Eccleſiam Romanam, quæ ſicut Mater eſt dignitatis Eccleſiaſticæ, ita eſſe debet magiſtra rationis, &c.* quia per eam debet gubernari ſecundùm poteſtatem, quam Chriſtus ei dedit in ædificationem, & non in deſtructionem: ex illo Pauli 2. *ad Corinth. cap.* 10. *num.* 8. Div. Thom. *tract. de Reginin. Princip. cap.* 1. *&* 2. Sanch. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 95.

18 Planè contra jus, & rationem eſt, privare aliquem re ſua ſine cauſa, & jus tertio auferre. DD. *per text. in L. ult. Cod. Si contra jus*: Plures per Menoch. *lib.* 2. *Præſumpt.* 10. *n.* 48. addens *n.* 52. *&* 58. juſtam in his terminis cauſam non præſumi, niſi exprimatur, & probetur, ut pluribus relatis ait Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 32. Gail *lib.* 2. *obſerv.* 58. *à num.* 1. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 10. Semper enim præſumitur voluntatem Principis talem eſſe, qualis de jure eſſe debet: L. *Ex facto, in principio, ff. de vulgari. L. Quoniam, Cod. de Natural. liber.* Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 31. Ergo ſi diſponat contra jus, non eſt pro tali diſpoſitione præſumendum, quanvis cauſam exprimat, niſi probetur eſſe veram: Riccius *in Prax. aurea, Reſol.* 357. *n.* 3. *in fin.*

19 Sextò, quia ſoli Chriſto Domino competit dominium abſolutum bonorum Eccleſiæ, quod tanquam Redemptor acquiſivit: ex *Pſal.* 21. ibi: *Domini eſt terra, & plenitudo ejus*; refertur *in cap. Tua nos* 26. *verſ. Cum enim Deus, de Decim. & in cap. Quo jure, diſt.* 8. *cap. Denique, in fin.* 14. *quæſt.* 5. Gloſſ. *verb. Chriſti, in cap. Cum ex eo, de Elect. in* 6. Navar. *de Spoliis Cleric.* §. 11. *n.* 8. Soto *de Juſt. lib.* 4. *q.* 4. *art.* 1. *verſ. In hac Quæſtione.* Abbas *in cap. Conſtitutus, num.* 9. *de Reſcript.* Gam. *deciſ.* 313. *num.* 4. *in fine.* Afflict. *deciſ.* 361. *n.* 23. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 25. Soar. *de Legib. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 1.

20 Septimò, quia Chriſtus ei non conceſſit poteſtatem, nec licentiam peccandi, ſed faciendi, quod juſtum eſt: ex Cap. 1. *in fin. diſt.* 40. ibi: *Unde ex officio ſuſcepto, non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem benè vivendi, ſe noverit ſic aſſecutos.* Barboſ. *in L. ult. n.* 2. *ad finem, Cod. Si contra jus*, ibi: *Deus non dedit eis poteſtatem peccandi, nec auferendi alienum.* Plura per Pinel. *in Rubr. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. *Cod. de Reſcind. vend.* Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 96.

21 Octavo, quia ſi poſſet privare poſſeſſores bonis ſuis, ſine cauſa, & eis inauditis, & facere quiquid vellet, prout adulatores affirmant, tunc magis averſor, quàm conſtructor Eccleſiæ diceretur, nec tunc enim poteſtas diceretur, ſed tempeſtas: ex Covar. *Var. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 8. Menoch. *Illuſtr. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 11. Pinel. *d. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 20. 24. *&* 25. *Cod. de Reſcind.* Soar. *de Legibus, lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 6. Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 27. *&* 28. Quare Div. Thom. *in Opuſc.* 21. relatus per Bovadill. *Polit. lib.* 2. *num.* 6. admonet, ibi: *Conſiderare debetis, quòd Principes terrarum ſunt à Deo inſtituti, non quidem, ut propria lucra quærant, ſed ut communem Populo utilitatem procurent, &c.* Aliàs poteſtas eſſet in deſtructionem, contra illud

lud Pauli 2. *ad Corinth. cap.* 10. *à num.* 8.

22 Nec tunc eſſent fideles Adminiſtratores, & diſpenſato es: ex Soar. *de Legib. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 1. Div. Thom 2. 2. *quæſt.* 36. *art.* 2. *in ſolut. ad* 1. ubi Caiet. *in Gloſſ.* ibi: *Sub nomine Eccleſiaſtici Prælati includit etiam Papam, eſt enim Chriſti Miniſter, & diſpenſator myſteriorum Dei, & ideo oportet fideliter diſpenſare:* prout reſolvit Soar. *ubi ſupra*; aliàs nec ipſe Pontifex apud Deum tutus erit, nec etiam ille, qui ſimilibus diſpenſationibus uſus fuerit, ut concludit Covar. *dict. lib.* 3. *Variar. cap.* 6. *n.* 8. *verſ. Fortaſſis, in fin.*

23 Nono, quia Papa non poteſt, niſi quod juſtè poteſt: ex Gloſſ. *verb. Licitum, in Regul.* 1. *de Regul. jur. in* 6. *cap. Faciat.* 22. *q.* 2. Gloſſ. *ult. in cap. Si eo tempore, de Reſcript. in* 6. *L. Filius, qui fuit* 15. *ff. de Condition. inſtitut.* ibi: *Nam quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & ut generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.* Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 27. *&* 28. Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 7.

24 Ex quo fluit, nihil obeſſe, ſi Pontifex auferendo jus, vel dominium alicui, vel Beneficium ſine cauſa, & culpa utatur clauſulis ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis; quia per has clauſulas non juſtificatur, quod ex ſe eſt injuſtum, & iniquum; ſic ratio, & juris regulæ manifeſtant, ut per Pinel. *Part.* 1. *Rubr. cap.* 2. *n.* 20. *Cod. de Reſcind.* ex eo quia verba rei veritatem non mutant, nec juſtificant, quod ex ſe eſt iniquum, nec augent Pontificis poteſtatem. Ita pluribus relatis Pinel. *ubi proxime*; nec per illas clauſulas poteſt Papa facere ſimiles privationes ſine cauſa. Ita pluribus relatis Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 41. *num.* 24. *&* 31. nec operantur in præjudicium tertii; plures per Barboſ. *ubi proxime, n.* 40. *& clauſ.* 79. *num.* 19. 42. *&* 48. quibus locis plures refert Riccius *Prax. aur. reſol.* 357. *n.* 3.

Decimò, quia ex illa falſa opinione plura ſequerentur abſurda, 25
quæ jus abhorret: ex *L. Non abſurdum, ff. de Bonis libert.* & abſurdum cenſetur id, quod eſt contra rationem: ex *L. ult.* §. *Sed quia ad finem, Cod. Commun. delegat.* & ſemper debet evitari: Surdus *Conſ.* 236. *n.* 18. Valaſc. *Conſult.* 174. *n.* 1. Gail *lib.* 2. *obſervat.* 33. *n.* 5. *ut patet ex ſeqq.*

Primum abſurdum, quia ſequeretur poſſe diſponere de rebus Eccleſiæ, & Beneficiorum, ut quilibet particularis diſponit de rebus 26
propriis: ex *L. In re mandata. Cod. Mandati. L. Sed etſi*, §. *Conſuluit, ff. de Petit. hæredit.* Ita arguit Soto *de Juſtit. lib.* 3. *q.* 6. *in ſolut. ad* §. 5. *verſ. Immo arbitror*, ibi: *Si Dominus eſt, retinere ſibi poteſt, & in proprios uſus convertere, ac pro libito eis uti, quod tamen, nemo ſanæ mentis admittet.* Navar. *de Spoliis Cleric.* §. 2. *n.* 2.

Secundum, quia vendere poterat 27
Beneficia committendo Symoniam: ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 1. *in Reſponſ. ad* 7. ibi: *Papa poteſt incurrere vitium Symoniæ, ſicut & quilibet alius homo; peccatum enim tanto in aliqua perſona eſt gravius, quanto maiorem obtinet locum; quamvis enim res Eccleſiæ ſint ejus, ut principalis diſpenſatoris, non tamen ſunt ejus, ut domini, & poſſeſſoris: & ideo ſi reciperet pro aliqua re ſpirituali pecuniam de reditibus Eccleſiæ alicujus, non careret vitio Symoniæ, &c. & in* 4. *diſt.* 25. *q.* 3. *art.* 3. *ad* 2. ubi dicitur Papam poſſe recipere pro re ſpirituali, & non committere Symoniam: & objectioni reſpondens, dicit, ibi: *Ad ſecundum dicendum, quòd opinio illa erronea eſt; ſi enim Papa pro aliquo ſpirituali munus acciperet, Symoniam committeret, ſicut & alius homo; quia in ipſo Petro, cui Papa ſucceſſit, Symoniæ vitium damnationis inchoavit in novo Teſtamento. Quanvis*

vis res Eccleſiæ ſit aliquo modo Papæ, non ſunt tamen ejus omnibus modis habendi, &c. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 3. & iſtud crimen eſſet in eo deteſtabilius, quia graviora facit vitia peccatorum ſublimitas peccantium. Cap. *Nulli fas.* 35. *quæſt.* 1. *in fin. Cap. Cum quidem* 12. *de Jur. jurand.* Concil. Trident. *Seſſ.* 22. *cap.* 1. *de Reformat.*

28 Tertium, quia gravaret Beneficia penſionibus contra voluntatem Beneficiatorum, contra text. *in cap. Extirpandæ, de Præbend. cap. unicum, ut Eccleſiaſtica Benefic.* Sanch. *Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *à num.* 96. Garc. *de Benefic. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 278. Et conferret Beneficia unius Regni naturalibus alterius, contra reſoluta per Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 29. *per totum.* Pereir. *de Man. Reg. cap.* 60. *num.* 11. de quo infra latius agendum *Reſol.* 19. Salſed. *in Prax. cap.* 56. *per totum.*

29 Quartum, quia diſpenſaret ſine cauſa in rebus habentibus dependentiam à jure divino, prout in voto, & juramento, in quibus nec juſtè, nec validè, ſine cauſa poteſt diſpenſare: DD. *per text. in cap. Magnæ, cap. Non eſt, de voto, cap. Etſi Chriſtus, verſ. Juravit Dominus, cap. Quanto, de Jure jurand.* & ibi Gloſſ. *verb. Abſolvit.* Sanch. *de Matrimon. lib.* 8. *diſp.* 17. *num.* 3. *&* 4. *& diſp.* 18. *num.* 1. *& in Decalog. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. Suar. *de Legib. lib.* 10. *cap.* 6. *à n.* 7. *& lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 9. *&* 10. Oliv. *de for. Eccleſ.* 2. *p. q.* 39. *num.* 1.

30 Quintum, quia ſi talis opinio ſequeretur, non ſolùm offenderetur jus Canonicum, *in cap. Extirpandæ, & in cap. Cum ſecundum, de Præbend.* & jus Civile *in L. Cauſas* 16. *Cod. de Tranſact. L. ult. Cod. Si contra jus, L.* 3. *Cod. de Reſcindend. L. Id quod noſtrum, ff. de Reg. jur.* ſed etiam Divinum, *Matth. cap.* 7. *Luc. cap.* 6. Pinel. plures referens *d. part.* 1. *Rubr. cap.* 1. *num.* 25. *verſ. Quibus addo, & cap.* 2. *num.* 23. *&* 26. & etiam jus naturale, *ex L. Nam hoc natura, ff. de Cond. indebit. L. Juſtitia, & L.* 3. ibi: *Cum inter nos cognationem quandam natura conſtituerit, ff. de Juſtit. & jur. L. Jure naturæ, ff. de Reg. jur.* Pinel. *d. cap.* 1. *n.* 21. *verſ. Quibus addo.*

Per jura ſuprà relata diſponitur, 31 ut reddatur unicuique quod ſuum eſt, & præmium ſui laboris, & vivat de altari, qui ei ſervit. Deuter. *cap.* 14. *Matth. cap.* 10. *Lucæ cap.* 10. §. *Juris præcepta, Inſtitut. de jure naturali*, contra quod jus non poteſt validè, nec juſtè diſponere, ex *cap. Sunt quidam.* 25. *quæſt.* 1. ibi: *Si enim quod docuerunt Apoſtoli, & Prophetæ deſtruere (quod abſit) niteretur, non ſententiam dare, ſed magis errare convinceretur, &c.*

Sicque omnia turbarentur, & de- 32 ſtruerentur: ex *cap. Si ea deſtruerem, cap. Inſtitutionis, & paſſim* 25. *q.* 2. *cap. Pervenit in fin.* 11. *q.* 1. ibi: *Si ſua unicuique Epiſcopo juriſdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri ipſe ordo debuit, confundatur?*

Nec obſtant fundamenta in contrarium.

Ad primum reſpondetur, liberam, & plenam diſpoſitionem, de 33 quibus in dictis juribus, intelligi de poteſtate gubernativa, & diſpenſativa: ex Soto *de Juſt. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *in Reſponſ. ad* 5. *verſ. Neque verò*, ubi ait quod illa verba (Liberè) relata in dictis juribus, tantum ſignificant, Papam nullum agnoſcere in terris ſuperiorem. Idem Sanch. *Decalog. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 19. ubi dicit verbum (Liberè) idem importare, quod abſque alicujus authoritate, licentia, & diſpoſitione; *& cap.* 29. *n.* 96. dicit, verba illorum jurium, intelligi, ut ſit adminiſtratio Pontificis libera, id eſt, non adſtricta Canonibus, & Legibus ſcriptis, prout

habent cæteri Præſules, at eam habent Legibus juris naturalis, vel Divini alligatam, ſicut ipſe Pontifex Legibus Eccleſiaſticis ſolutus eſt, non autem naturalibus, & Divinis: ita Sanch. *ubi proxime.*

34 Eandem interpretationem ſequitur Navar. *de Spol. Cleric.* §. 3. *n.* 4. ea verba intelligi ſine licentia, ſine conſenſu, & non obſtante contradictione alicujus, & ſemper intelligi ſine præjudicio tertii: Gloſſ. *verb. Liberè, in Clement.* 1. *de Sepulturis*, communiter recepta, ut per Decium *in cap. Reprehenſibilis*, *n.* 13. *de Appellat.* ubi ſimiles Gloſſas refert Sanch. *de Sponſ. & Matrimon. lib.* 1. *diſp.* 54. *n.* 6. Gratian. *Forenſ. tom.* 1. *cap.* 88. *num.* 3. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 46. *num.* 23. *& melius Gloſſ.* 53. *à num.* 2. *uſque ad num.* 25. Barboſ. *de Diction. dict.* 190. *à n.* 20.

35 Ad ſecundum reſpondetur: eſſe falſum, & erroneum aſſerere Chriſtum Dominum ei omnem ſuam poteſtatem conceſſiſſe; ſolum enim eam dedit, quæ competebat ad Eccleſiæ gubernationem: ex Soar. *de Legib. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 4. Covar. *in Regul. Peccatum*, 2. *p.* §. 9. *num.* 7. *de Regul. jur.* & quo ad poteſtatem Clavium, Matth. *cap.* 18. Sylveſter *in Summa*, *verb. Claves*, *num.* 1. DD. *per text. in cap.* 1. *diſt.* 20. *& in cap. Quodcumque* 24. *q.* 1. *& in cap. Quem pœnitet*, *de Pœnitentia*, *diſt.* 1.

36 Non enim ei conceſſit poteſtatem authoritatis, quæ ei competit tanquam Deus, non poteſtatem excellentiæ, quæ ei competit quatenus Deus, & homo ratione unionis hypoſtaticæ, prout eſt poteſtas creandi Sacramenta, creandi Cœlum, & terram, dimittendi peccata abſque Sacramento, prout remiſſit Paralytico: Lucæ *cap.* 5. ibi: *Remittuntur tibi peccata tua*; & ibi: *Quis poteſt demittere peccata niſi ſolus Deus?* & ibi: *Ut autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra demittendi peccata*; *ait Paralytico: Tibi dico ſurge, &c.* prout etiam remiſſit Magdalenæ: D. Thom. 3. *p. quæſt.* 64. *art.* 3. in reſponſione illius, & melius 4. *part.* in concluſione illius, & in ſolutione *ad* 3.

Ad tertium reſpondetur: quod quanvis Beneficia inſtituta, & creata ſint de jure humano, non exinde ſequitur Papam poſſe illis privare poſſeſſores pro libito voluntatis, ſine juſta, & rationabili cauſa: ex Navar. *de Spoliis Clericor.* §. 3. *verſ. Ad ſecundum reſpondetur.* Gloſſ. *verb. Juſtitiam*, *in cap. Omnes.* 22. *diſt.* Soto *dict. lib.* 3. *de Juſtitia*, *q.* 6. *art.* 2. *in reſponſione ad quintum.* 37

Et licet Pontifex ſit ſuper jus poſitivum, & illi poſſit derogare; intelligitur, quo ad ea, quæ ſunt juris poſitivi, & fieri poſſunt ſine offenſione legis naturalis, vel divinæ, & ſine præjudicio tertii, quod lege naturali fieri prohibetur: ex Navar. *de Spol. Cleric.* §. 3. *verſ. Ad tertium reſpondeo.* 38

Ex quibus conſtat, Summum Pontificem non habere abſolutam poteſtatem ſuper Beneficiis, nec eſſe Dominum abſolutum illorum, ut de eis ad libitum, ſine cauſa, diſponere poſſit, nec de Beneficiis juris Patronatûs Regii, & ſæcularis, ut reſolutionibus ſequentibus demonſtrabitur. Vide de materia *Reſol.* 76. *à num.* 15. 39

RESOLUTIO XIV.

An Summus Pontifex poſſit derogare juri Patronatûs Regio, Sæculari, & Mixto?

SUMMARIUM.

1 *Proviſio Beneficiorum ſpreto Patrono, nulla eſt.*

2 *Papa non intendit in aliqua Proviſione juri Patronatus Regio, & ſæculari præjudicare, niſi de eo fiat ſpecialis derogatio.*

3 *Quan-*

3 *Quamvis Papa poſſit derogare juri Patronatus laicorum, quando id exprimit, non tamen poteſt eorum jura tollere, quin prius eis competenter ſatisfaciat.*
Ibi. *Iſtud Privilegium eſt onerosum, & non revocatur.*
4 *Laicis competit jus Patronatus ex dotatione, & fundatione ſecundùm juris communis diſpoſitionem.*
5 *Papa nunquam intendit derogare, nec revocare jus Patronatus Regibus competens, quamvis Beneficia vacent in Curia.*
6 *Ampliatur quamvis id expreſſè declaret, nec Bullæ exequuntur, immo ſupplicantur.*
7 *Quia hoc jus eſt eis à jure communi conceſſum per quaſi contractum.*
Ibi. *Papa quamvis non obligetur Lege legis, obligatur tamen Lege contractûs, vel quaſi.*
8 *Obligatur naturaliter, & civiliter, ut privatus.*
Ibi. *Deus etiam contrahens ex contractu obligaretur.*
9 *Papa, nec de plenitudine poteſtatis poteſt revocare contractus à ſe geſtos.*
10 *Nec ſine cauſa tollere jus tertio quæſitum.*
11 *Sibi injuriam infert, quando Decreta prædeceſſorum turbat, & Privilegia tollit.*
Ibi. *Si ſunt conceſſa per viam contractus, non poteſt ea revocare, nè ſubditi maneant decepti.*
12 *Jus Patronatus Regibus competens ex dotatione, & fundatione non poteſt tolli à Pontifice.*
Ibi. *Sedes Apoſtolica jura tuetur.*
Ibi. *Injuria non naſcitur, unde jura naſcuntur.*
13 *Papa tenetur ad fidem promiſſam prædeceſſorum ex contractu, vel quaſi.*
14 *Jus Patronatus conceſſum Regibus ex Privilegio liberali, poteſt revocari ad libitum concedentis.*
15 *Non tamen ſi ſit conceſſum ob benemerita, & pro aliquo onere,*
Ibi. *Nec poteſt revocari ſine juſta cauſa, & quæ publicam utilitatem reſpiciat.*
16 *Si Papa ex juſta cauſa jus Patronatûs Regibus competens ex dotatione, & fundatione, voluerit revocare, tenetur prius plenam ſatisfactionem exhibere.*
17 *Patronatui Regio, & laicorum, nunquam cenſetur derogatum in aliqua diſpoſitione generali, nec venit ſub generali Beneficiorum reſervatione, nec in Hiſpania admittuntur.*
18 *Papa ſemper Regum jura præſervat.*
19 *Præcepta Canonica relaxantur propter Regum prærogativam.*
Ibi. *Quamvis in Literis Apoſtolicis expreſſè derogetur juri Patronatus laicorum, non comprehenditur jus Patronatus Regium.*
Ibi. *Niſi de eo fiat ſpecialis mentio.*
20 *Papa non derogat juri Patronatus mixto.*
ibi. *Quia laicale cenſetur, & debet exprimere.*
21 *In Bullis Apoſtolicis ex ſtylo ponitur clauſula*, ſi Beneficium ſit reſervatum, & diſpoſitio ad Sedem Apoſtolicam pertineat.
22 *Si non fiat mentio in Proviſione Apoſtolica, Beneficium eſſe juris Patronatus Regii, vel ſæcularis, gratia eſt nulla, & ſubreptitia.*
23 *Ita judicatum.*
24 *Aliud exemplum.*
25 *Ita judicatum in Judicio Coronæ.*

Certum eſt in jure proviſionem Beneficiorum, ſpreto Patrono, nullam eſſe: DD. *per text. in cap. Decernimus* 16. *quæſt.* 7. ibi: *Quod ſi ſpretis ejuſdem fundatoribus Rectores ibidem præſumpſerit Epiſcopus ordinare, & Ordinationem ſuam irritam noverit eſſe.* Et in *cap. Cum dilectus, & in cap. Illud, de jur. Patron.* Plures, quos refert, & ſequitur Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 131. & 132. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 12. 1

 cap.

cap. 5. *à num.* 1. *& cap.* 10. *à num.* 1. *& lib.* 14. *cap.* 1. *& cap.* 3. *num.* 48. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 136. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 8. *num.* 3. *verſ. Patet*, *& num.* 5. Phœb. 2. *p. deciſ.* 163. *à n.* 20. & pro clariori explicatione.

2 Dico primò, Papa nunquam intendit Patronatui Regio, & ſæculari præjudicare: ex *Reg.* 41. *Chancellar.* Vivian. *in Prax. jur. Patron. deciſ.* 29. *n.* 13. niſi de eis fiat individua, & ſpecialis mentio, & derogatio, ut per Covar. *Practicar. cap.* 36. *num.* 1. Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 35. *n.* 7. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *à n.* 100. *& cap.* 2. *n.* 2. *&* 6. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *n.* 87. *& de jure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 99. *& in cap. Cum dilectus*, *n.* 4. *de jur. Patronat.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 158. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 88. *num.* 8. *& cap.* 68. *num.* 34. *verſ.* Nec obſtat, *in medio.* Cevalh. *Commun. q.* 897. *à n.* 490. Phœb. 2. *p. deciſ.* 214. *à n.* 5. Barboſ. *lib.* 2. *voto* 46. *n.* 17. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 54. *num.* 2. *cum ſeqq.* Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 13. *& num.* 28.

3 Dico ſecundò, quanvis Papa poſſit derogare juri Patronatûs laicorum, quando id expreſſé declarat, ex proxime dictis; non tamen poteſt eorum jura tollere, quin prius eis competenter ſatisfaciat: ex Concilio Tridentino *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *in fin. de Reformat.* ibi: *Et reſtituto Patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt.* Plures per Surd. *Conſ.* 203. *n.* 17. Iſtud enim Privilegium non eſt liberale, ſed onerosum; & Privilegia conceſſa ex cauſa onerosa non revocantur, ut ſæpius judicatum in Rota teſtatur: Garc. *de Beneſ.* 5. *p. cap.* 9. *num.* 120. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 16. Et diximus ſupra *Reſolut.* 3. *num.* 27. *& Reſol.* 9. *num.* 11. Salſed. *ubi ſupr. à num.* 15.

4 Laicis enim in juris communis diſpoſitione competit jus Patronatus ex dotatione, & fundatione, quia ex ſuis propriis bonis Eccleſias dotaverunt, & fundaverunt: Cap. *Nobis*, *de jur. Patron.* Caſſad. *eodem tit. deciſ.* 3. *num.* 6. Mantic. *de Tacit. lib.* 23. *tit.* 20. *num.* 28. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 6. & diximus ſupra *Reſol.* 2. *num.* 3. Phœb. 2. *part. deciſ.* 214. *n.* 10. Salſed. *ubi ſupra à n.* 8.

Dico tertiò, Papa non derogat, nec revocat jus Patronatus Regibus competens ex dotatione, & fundatione, quanvis Beneficia vacent in Curia: Vivian. *de jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 10. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 10. *n.* 3. *& cap.* 12. *n.* 9. Sanch. *d. cap.* 3. *dub.* 54. *num.* 12. Salſed. *d. cap.* 13. *n.* 38. *in fin.* 5

Ampliatur, quanvis expreſſé derogetur in Bullis Apoſtolicis, quæ nunquam exequuntur, immo ſupplicantur, ut aſſerit Cevalh. *Commun. q.* 897. *n.* 342. Larrea *p.* 1. *alleg.* 58. *n.* 16. ubi plures refert. Idem decrevit *Adrianus VI.* in Bulla, quam refert Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 11. ubi dicit huic juri non derogari, etiam per ampliſſimas clauſulas in Bullis inſertas, quibus non eſt parendum, ibi: *Etiam per quaſcunque derogationes, quanvis jurium præſentandi, ſeu nominandi, etiam cum quibusvis efficaciſſimis, & prægnantiſſimis clauſulis in ſe contentis, nullius roboris, vel momenti exiſtere; vosque, & ſucceſſores veſtros, ſeu veſtrûm aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non paritionem hujuſmodi aliquas etiam in eiſdem Literis cenſuras contentas, & pœnas nullatenus incidere poſſe, &c.* ita Adrianus relatus per Salgad. *ubi proxime.* 6

Ratio eſt, quia hoc jus Patronatus Regibus eſt à jure communi conceſſum, per quendam quaſi contractum factum in fundationibus Eccleſiarum: ex dictis *ſupr. Reſol.* 3. *à num.* 5. & quanvis Papa non obligetur lege legis, obligatur tamen le- 7

lege contractus, vel quaſi: DD. *per text. in L. Princeps, ff. de Legib. L. Digna vox, Cod. eod. tit. L.* 1. *ff. de Part. L. Cæſar, ff. de Public. & Vectig.* Mantic. *de Tacitis, lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 53. Cald. *de Emption. cap.* 18. *num.* 6. Gomez, 2. *Var. cap.* 1. *n.* 1. Cabed. 2. *part. deciſ.* 75. *n.* 1. Oliv. *de for. Eccleſ. part.* 1. *q.* 13. *à n.* 40. *& n.* 33. *& n.* 34.

8 Obligatur naturaliter ex Ordinatione Regia *lib.* 2. *tit.* 35. §. 7. *in fin.* ibi: *E ſe regulaſſem em tudo como contractos de peſſoas privadas.* Pereira de Caſtro *de Manu Reg. cap.* 6. *n.* 5. *verſ. Unde cum in his Regnis. Et deciſ.* 120. *à n.* 3. Marta *de juriſdict.* 4. *p. caſ.* 190. *n.* 12. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 28. *n.* 19. Phœb. 2. *p. deciſ.* 184. *n.* 25. Sicut etiam ipſe Deus contrahens ad imaginem hominis paciſcentis, cum homine ex contractu ſuo vult obligari: *Geneſ. cap.* 9. ibi: *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum.* Oliv. *ubi ſupra.*

9 Nec de plenitudine poteſtatis poteſt Papa, & Princeps contractus à ſe, & prædeceſſoribus factos revocare: ex Cabed. 2. *p. deciſ.* 75. *n.* 1. Plures per Gabr. Pereir. *d. cap.* 6. *n.* 5. *ante finem.* Reynoſ. *Conſ.* 23. *n.* 29. Menoch. *Conſ.* 264. *à num.* 15. *& conſ.* 661. *num.* 1. Riccius 4. *part. Collect.* 862. *Et in Prax. aurea reſol.* 357. *num.* 3. Plures per Surd. *Conſ.* 419. *n.* 55. Peregrin. *de Fideicommiſſ. artic.* 52. *num.* 131. *& de jur. Fiſci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 51. Valaſc. *Conſult.* 120. *n.* 7. *& conſ.* 132. *num.* 6. Salied. *ſupr. à num.* 18.

10 Nec etiam de eadem plenitudine poteſt ſine cauſa tollere jus tertiò quæſitum per contractum, vel quaſi: Gabr. Pereir. *d. cap.* 6. *n.* 3. *in fin. & n.* 12. *in fin.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 30. *n.* 5. Plures per Surd. *Conſult.* 203. *à num.* 17. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 48. *n.* 6. 7. Salſed. *ſupra n.* 18. *& à num.* 24.

11 Immo ſibi injuriam infert, cùm Decreta prædeceſſorum turbat, & Privilegia tollit: Plures per Gonzal. *Gloſ.* 9. §. 2. *n.* 75. *&* 76. quæ ſi fuerint conceſſa per viam contractus, non poteſt revocare, ne ſubditi maneant decepti: Alexand. *in d. L. Digna vox, Cod. de Legib.* Valaſc. *d. Conſ.* 120. *n.* 7. Peregrin. *de jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 28. Matienſ. *lib.* 5. *tit.* 10. *L.* 6. *Gloſſ.* 1. *num.* 4. Plures per Surd. *Conſ.* 419. *n.* 27.

Cum ergo jus Patronatus Regibus competat ex dotatione, & fundatione, & ex juris communis diſpoſitione, quia Eccleſias dotaverunt, & fundaverunt, ex dictis *Reſol.* 3. *à n.* 5. non poteſt Summus Pontifex illi derogare, nec revocare: Plures per Surd. *Conſ.* 203. *n.* 17. quia Sedes Apoſtolica jura tuetur, *Cap. Eccleſia veſtra* 57. *verſ. Neque enim, de Elect.* & injuria naſci non debet unde jura naſcuntur: ex *L. Meminerint, Cod. Unde vi.* Gratian. *Forenſ. cap.* 167. *n.* 51. 12

Quare Summus Pontifex tenetur ad fidem promiſſam ex ſuo, & prædeceſſorum contractu, vel quaſi, tanquam fidei origo, & veritatis: ex Deuteronom. *cap.* 23. ibi: *Quod ſemel eſt egreſſum de labiis tuis obſervabis; nec convenit bono viro, ut quod ſemel dixit, poſtea revocet.* Menoch. *Conſ.* 264. *à n.* 15. Surd. *Conſil.* 419. *num.* 27. Cabed. *d.* 2. *part. deciſ.* 75. *n.* 1. Facit Ordinatio Regia *lib.* 2. *tit.* 35. §. 4. ibi: *Segundo os contractos, e doações, que os Reys ſeus anteceſſores, ou elle fizer; &* §. 7. *in fin.* ibi: *E ſe regulaſſem em tudo, como contractos de peſſoas privadas.* 13

Dico quartò, jus Patronatus conceſſum Regibus ex Privilegio liberali poteſt revocari ad libitum concedentis: ex *L. Qui fundum, ff. de Omni agro deſerto, cap. Veniens, de Reſcriptis.* Pereir. de Caſtro *de Man. Reg. cap.* 6. *num.* 2. *in fine.* Surd. *Conſil.* 419. *n.* 9. Gonzal. *Gloſſ.* 35. *n.* 32. Aviles *Prætor. cap.* 19. *Gloſſ. verb. Privilegio, n.* 2. Oliv. *d. part.* 1. *quæſt.* 13. *à n.* 1. 14

15 Non

15 Non tamen ſi ſint conceſſa ob benemerita, & pro aliquo onere: ex *L. Aquilius Regulus*, *ff. de Donat.* Pereira de Caſtro *d. cap. 6. num. 5. & 6. & deciſ. 91. n. 33. & deciſ. 120. n. 7.* Plures per Surd. *Conſ.* 419. *num.* 51. *& n.* 53. Valaſc. *Conſult.* 120. *num.* 7. Peregrin. *de jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 28. & ex dictis *Reſol.* 3. *n.* 27. Oliv. *ubi ſupra n.* 31. nec poteſt revocari ſine juſta cauſa, & quæ publicam utilitatem reſpiciat. Ita pluribus relatis Riccius *in Prax. aurea*, *Reſol.* 357. *num.* 3. *verſ. Hinc regulare eſt*, aliàs ei non creditur, quanvis cauſam exprimat, ſi non probetur: Riccius *ubi proxim. verſ. Et de ea quidem.* Oliv. *de for. Eccleſ. d. quæſt.* 13. *n.* 47. *&* 49.

16 Dico quintò, ſi Papa ex juſta cauſa iſtud jus Patronatus, ex dotatione, & fundatione voluerit revocare, & Regibus de juſtificatione conſtet, tenetur prius eis plenam ſatisfactionem exhibere: ex Tridentino *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *in fin. de Reformat.* DD. *per text. in L. Venditor*, §. *Si conſtat*, *ff. Commun. prædior.* ibi: *Non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſalarium Domino præſtet. L. Lucius*, *ff. Eviction.* Gail *lib.* 2. *obſerv.* 56. *num.* 8. Pereir. de Caſtro *dict. cap.* 6. *n.* 11. *in fin. & n.* 12. *in med.* Pinel. *in Rub. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. Covar. 3. *Variar. cap.* 14. *num.* 8. Valaſc. *Conſult.* 22. *num.* 5. Scacia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 30. *&* 35. Larrea *Allegat. Fiſcal. alleg.* 77. *n.* 26. Oliv. *d. q.* 13. *n.* 43.

17 Dico ſextò, Patronatui Regio, & ſæculari, nunquam cenſetur derogatum à Papa in aliqua diſpoſitione generali: Plures per Barboſ. *lib.* 2. *voto* 46. *n.* 18. nec venit ſub generali Beneficiorum reſervatione: Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 1. *à n.* 567. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 10. 89. 100. *&* 175. *verſ. Accedit.* ubi plures refert. Nec iſtæ derogationes, & reſervationes in Hiſpania admittuntur; ut per Covar. *Practicar. cap.* 36. *n.* 3.

Immo ſemper Pontifices Regum 18
jura præſervant: ex text. *in cap. ult. de Offic. & poteſtat. Judic. Delegati*, *in* 6. ibi: *Regibus, & Regnis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativa gratiæ ipſos convenit anteferri, dumtaxat exceptis. Cap. Ne aliqui, de Privileg. in* 6. *cap. Solitæ, de Maioritat.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 9. §. 2. *n.* 35. *&* 37. *& Gloſſ.* 24. *à num.* 155. Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 1. *à num.* 219. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 57. *num.* 85. *&* 86. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 40. Phœb. 2. *p. deciſ.* 214. *à n.* 27. Covar. *Pract. cap.* 36. *n.* 3. Larrea *ubi ſupr. alleg.* 58. *à n.* 4. *&* 8.

Præcepta enim Canonica relaxan- 19
tur propter Regum prærogativam: DD. *per text. in cap. Per venerabilem*, §. *Rationibus*, *Qui filii ſint legitimi*, *cap. Princeps*, *cap. Regum* 23. *quæſt.* 5. Selva *de Benef.* 2. *p. quæſt.* 23. *n.* 52. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 24. *n.* 157. Et ideo quanvis in Literis Apoſtolicis expreſſè derogetur juri Patronatus laicorum, nunquam comprehenditur jus Patronatûs Regium: Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 87. & eſt Regula Chancellariæ XLI. Riccius, & alii per Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 122. quin de eo fiat expreſſa mentio: ex Caſtill. *de Tertiis*, *cap.* 36. *num.* 37. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *à n.* 97. Barboſ. *in Collect. ad cap. Dilectus* 34. *n.* 4. *de Præbend.*

Dico ſeptimò, Papam non deroga- 20
re juri Patronatus mixto: Mareſcot. *Variar. Reſol. lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 27. Puteus *lib.* 3. *deciſ.* 157. Vivian. *de jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 10. *in fin. & n.* 89. Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 1. *à n.* 591. Phœb. *deciſ.* 214. *num.* 11. quia jus Patronatûs mixtum, quo ad derogationem laicale cenſetur: Abbas *in cap. ult. de jur. Patron.* Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 1. *à n.* 578. 582. *&* 591. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 110. *& n.* 137. *verſ. Accedit*; & ut derogetur debet de eo fieri ſpecialis men-

mentio: ex *Cap. 2. de Privilegiis*, ibi: *Laicorum Privilegia turbare nolumus.* Plures per Vivian. *d. cap. 1. n. 111.* Phœb. *2. p. deciſ. 214. num. 20.* & faciunt reſoluta ſupra *Reſol. 11. n. 4. in fin.*

21 Et ideo ex ſtylo ſemper in Bullis Apoſtolicis ponuntur clauſulæ *Dummodo diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, & dummodo Beneficium generaliter, vel ſpecialiter reſervatum exiſtat.* Per quas clauſulas Pontifex non cenſetur velle providere, niſi eo caſu, quo ſibi Beneficium ſit reſervatum: Barboſ. *de Clauſul. clauſ. 45. num. 2. & 6.* ubi ita dicit judicatum in Rota, & per eas præſervatur jus Patronatus laicorum: Vivian. *in Prax. jur. Patronat. deciſ. 20. num. 2. & 5. & deciſ. 29. n. 5. & 6.*

22 Unde fit, quod ſi non fiat mentio in Proviſione Apoſtolica, Beneficium eſſe juris Patronatus Regii, vel ſæcularis, gratia eſt nulla, & ſubrepticia, ut pluribus relatis reſolvit Vivian. *d. deciſ. 29. num. 12.* addens *num. 13.* Papam non intendere præjudicare Patronis inauditis, & ejus Reſcripta ſemper intelliguntur ſine alterius injuria, ex *Cap. Super eo, de Offic. Delegat.* Vivian. *d. deciſ. 29. n. 6.* & ita judicatum per Vicarium Generalem hujus Civitatis Ulyſſipponenſis cùm eſſet Judex Delegatus in cauſa pendente inter *Joſephum Cardoſo*, qui impetravit Beneficium in Eccleſia *S. Petri de Torres Novas* juris Patronatus Regii, & *Michaelem de Oliveira* proviſum per Priorem dictæ Eccleſiæ, qui exceptionem ſubreptionis oppoſuit contra Bullas proviſionis, quam recepit, & finaliter protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Judicis Apoſtolici.

23 *Viſtos eſtes Autos, Bulla de Sua Santidade, em favor do Padre Joſeph Cardoſo, embargos do Padre Miguel de Oliveira, mais artigos recebidos, documentos juntos, e provas de huma, e outra parte dadas. Moſtra-ſe da Bulla Apoſtolica, que vagando o Beneficio, de que ſe trata, por crime de hereſia, o A. fez ſupplica a Sua Santidade, pedindo lhe fizeſſe graça, & mercè delle, declarando importar ſincoenta mil reis, de que ſe expedio a dita Bulla. Por parte do Embargante ſe prova ſer o dito Beneficio do Padroado Real, e naõ ſe fazer mençaõ a Sua Santidade da dita qualidade, como de direito era neceſſario; e Sua Santidade naõ he viſto prejudicar aos Padroados laicaes, ainda que vaguem por crime de hereſia, eſtando os Padroeiros em poſſe immemorial por multiplicados provimentos, que ſortiráõ effeito de proverem eſtes Beneficios, como ſe fez no da contenda. E como a prova de teſtemunhas, que o A. deu, naõ conclue o neceſſario em direito; eo Notario, que paſſou a Certidaõ, ſer ſuſpeito ao Embargante. O que tudo viſto, e o mais dos Autos, julgo os embargos do Embargante por provados, e declaro naõ ſe poder executar a Bulla de Sua Santidade, por ſe lhe naõ haver feito verdadeira ſupplica; e ſeja ſem cuſtas, ex cauſa. Lisboa 22. de Julho de 1637. Manoel Themudo da Fonſeca. Notario, Joannes Baptiſta.*

Idem etiam judicavit Vicarius Generalis Eborenſis, Delegatus Apoſtolicus, in favorem *Fauſtini das Neves* præſentati per Priorem *S. Jacobi de Obbidos* contra *Antonium Vaz Delgado* proviſum per Vice-Collectorem *Batalignum* in eodem Beneficio, & in multis aliis caſibus, me patrocinante. 24

Idem etiam judicatum in Judicio Coronæ debere exprimi qualitatem Beneficii Patronatùs Regii, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sen-

Sententia Coronæ.

25 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, Petiçaõ de força do A. o Convento de S. Eloy, a que aſſiſte o Procurador da Coroa do dito Senhor, excepçaõ do R. o Padre Miguel dos Anjos, que lhe foy recebida por conteſtaçaõ, documentos juntos por huma, e outra parte, dados em prova. Moſtra-ſe demandar o Convento A. ao R. pela força que lhe faz, e à Coroa, em ſe introduzir no Beneficio de Saõ Bartholomeu deſta Cidade, ſem confirmaçaõ, appreſentaçaõ, e collaçaõ do A. Moſtra-ſe fazer o Senhor Rey Dom Diniz doaçaõ ao Convento A. da Igreja de Saõ Bartholomeu, que era do Padroado Real, e unirſe a dita Igreja ao dito ſeu Convento por Bullas Apoſtolicas; com conceſſaõ expreſſa, que a dita Igreja ficaria com a meſma natureza, e retençaõ do Padroado Real, e ſecular, e de poderem nomear Vigarios, e Raçoeiros, confirmallos, e collallos. Moſtra-ſe, que em conformidade deſta doaçaõ Real, e uniaõ Apoſtolica, eſtá o Convento de poſſe por multiplicadas appreſentaçoens de appreſentar, e collar os taes Raçoeiros, e Beneficiados, e ſortirem effeito, como Donatarios do uſo do Padroado. Moſtra-ſe mais por Sentenças da Legacia, e Juizes Eccleſiaſticos, declararem-ſe os ditos Beneficios por do Padroado Real, e reterem a meſma natureza, em razaõ do Breve da ſua uniaõ; pelo que ficaõ livres de toda a affecçaõ, e reſerva,* & in ſolidum *da Coroa, e ſeus Donatarios. Moſtra-ſe, que querendo-ſe introduzir o Padre Antonio de Oliveira na poſſe do Beneficio, de que ſe trata, ſem a appreſentaçaõ do A. ſer por elle contraditada, e fazer, em virtude da ſua poſſe, appreſentaçaõ, e collaçaõ, em o Doutor Lourenço Pereira da Gama, por compoſiçaõ o aceitou o dito Padre Antonio de Oliveira da maõ do A. reconhecendo-o por Donatario do uſo da appreſentaçaõ do tal Beneficio, pagando penſaõ ao dito Doutor Lourenço Pereira, appreſentado pelo Convento A. Donatario. Moſtra-ſe, que ſem embargo de o dito Padre Antonio de Oliveira reconhecer aſſim ao dito Convento por Donatario do dito Beneficio, e uſo delle, aceitando-o da ſua maõ, e pagando penſaõ ao verdadeiro appreſentado, renunciallo em o dito Padre Miguel dos Anjos, e haver Breve, e Bullas Apoſtolicas da tal renunciaçaõ, encobrindo, e ſuprimindo ſer o tal Beneficio do Padroado Real, livre de toda a affecçaõ, e reſerva, e reter a meſma natureza de tal pelo Breve da uniaõ, e em razaõ da dita renuncia ſe introduzir o R. na poſſe do tal Beneficio. Allega-ſe por parte do R. que nos Beneficios ſe attende ao ultimo eſtado, e que o dito Antonio de Oliveira eſtava appreſentado por appreſentaçaõ Apoſtolica do dito Beneficio, e que em razaõ diſſo, por Bullas Apoſtolicas o renunciàra no R. e aſſim que naõ havendo poſſe do uſo da appreſentaçaõ, naõ podia ter lugar o esbulho. Allega-ſe outro ſim, que o dito Padroado foy dado por doaçaõ, e unido ao Convento A. em razaõ do que ficàra o tal Padroado Eccleſiaſtico, por ſer dado à Igreja, e perdendo a natureza de Padroado Real, e ſecular; e que ainda que nos Breves da uniaõ ſe declaraſſe, que reteria a meſma natureza; com tudo iſto eſtava derrogado com a diſpoſiçaõ do Concilio Tridentino, que derrogou todos os Padroados, que naõ foſſem de fundaçaõ, conſtrucçaõ, e dotaçaõ; e que aſſim por o Breve ſer anterior à diſpoſiçaõ do Concilio Tridentino, ficou o dito Breve derrogado por elle. Allega-ſe outro ſim por ſua parte, que em razaõ do dito Padroado eſtar derrogado, e ter lugar nelle a renuncia, reconhecendo o Convento A. o ſobredito, fizera deſiſtencia o Procurador do dito Convento da acçaõ, que tinha intentado contra o R. O que tudo viſto, e o mais dos Autos, diſpoſiçaõ de direito; e como ſe moſtra por parte dos Autores, eſtarem em poſſe de appreſentar, e collar nos taes Beneficios, por multiplicadas appreſen-*

Digitized by Google

preſentaçoens, que fortiraõ effeito, e o meſmo P. reſignante poſſuir o dito Beneficio por nomeaçaõ do A. e aceitallo de ſua maõ, e no Breve da uniaõ ſe declarar, que reteriaõ os taes Beneficios a natureza do Padroado Real (que naõ eſtà derrogado pelo Concilio Tridentino, por nelle ſe declararem, e exceptuarem os Padroados Reaes de fundaçaõ) e juntamente naõ poder ter lugar a deſiſtencia do Procurador do dito Convento, por prejudicar à Coroa, parte aſſiſtente na dita cauſa. Julgaõ ter o R. cometido força em ſe introduzir na poſſe do dito Beneficio por renuncia, e Bullas Apoſtolicas, ſendo do Padroado Real, em que naõ tem lugar; e mandaõ reſtitua ao Convento A. e Coroa, o dito Beneficio, e uſo da appreſentaçaõ, e collaçaõ delle, com os frutos, perdas, e damnos, que em razaõ do tal eslu ho ſe lhe occaſionariaõ; e o condemnaõ outroſy nas cuſtas dos Autos. Lisboa 13. de Julho de 1653. Simaõ Ferraõ de Andrade, Doutor Baſto Pereira.

Cùmque Reus exceptionem opponeret in Chancellaria, rejecta fuit per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia ſuper impedimentis.

26 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Sem embargo dos Embargos, que naõ recebem, viſta ſua materia, e Autos, cumpra-ſe a Sentença embargada, e paſſe pela Chancellaria, e condemnaõ ao Embargante nas cuſtas na fórma da Ordenaçaõ. Lisboa 9. de Agoſto de 1653. Andrade, Doutor Baſto Pereira. Eſcrivaõ, Pedro Lamirante.*

RESOLUTIO XV.

An Beneficia juris Patronatûs Regii valeant à Sede Apoſtolica impetrari?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia juris Patronatûs Regii, non poſſunt à Sede Apoſtolica impetrari.*

2 *Excipiuntur per regulam Chancellariæ.*

Ibi. *Nunquam præjudicatur, quin de eo fiat ſpecialis mentio.*

3 *Rationem aſſignat Ordinatio Regia.*

4 *Avaritia procurat ambages, ut conſequatur, quæ ſunt per jus directè interdicta.*

5 *Charta Judicii Coronæ, nè Priores Patronatûs Regii Proviſionibus Apoſtolicis acquieſcerent, & Judices ſæculares eis præſtarent auxilium, ſi opus fuiſſet.*

7 *Sententia Coronæ.*

Beneficia juris Patronatûs Regii, nec licitè, nec validè poſſunt à Sede Apoſtolica impetrari: Ordinatio Regia *lib.* 2. *tit.* 13. & ibi Barboſa *in Remiſſion.* quia nec generaliter, nec ſpecialiter ſunt reſervata, ex dictis *Reſol.* 12. *n.* 6. & 7. 1

Immo excipiuntur per Regul. XLI. Chancellariæ in fin. ſi in Literis Apoſtolicis non fiat individua, & ſpecialis mentio de Patronatu Regio, ibi: *Si illud ad Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in Literis Proviſionis, vel mandato de providendo de dicto Beneficio, ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur, quomodolibet derogatum.* Nunquam enim Summus Pontifex intendit in aliqua diſpoſitione Patronatui Regio derogare: ex dictis *Reſol.* 14. *à n.* 2. 2

Et rationem præſtat Ordinatio Regia *lib.* 2. *tit.* 15. ibi: *O que ſeria, pelo Santo Padre naõ ſer lembrado do que nos tem concedido, ou por alguma informaçaõ naõ verdadeira.* Hæc enim Beneficia provideri non poſſunt ſine præſentatione Regis, vel Donatariorum Coronæ, ſub pœna nullitatis: ex dictis *Reſol.* 14. *n.* 1. 3

Sed quia avaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas plurimorum animos occupantes, eos in 4

 illam

illam temeritatem impellebat, ut quæ ſibi à jure interdicta noverant, exquiſitis fraudibus uſurpare conabantur; ut inquit text. *in cap. Avaritiæ, de Elect. in 6.* & aſſiduè Beneficia juris Patronatus Regii, & ſimplicia eorum naturam ſequentia, qualitate tacita à Sede Apoſtolica cum magna Regni perturbatione impetrabant; emanavit quædam Charta à Judicio Coronæ ad inſtantiam ejus Procuratoris, virtute Regii Diplomatis in ea inſerti, ut Priores Patronatus Regii nullo modo acquieſcerent Proviſionibus Beneficiorum ſimplicium ſuarum Eccleſiarum, tam factis per Ordinarios, quàm per Collectores, & Sedem Apoſtolicam, quin præcederet Regius conſenſus, vel præſentationes eorundem Priorum, qui ſunt Donatarii in uſu Patronatus, & eas, ſub pœna deſnaturalitatis, modis omnibus impedirent, nè effectum aliquem ſortirentur. Idem etiam præceptum eſt omnibus Judicibus, & Miniſtris ſæcularibus, & ut Prioribus præſtarent auxilium, nè tales impetrantes in poſſeſſionem mitterentur, quæ Charta intimata fuit dictis Prioribus, cujus tenor ſequitur.

Carta paſſada pelo Juizo da Coroa, para os Priores do Padroado Real naõ conſentirem, que os provîdos pela Sé Apoſtolica, e Ordinarios, tomaſſem poſſe dos Beneficios ſimpleces de ſuas Igrejas, ſem ſua appreſentaçaõ, e conſentimento.

5 *Dom Filippe, por Graça de Deos Rey de Portugal, e dos Algarves, dàquem, e dàlem mar em Africa, Senhor de Guinè, e da Conquiſta, Navegaçaõ, Commercio de Ethiopia, Arabia, Perſia, e da India, &c. Faço ſaber a vos Corregedores, e Juizes de Fóra, por mim com alçada na Villa de Torres Vedras, ſua Comarca, e Correiçaõ; e a vós Juiz de Fora, por mim com alçada, na Villa de Cintra; e ao Juiz de Fóra, outro-ſim, por mim com alçada, na Villa de Torres Novas: e bem aſſim à todos os mais Corregedores, Provedores, Ouvidores, Julgadores, Juizes, e Juſtiças, aſſim das ditas Villas, como de quaesquer outras Villas, Cidades, e Lugares de meus Reinos, e Senhorios, aonde, e perante quem eſta minha Carta de diligencia for appreſentada, e ſe pedir, e requerer, e o cumprimento della em direito pertencer, que neſta minha Corte, e Caſa da Supplicaçaõ, ante mim, e o meu. Deſembargador, por quem eſta paſſou, foy appreſentada huma Petiçaõ, feita em nome do Procurador da minha Coroa, da qual o theor he o ſeguinte. Diz o Procurador da Coroa de Sua Mageſtade, que à ſua noticia veyo, como os Priores das Igrejas do Padroado Real deixaõ tomar póſſe dos Beneficios das ditas Igrejas aos provîdos, aſſim por renuncias, ſem conſentimento de Sua Mageſtade, ou dos Priores delles, como taõbem por appreſentaçaõ dos Biſpos, Arcebiſpos, e Colleitores deſte Reino, contra a Carta, que foy paſſada por ſua Mageſtade na era de 1617. como conſta da copia authentica, que offerece, e iſto com temor das Cenſuras, com que ſaõ moleſtados pelos ditos Prelados, deixando de todo o ponto perder a juriſdicçaõ Real. Pede a voſſa mercè, mande paſſar Carta para ſerem notificados os Priores de Cintra, Torres Novas, e Torres Vedras, que naõ conſintaõ, que ſe dê poſſe a nenhum dos ditos provîdos pelos Ordinarios, e Colleitores, ſubrepticiamente provîdos pela Sé Apoſtolica, ſem o ſobredito conſentimento; antes o impidaõ, e defendaõ, e que os Julgadores, e Juſtiças de Sua Mageſtade dos ditos deſtrictos, e mais Juſtiças deſtes Reinos, os*

am-

amparem, e defendaõ, com pena de ſe proceder contra os ditos Priores a deſnaturaliſamento. E receberà mercè. E ſob pena do dito Alvará, que traz Cabedo, de Patronatu, ad finem. Pinheiro. Com eſta Petiçaõ me offereceo, e appreſentou huma Certidaõ com o treslado do dito Alvará, do qual o theor he o ſeguinte. Franciſco Sanches, que ſirvo de Eſcrivaõ dos Feitos da Coroa de Sua Mageſtade, no Officio, de que he Proprietario Pedro Lamirante. Certifico, que em meu poder eſtaõ huns Titulos, que ſe intitulaõ pela maneira ſeguinte. Feito Civel do Procurador da Coroa, contra o Padre Cuſtodio Birrano, ſobre o Beneficio da Igreja de Santa Maria de Cintra; e nos ditos Autos, a folhas cento e huma, thé cento e duas, eſtá hum Alvará, de que o theor he o ſeguinte. Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Alvará virem, que por ſer informado, que havendo em muitas Igrejas de meu Real Padroado Beneficios ſimpleces, e outros Curados da appreſentaçaõ, e collaçaõ dos Priores dellas, os ditos Priores os deixaõ perder pelos temores dos Ordinarios, que com força manifeſta os occupaõ, e provém em quem lhes parece, naõ obſtante algumas Sentenças, que ſe tem dado no Juizo da Coroa, em favor dos ditos Priores, os quaes ſe queixaõ, que pela defenſaõ do Padroado dos ditos Beneficios ſaõ preſos, e avexados, aſſim elles, como ſeus appreſentados, e os naõ querem defender, em prejuizo do Direito Real, de que os ditos Priores ſaõ como Donatarios no uſo do Padroado dos ditos Beneficios, que naõ he juſto ſe perca. Hey por bem, e mando ao Procurador dos ditos Padroados, que em nome de minha Real Coroa, por nova acçaõ demande todas as peſſoas, que poſſuirem os taes Beneficios, ſem appreſentaçaõ dos Priores, intentando acçaõ util contra os que occupaõ os bens do Real Padroado, ſem meu conſentimento, no qual naõ póde haver lugar a preſcripçaõ, por ſerem bens de minha Coroa, e que com má fé ſe trazem uſurpados: e que juntamente veja ſe os Priores por naõ defenderem meu direito o tem perdido. Eſte ſe cumprirà inteiramente, como nelle ſe contém, poſto que naõ ſeja paſſado pela Chancellaria, ſem embargo da Ordenaçaõ em contrario. Miguel de Azevedo o fez em Lisboa a 17. de Novembro de 1617. Joaõ da Coſta o fez eſcrever. Rey. Dom Diogo de Caſtro. Alvará porque V. Mageſtade ha por bem, pelos reſpeitos nelle declarados, mandar ao Procurador dos Padroados, que em nome da Coroa Real demande por acçaõ nova, e util todas as peſſoas que poſſuem Beneficios ſem appreſentaçaõ dos Priores das Igrejas, de quem como Donatarios della houveraõ de ſer appreſentados, e que com má fé poſſuem os bens do Padroado Real ſem conſentimento de V. Mageſtade. Para ver. Por Carta de Sua Mageſtade de 17. de Novembro de 1617. e Portaria de Dom Antonio Maſcarenhas. Foy conſertada com a copia da Proviſaõ, que anda nos Autos, que eſtaõ neſte Juizo, a que me reporto. Em Lisboa a 10. de Janeiro de 1626. annos. Pedro Lamirante. E por do ſobredito me ſer pedido a preſente, e me ſer mandada dar em Audiencia, a paſſey na verdade dos ditos Autos, que ficaõ em meu poder, a que me reporto. Em Lisboa a 19. de Mayo de 1639. annos. Pagou 70. reis. E eu Franciſco Sanches a fiz, ſobeſcrevi, e aſſiney. Franciſco Sanches. Segundo ſe iſto contém na dita Certidaõ, que ſendome appreſentada, e viſto tudo por mi, com o dito meu Deſembargador, por quem eſta paſſou, na dita Petiçaõ puz o deſpacho ſeguinte: Paſſe na forma que requere. Lisboa a 20. de Mayo de 1639. Valladares. Por bem do que ſe paſſou a preſente para vós todos em géral, e a cada hum em particular, pela qual vos mando, que tanto, que vos for appreſentada, a cumpraes, e guardeis, e façaes muy inteiramente cumprir, e guardar, como nella ſe contém; e em ſeu cumprimento notificareis, e fareis logo com effeito notificar com muita brevidade, e ſegredo, cada hum de vós em voſ-

ſas juriſdiçoens; aos Priores das Igrejas deſſas ditas Villas de Cintra, Torres Vedras, e Torres Novas, e de qualquer outra parte, adonde eſta ſe apreſentar, cujos nomes, e cognomes de todos, e de cada hum aqui hei por expreſſos, e declarados, todo o contheudo, e declarado em a dita Petiçaõ atraz eſcrita, e que elles naõ conſintaõ por maneira alguma que ſeja, que ſe dé poſſe dos Beneficios, e Raçoens das ditas Igrejas de meu Padroado Real (de que elles ſaõ Priores) a nenhuma peſſoa, que ſeja provida em os taes Beneficios, e Raçoens pelos Ordinarios, nem Collectores, ou pela Sé Apoſtolica, e por qualquer via, e maneira, que o dito provimento lhe ſeja dado, e paſſado, como naõ ſeja com conſentimento meu, ou dos ditos Priores, como Donatarios, no uſo do dito meu Padroado; antes o impidaõ, e defendaõ com effeito, de tal maneira, que a dita poſſe naõ tomem, ſob pena de proceder contra elles a deſnaturaliſamento, e como mais me parecer juſtiça. E vós, ditos Julgadores, e mais Juſtiças atraz nomeadas, o defendereis tambem aſſim, e ajudando niſſo os ditos Priores, quanto neceſſario for para boa conſervaçaõ do direito de minha Real Coroa, ſob pena de ſe proceder tambem contra vós, como bem me parecer. E conſtando, que alguns dos ditos Priores ſe eſcondem, ou auſentaõ, a fim de naõ ſerem notificados, e requeridos, entaõ o ſeraõ por todo o que dito he, na peſſoa de hum ſeu familiar, ou viſinho mais chegado, a quem ſeja declarada a ſubſtancia da tal notificaçaõ; e de todo o ſobredito, e das notificaçoens, e mais diligencias, e reſpoſtas, que derem, ou ſem ellas (ſe as dar logo naõ quiſerem) ſe paſſaraõ as Certidoens neceſſarias nas coſtas deſta, em modo, que façaõ fé, e ſe entregaraõ a peſſoa, que eſta lá appreſentar, a qual ouvireis, e admittireis em todos os requerimentos, que fizer para bem do cumprimento della, deferindo a elles com brevidade, e juſtiça; e naõ conſentireis, que lhe ſeja feita moleſtia, nem aggravo algum, nem de obra, nem de palavra, antes lhe dareis, e fareis dar toda a ajuda, e favor que pedir, ao qual naõ ſerá pedido dinheiro algum das diligencias, que ſe fizerem, e Certidoens, que ſe lhe paſſarem, por quanto ſaõ tocantes a meu ſerviço, e bem de minha Real Coroa; e ao Official, e Officiaes de Juſtiças dante vós, que ouverem de fazer as taes notificaçoens, e diligencias, mando, que logo as façaõ com toda a brevidade, e ſegredo, ſob pena de ſuſpenſaõ de ſeus Officios, e de ſincoenta cruzados para as deſpezas de minha Relaçaõ, e de virem emprazados a eſta minha Corte, e Cidade de Liſboa. E ſe por parte de alguma peſſoa, de qualquer qualidade que for, ſe vier lá com embargos, ou com outro algum requerimento, contra o cumprimento deſta Carta, naõ tomareis delles conhecimento, poſto que ſejaõ de qualquer materia, e ſubſtancia, que forem; antes logo mos remettereis a eſta Corte, e Juizo ante mi, e ſem embargo delles, ſe comprirá eſta Carta em todo, como nella ſe contém, ſem dilaçaõ alguma; o que tudo huns, e outros aſſim cumprireis, ſem pôr a iſſo nenhuma duvida, e al naõ façais, por ſer couſa de meu ſerviço, &c. Dada neſta minha Corte, e Cidade de Liſboa, aos 21. dias do mez de Mayo do anno do Naſcimiento de Noſſo Senhor Jeſus Chriſto de 1639. ElRey Noſſo Senhor o mandou pelo Doutor Manoel Coello de Valladares do ſeu Deſembargo, Deſembargador em eſta ſua Corte, e Caſa da Supplicaçaõ, que nella ſerve de Juiz de ſua Real Coroa, e Fazenda, como Védor della, &c. Antonio Antunes a fez por Franciſco Sanches, que ora ſerve de Eſcrivaõ dos Feitos da Coroa do dito Senhor em eſta Corte, e Caſa da Supplicaçaõ, no Officio, de que he Proprietario Pedro Lamirante. Naõ ſe pagou deſta Carta nada, nem de aſſinar, por ſer paſſada por Serviço de ſua Mageſtade. E eu Franciſco Sanches a fiz eſcrever, e ſobeſcrevi. Manoel Coelho de Valladares.

6 Vir-

6 Virtute hujus Chartæ *Ludovicus de Moura Rolim*, *Prior Sancti Petri de Torres Vedras* impedivit omnes Proviſiones Apoſtolicas, & *Prior Sanctæ Mariæ de Azambuja*, & alii Priores, & Rectores Patronatûs Regii, & præſentaverunt in Beneficiis vacantibus ſuarum Eccleſiarum in omnibus menſibus; in eis enim non habent locum Regulæ reſervatoriæ, prout conſtat ex pluribus actis Coronæ, & impetrantes fuerunt excluſi à poſſeſſione capta virtute Literarum Apoſtolicarum, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

7 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, Libello do Procurador da Coroa A. contrariedade do R. Cuſtodio Birrano, papeis juntos, e prova dada. Moſtra-ſe, que o dito Senhor informado de que em muitas Igrejas de ſeu Padroado Real havia Beneficios ſimpleces, e Curados da appreſentaçaõ, e collaçaõ dos Priores, que ſe uſurpaõ por alguns Autos de appreſentaçaõ dos Ordinarios, e Bullas Apoſtolicas, mandou Ordens a ſeu Procurador dos Padroados, que intentaſſe acçaõ util contra os taes Beneficiados por eſta maneira intruſos, por ſerem poſſuidores de má fé, e naõ poder haver neſte caſo preſcripçaõ contra os Padroados da ſua Coroa. Moſtra-ſe, que a Igreja de Santa Maria de Cintra, he huma das ſobreditas do Padroado Real, de cujos Beneficios, a appreſentaçaõ, e collaçaõ pertence ao Prior della, como Donatario da Coroa, e que o dito R. ſe meteo, e introduzio de poſſe de hum deſtes Beneficios por Bullas Apoſtolicas, ſem appreſentaçaõ do Prior, nem conſentimento do dito Senhor, e que neſte caſo ſaõ dadas muitas Sentenças a favor da Coroa, ainda ſobre os meſmos Beneficios da dita Igreja de Santa Maria de Cintra. O que viſto com o mais dos Autos, condemnaõ ao dito R. reſtitua ao dito Prior Donatario a poſſe do dito Beneficio, e ao ſeu apreſentado, com os frutos da individa occupaçaõ, atè Real entrega, ficando ao R. ſeu direito reſervado ſobre a Propriedade, em Juizo competente, e ſeja ſem cuſtas. Lisboa* 10. *de Dezembro de* 1640. *Jorge de Araujo Eſtaço, Valladares, Leitaõ. Eſcrivaõ, Pedro Lamirante.*

RESOLUTIO XVI.

De pœnis impetrantium Beneficia juris Patronatûs Regii, & Beneficia viventium.

SUMMARIUM.

1 *Impetrantes Beneficia juris Patronatûs Regii puniuntur.*
2 *Puniuntur etiam in Regno Caſtellæ.*
3 *In Regno Portugaliæ.*
4 *Diploma Regium in materia.*
5 *Sententiæ Coronæ contra impetrantes.*
Ibi. *Plures impetrantes à Bullis deſtiterunt.*
Ibi. *Terminus deſiſtentiæ, & judicatus per Sententiam.*
6 *Pœna impetrantium Beneficia viventium.*
8 *Sententiæ Coronæ in materia, & num.* 9.
10 *Decretum Regium, ut excluderentur à Regno impetrantes Beneficia juris Patronatûs Regii.*

Diximus, Reſolutione præcedenti, Beneficia juris Patronatûs Regii non poſſe à Sede Apoſtolica impetrari, nec Literæ exequuntur, immo ſupplicantur propter ſcandala, quæ ex ſimilibus impetrationibus, & derogationibus oriuntur, & impetrantes variis pœnis afficiuntur, nè laici à fundatione, & dotatione retrahantur. 1

Ita ſtatutum eſt per plures Leges Caſtellæ, in quibus imponitur pœna denaturaliſationis, & amiſſionis bo- 2

bonorum impetrantibus Beneficia, tam juris Patronatûs Regii, quàm ſæcularium, *ex L.* 25. *lib.* 1. *tit.* 3. *Recupilat.* quam traſcripſit Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *à n.* 318. *& L.* 5. *lib.* 1. *tit.* 6. *& L.* 24 *lib.* 2. *tit.* 3. quas refert Covar. *Pract. cap.* 36. *in princip. & num.* 3. *ubi verſ. Olim*: refert alias prohibitiones Caroli V. & Philippi II. de quibus vide relatos à Garc. *de Benef. p.* 10. *cap.* 1. *n.* 23.

3 Eâdem pœnâ afficiuntur ſimiles impetrantes in hoc Regno per Ordinationem Regiam *lib.* 2. *tit.* 55. Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 36. *per totdm.* Pereir. de Caſtro *de Man. Reg. cap.* 66. *per totum.* Eaſdem pœnas pro avertenda impetrantium inhiatione cum magna Regni perturbatione, renovavit Rex noſter potentiſſimus *Joannes IV.* per quodam Decretum 18. Octobris 1645. quod iterum poſtea ratificavit per quodam Regium Diploma 18. Januarii 1646. tenoris ſequentis.

Alvarà de ElRey ſobre o deſnaturaliſamento.

4 *Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Alvará virem, que eu mandey paſſar hum Decreto em* 18. *de Outubro do anno paſſado de* 1645. *porque houve por bem, que na fórma que (ſobre os Beneficios de Obidos, Cintra, e Saõ Bartholomeu deſta Cidade de Lisboa do Padroado Real, e ſua defenſaõ) eſtava julgado, e reſoluto, ſe déſſe à execuçaõ, e que ſe procedeſſe contra os Vaſſallos, que impetravaõ os ditos Beneficios, e Raçoens, de que os Priores ſaõ Donatarios da Coroa no uſo do Padroado, naõ ſendo por ſua appreſentaçaõ, e meu aprazimento, cauſando por ſi, ou maõ dos Fiſcaes a execuçaõ dos procedimentos de facto, e inquietaçaõ, que ſe padece no Reino, no temporal, e eſpiritual, com quebrantamento de minha juriſdicçaõ, Ley, e concordias do Reino, e contra as Graças, e Privilegios dos Santos Padres, concedidos aos Senhores Reys deſte Reino, que os ditos Vaſſallos tem obrigaçaõ do obſervar ſob as penas nellas eſtabelecidas, notificandolhes, que logo deſiſtaõ das ditas impetras, intruzaõ, e procedimentos, repondo tudo o que tem prejudicado; e os que o naõ fizeſſem, foſſem lançados do Reino, havendo-ſe por deſnaturaes delle, como máos Vaſſallos, deſobedientes, e desſervidores de ſeu Rey, e Senhor, à quem competia manter em paz, e juſtiça ſeu Povo, e afaſtar delle os malfeitores, perturbadores da paz, e ſocego publico do Reino; e que pelos Miniſtros, a que tocaſſe, ſe executaſſe logo inviolavelmente, e o meſmo contra os que commetteſſem os meſmos exceſſos com as ditas impetras, e aceitaçaõ dos ditos Beneficios de meu Padroado Real, e ſem preceder darem-me conta, por ſe evitarem ſemelhantes vexaçoens contra as ditas Leys, e Privilegios do Reino; e porque o Procurador de minha Coroa me repreſentou por huma Petiçaõ, que com pretexto de ſe pedirem Viſtas deſte Decreto, acima referido, ſe dilatava a execuçaõ do que por elle tenho reſoluto; pedindome mandaſſe, que o Juiz de minha Coroa, como Executor, e mais Miniſtros o executaſſem inviolavelmente, e convir a meu Ser*viço, que ſe naõ dilate a execuçaõ do dito Decreto, nem ſe admitta em razaõ delle requerimento algum; mando ao Juiz de minha Coroa, que com toda a brevidade o execute, ſem alterar nada do que tenho mandado; e eſte Alvarà (ſem embargo de naõ ſer paſſado pela Chancellaria) ſe cumprirá. Antonio de Moraes o fez em Lisboa à* 18. *de Janeiro de* 1646. *Pedro de Gouvea de Mello o fiz eſcrever.* Rey.

Quare plures deſnaturaliſati fuerunt per Sententias Judicii Coronæ tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. deferindo 5
ao requerimento do Procurador da Coroa,

roa, e Padroados, viſtas as Sentenças, Aſſentos, Decretos, e Alvarás de minha mão Real; porque ſe ordena, que não deſiſtindo os Clerigos intruſos nos Beneficios do Padroado Real de Obidos, Cintra, e São Bartholomeu, Antonio Vaz Delgado, e Miguel dos Anjos, dos ditos Beneficios, e intruzão, repondo tudo o que tem prejudicado á juriſdição Real, e defendendo por Cenſuras, e Intreditos, a força, e violencia, e impetração delles, ſem appreſentação delles Priores Donatarios da Coroa, nem meu aprazimento; ſe hajão por deſnaturaes do Reino, como máos Vaſſalos, deſobedientes a ſeu Rey, e Senhor, apartando de mim, e de meu Reino os malfeitores; e como ſendo notificados, e feito ſabedores da dita reſolução, Decretos, e Alvarás, não querem deſiſtir, antes continuão na contumacia, violencia, Cenſuras, e procedimentos, e de novo ſe acoutárão a caſa do Viec-Colleitor, fazendo facção contra meus juſtos preceitos. O que viſto com o mais dos Autos, deſobediencia dos ditos Vaſſallos em execução dos ditos Alvarás, e Decretos multiplicados, os hey por deſnaturaliſados deſte Reino, para nunca poderem gozar dos Privilegios, Graças, Liberdades, Mercês, Iſençoens, e Franquezas, de que por direito, e cuſtume uſão os naturaes delle; e tendo bens ſeculares, ou Beneficios Eccleſiaſticos, mando lhe ſejão embargados, e ſequeſtrados os frutos, e rendas delles, e lhes não ſejão entregues ſem meu eſpecial mandado, para o que ſe paſſarão as ordens ás Juſtiças dos lugares, adonde tiverem os ditos bens, e frutos, aſſim neſta Cidade, como nas mais deſte Reino. Lisboa 12. *de Julho de* 1646.

Alias Sententias vide in fine num. 8. & 9.

Et plures impetrantes Beneficia Patronatus Regii, & Donatariorum Coronæ à Bullis impetrationis deſtiterunt, recognoſcentes nullitatem impetrationum, prout fuit *Didacus Lopes*, qui à Sede Apoſtolica impetravit quodam Beneficium ſimplex Eccleſiæ *Sancti Petri de Obidos*; cùmque Prior dictæ Eccleſiæ contra impetrationem oppoſuiſſet coram *Auditore Capellæ Regiæ*; dictus impetrans in eodem judicio, per terminum ab eo aſſignatum, quem dictus Auditor Capellæ per Sententiam judicavit, prout conſtat ex actis ſcribæ illius Auditorii *Joannis Gomes de Carceres*.

Idem fecit *Emmanuel Borges de Azevedo*, qui cum à Sede Apoſtolica impetraſſet quodam Beneficium ſimplex *Sancti Michaelis de Cintra*, & conveniretur in Judicio Coronæ, deſiſtentiam fecit per terminum ab eo aſſignatum tenoris ſequentis.

Termo de Deſiſtencia.

Aos dezaſete dias do mes de Janeiro de 1635. *annos, neſta Cidade de Lisboa, nas minhas pouſadas appareceo o Supplicante Manoel Borges, e diſſe, que deſiſtia das Bullas, que tinha impetrado de ſua Santidade do Beneficio da Igreja de São Miguel da Villa de Cintra, e era contente, que tornaſſe o dito Beneficio ao Prior reſignante, de cuja appreſentação confeſſava ſer, e não queria uſar das ditas Bullas Apoſtolicas, por conhecer ſer o dito Beneficio de appreſentação do dito Prior; e era contente, que eſte Termo de Deſiſtencia ſe julgaſſe por Sentença ſe neceſſario foſſe, de que fiz eſte Termo, que comigo aſſignou: Pedro Lamirante, o eſcrevi, Manoel Borges de Azevedo.*

Sententia Coronæ.

Acordão em Relação, &c. Julgão o Termo de Deſiſtencia por Sentença, e a impetra por nulla, e o Beneficio, de que ſe trata, pertencer á Coroa, e a ſeu Donatario, com que hão por deferido aos requerimentos do Procurador della. Lisboa, 7. *de Fevereiro de* 1635. *Valladares, Meſquita, Serrão.*

Eadem pœna impoſita eſt impe- 6 tran-

trantibus Beneficia viventium de
quibus Ordinatio Regia *lib.* 2. *tit.* 13.
in princip. & ibi Barboſ. *in Remiſſionib.*
à n. 1. Pereir. de Caſtro *de Man. Reg.*
2. *p. ex cap.* 59. *uſque ad* 64. Barboſ.
Apoſtol. deciſionum Collect. 61. *num.* 1.
ubi refert Bullam *Pauli III.* idem
prohibentis.

7 Ampliatur quanvis impetratio fiat
Romæ per Procuratorem, ut reſol-
vit Themud. 3. *p. deciſ.* 314. per to-
tum, & in Judicio Coronæ plures la-
tæ fuerunt Sententiæ tenoris ſe-
quentis.

Sententia Coronæ.

8 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſ-
tes Autos, Libello do Procurador da
Coroa do dito Senhor, que o R. Fernaõ
Nunes, ſendo citado (por naõ appare-
cer peſſoalmente a defender-ſe) naõ con-
trariou, e prova dada, porque ſe moſ-
tra o dito R. ſendo Portuguez, Vaſſallo
do dito Senhor, e natural deſte Reino,
ſabendo, que o Doutor Franciſco Soa-
res de Araujo eſtava provido no Bene-
ficio ſimples, de que ſe trata pelo Col-
leitor deſtes Reinos Antonio Albergati,
em o mez de Abril de 1623. e delle ti-
nha tomado poſſe, e eſtava continuan-
do, impetrou o dito Beneficio na Corte
de Roma, e expedio delle Letras, e as
apreſentou ao Juiz executor dellas, e
fez citar ao dito Doutor Franciſco Soa-
res, e procede contra elle, para que lar-
gue o dito Beneficio de homem vivo,
contra a fórma da Ordenaçaõ deſte Rei-
no, pelo que incorreo nas penas della.
O que tudo viſto, e como por parte do R.
ſe naõ allegue, nem moſtre couſa algu-
ma, que o releve de condemnaçaõ, com o
mais dos Autos, declaraõ, e haõ ao di-
to R. por deſnatural deſtes Reinos, e
que naõ poſſa gozar das Liberdades,
Privilegios, e Iſenções, de que gozaõ os
naturaes delle; e tendo nelles alguns
Beneficios, mandaõ lhe ſejaõ ſequeſtra-
dos os frutos delles, e lhe naõ ſejaõ en-
tregues ſem ordem, e mandado do dito
Senhor, e o condemnaõ outro ſim nas cuſ-
tas dos Autos. Lisboa 12. de Dezem-
bro de 1625. Cuſtodio de Figueiredo.*

Altera Sententia.

*Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſ- 8
tes Autos, Libello do Procurador da
Coroa A. que o R. o Padre Luis da Ga-
ma naõ contrariou, ſendo citado por edi-
tos, e eſperado os termos do eſtylo, por
naõ apparecer peſſoalmente ſe procedeu
á revelia. Moſtra-ſe, por prova baſ-
tante, ſer a Igreja de Santa Maria de
Torres Novas do Padroado Real, e da
meſma natureza os Beneficios della, e
por eſta razaõ vagando por morte de
Fernaõ Paes, em Julho de 1624. hum
Beneficio della, o Prior da dita Igreja,
como Donatario da Coroa, provéo nel-
le o Padre Bento Rebello, o qual em
virtude da dita appreſentaçaõ foy col-
lado, e confirmado, e ſem contradicçaõ
tomou poſſe do dito Beneficio em 19. dias
do dito mez de Julho, com a qual o
Prior da dita Igreja, como Donatario
da Coroa, a ficou tendo em conſervaçaõ
de ſeu Padroado. Prova-ſe, que eſtan-
do appreſentado Bento Rebello na dita
poſſe, o R. o Padre Luis da Gama, na
Curia Romana impetràra o dito Bene-
ficio de homem vivo, e naõ declarà-
ra a Sua Santidade, como o dito Bene-
ficio era do Padroado Real, tudo con-
tra a prohibiçaõ das Leys, e com pretex-
to da Bulla Apoſtolica inquietar ao di-
to appreſentado Bento Rebello, pedin-
dolhe no Juizo Eccleſiaſtiaco o dito Be-
neficio, com fundamento de o esbulhar
da poſſe, em que eſtá, e ao Prior Dona-
tario da que tem de appreſentar, incor-
rendo por eſta maneira nas penas da
Ordenaçaõ, e Leys do Reino. O que viſ-
to, declaraõ ſer a dita impetra contra
ellas, Concordatas, e Privilegios do di-
to Senhor, e por conſeguinte nulla, e
por tal julgaõ, e mandaõ, que ſendo o
R. achado neſte Reino ſeja prezo, e ſeus
bens todos ſequeſtrados; e aſſim mais,
por haver incorrido nas ditas penas, o
haõ por deſnaturaliſado, e que naõ go-
zará mais dos Privilegios, e Liberda-
des*

Digitized by Google

des concedidas aos naturaes deſte Reino, e o condemnaõ nas cuſtas. Lisboa 30. *de Abril de* 1637. *Valladares, Vaſconcellos, Doutor Pereira, Coſta. Eſcrivaõ, Pedro Lamirante.*

Decretum Regium ad excludendos à Regno impetrantes Beneficia juris Patronatûs Regii.

10 *A Jacintho Pimentel Arnaut, e Diogo Borges, Juizes do Crime (indo primeiro com eſte Decreto receber as ordens neceſſarias da maõ do Doutor Gaſpar Rodrigues Porto, Juiz dos Feitos da Coroa, e Fazenda, para poderem prender a Antonio Vaz Delgado, e Joaõ Bautiſta, Clerigos de Miſſa, na fórma, que fuy ſervido reſolvello, os quaes ſe entende andarem na Lourinhãa providos pelo Colleitor em dous Beneficios) lhe hei por muito encarregado vaõ logo á dita Villa, e com todo o ſecredo, e recato poſſivel procurem prendellos, e os metaõ em hum Barco, e os tragaõ a eſta Cidade para ſerem entregues em qualquer dos Navios, que forem pela Barra fóra, que lhes ordenará o meſmo Juiz dos Feitos, e Fazenda da Coroa. Alcantra,* 4. *de Julho de* 1646. Rubrica del Rey.

RESOLUTIO XVII.

An Executor Bullarum impetrantium Beneficia juris Patronatûs Regii poſſit cognoſcere de exceptionibus obreptionis, & ſubreptionis oppoſitis per Priores ejuſdem Patronatus, & per eorum præſentatos? An teneatur eas Judicio Auditoris Capellæ Regiæ remittere, & interim ſuperſedere?

SUMMARIUM.

1 *Exceptio obreptionis, & ſubreptionis ſuſpendit executionem Bullarum Apoſtolicarum.*
2 *Maxime ſi oriatur ab intrinſeco, & ex ventre, & tenore Bullarum.*
3 *Nulla eſt actio, quamvis executiva, & poſſeſſoria, quæ non ſuſpendatur, ſi contra eam opponatur exceptio relevans, incontinenti probanda.*
4 *Quando exceptio eſt ab extrinſeco, tenetur Executor eam Judicio Ordinario remittere.*
5 *Aliàs ſi procedat, & non remittat, committit violentiam, pro qua patet recurſus ad Coronam.*
6 *Areſtum Senatûs.*
7 *Idem obſervatur in exceptionibus oppoſitis per Priores Patronatûs Regii, & per eorum præſentatos, quas Executor debet remittere Auditori Capellæ Regiæ, & interim ſuperſedere in executione, aliàs committit violentiam.*
8 *Ita judicatum.*
9 *Virtute dictæ Sententiæ fuerunt Chartæ expeditæ.*
10 *Reſolutio Senatûs Palatii.*
11 *Eis ſubſcripſit Vicarius.*
12 *Fructus non amittuntur per excommunicationem nullam.*
13 *Edictum, per quod Vicarius executor juſſit omnia reponere in priſtinum ſtatum.*
14 *Altera Sententia Coronæ.*

EXceptio obreptionis, & ſubreptionis oppoſita contra Bullas Apoſtolicas, earum executionem ſuſpendit. Ita pluries judicatum teſtatur Phœb. *p.* 1. *deciſ.* 41. *in princip. & per totam.* Emmanuel Barboſ. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *num.* 6. Gabr. Pereir. *deciſ.* 60. *per totam; & de Man. Reg. cap.* 22. *n.* 23. Mendes à Caſtro *in Prax. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. DD. *per text. in cap.* 2. *& in cap. Super literis* 20. *de Reſcript.* & ibi Gloſſ. *verb. Nullatenus.* Gloſſ. *verb. Donec, in cap. Prudentiam,* §. *Sexta nobis, de offic. Deleg.* Idem Barboſ. 1

H *ad*

Digitized by Google

ad Ordin. lib. 3. §. 2. n. 6. Ord. lib. 2. tit. 43.

2 Maxime, quando exceptio oritur ab intrinſeco, & ex ventre, & tenore Bullarum: plures per Barboſ. *de Penſionib. q. 7. à num.* 5. Pereir. de Caſtro *de Man. Reg. cap. 9. num. 16. & 17.* Salgad. *de Protect. Reg. 3. part. cap. 3. à num. 63. & 4. part. cap. 7. num.* 100. intelliguntur enim ſemper ſi preces veritate nitantur: ex *dict. cap. Super literis, de Reſcritis.*

3 Nulla enim eſt actio tam privilegiata, quanvis ſit executiva, & poſſeſſoria, cujus effectus non ſuſpendatur, quando contra eam opponitur exceptio relevans incontinenti probanda: ita DD. *per text. in cap. Literis, de Reſtitut. ſpoliat. & per text. in L. Si is à quò, ff. ut in poſſeſſ. Legat.* Gratian. *Forenſ. cap.* 384. *n.* 10. Menoch. *lib. 2. præſump. 47. num. 1. & Recuper. remed. 1. quæſt. 21. à n. 240. & Retinend. remed. 3. q. 75. à num.* 633. Flor. *Variar. 1. quæſt. 5. num. 73. & 74.* Barboſ. *de Penſionib. quæſt. 7. num.* 8.

4 At verò quando exceptio ab extrinſeco eſt probanda, tenetur Executor eam Judicio Ordinario remittere: ita pluribus relatis Barboſ. *de Penſionib. q. 7. n. 10. & de Poteſt. Epiſcop. alleg. 81. num.* 17. Felin. *in cap. ult. n. 23. de præſumpt.* Riccius *Prax. aur. reſol. 339. n. 3. verſ. Infertur* 3. Farinac. 2. *p. deciſ.* 387. *n.* 4. Flor. *Variar. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 17. Cevalh. *Commun. q.* 897. *à num.* 907. Garc. *de Benef. p. 1. cap. 5. num.* 546. Themud. 3. *p. deciſ.* 229. *à num.* 14. *& deciſ.* 274. *num. 6. & 7.* ubi plures refert. *Et num.* 30. 31. Et ibi in fin. ita refert judicatum.

5 Si verò Executor exceptionem non remiſerit ad Judicium Ordinarium, & procedat in cauſa, datur recurſus ad Coronam: Themud. *deciſ. 239. n. 6. in fin.* ubi aggravantibus providetur, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis, de qua Pereir. de Caſtr. *de Man. Reg. cap.* 7. *n.* 8.

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſ- 6
tes Autos, Petiçaõ de Aggravo, que o Aggravante tirou do Vigario Géral do Biſpado de Vizeu. Moſtra-ſe o Aggravante ſer morador na Cidade de Braga, e ſendo provido em hum Beneficio ſimples na Igreja de S. Thomé, no lugar da Correlhãa, pelo Arcebiſpo Primaz, e eſtando de poſſe delle, hum Pedro da Coſta, Clerigo da dita Cidade, foy provido nelle por Sua Santidade, e paſſarlhe Cartas executorias para o dito Vigario o meter de poſſe do dito Beneficio; e ſendo citado o Aggravante para ſeu Juizo vir com embargos de excepçaõ declinatoria (por a Petiçaõ, que o dito Pedro da Coſta fez a Sua Santidade ſer ſubrepticia, e elle Supplicante naõ ſer provido no dito Beneficio Canonicamente) que lhe naõ foraõ recebidos, e ſe deu Sentença contra o Supplicante, havendo ſeu provimento por nullo, e ſendo embargada, o dito Juiz a mandou cumprir ſem embargo dos embargos; e viſto como na fórma do Concilio, as cauſas Beneficiaes ſe handem tratar na primeira inſtancia diante do Ordinario do Lugar, o que conforme a direito tem tambem lugar nos Executores, quando contra as Letras executorias ſe allega excepçaõ, que requere diſcuſſaõ da cauſa, ou o poſſuidor tem titulo córado, como he no da contenda. E viſto outro ſim, como o Supplicante reſpondendo diante do dito Vigario, naõ podia prorrogar ſua juriſdiçaõ, ſem conhecimento de ſeu Ordinario, pelo que a dita Sentença dada pelo dito Vigario, e mais procedimentos ſaõ nullos, e naõ ſe póde fazer com elles obra alguma, por ſerem de Juizo incompetente, e em proceder contra o Supplicante pela dita maneira, lhe faz força, e violencia manifeſta, &c. 26. *de Mayo de* 1611. *Fonſeca, Carvalho, Barreto.*

Idem obſervatur in exceptioni- 7
bus oppoſitis per Priores Patrona-

tûs

Digitized by Google

tûs Regii, & per eorum præſentatos contra Bullas impetrantium Beneficia ſimplicia in ſuis Prioratibus, quæ ſunt libera ab omnibus reſervationibus Apoſtolicis, ex dictis *Reſol.* 12. tenentur enim earum executores, quanvis altiorem indaginem requirant, eas remittere Judicio *Capellani Maioris*, vel ejus *Auditoris*, cui privativè competit cognitio in prima inſtantia per Bullam *Leonis X.* ex dictis *Reſolut.* 7. *à n.* 1. & interim tenetur in executione ſuperſedere, prout contigit, & judicatum, me patrocinante, per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

23 *Per violationem ſequeſtri impoſiti vigore Sententiæ definitivæ in Romana Curia.*
24 *Per oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario poſt munitionem ad illum oſtendendum.*
Ibi. *Beneficiatus tenetur oſtendere titulum, cum Superior ex officio inquirit.*
25 *Per alienationem bonorum, & rerum*

rum Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus.

26 *Si habeatur Beneficium pro derelicto per ſpatium decem annorum.*

27 *Per crimen hæreſis.*

28 *Quando ſcienter obtinetur Beneficium ad preces hæreticorum, & tales ſunt etiam inhabiles ad illa.*

29 *Per apoſtaſiam à Fide.*

Ibi. *Idem ob adhæſionem hæreticis, vel Antipapæ factam.*

30 *Per crimen Simoniæ realis.*

Ibi. *Licet* Barboſa *dicat Simoniam conventionalem ſolum inhabilem reddere ad obtinenda, non autem inducere vacationem ipſo jure obtentorum.*

31 *Per crimen læſæ Majeſtatis.*

32 *Per crimen falſitatis literarum Apoſtolicarum.*

33 *Per percuſſionem Cardinalium.*

34 *Per percuſſionem, & homicidium Epiſcopi territorii.*

Ibi. *Non tamen ſi fuerit electus tantummodo.*

35 *Per homicidium Rectoris ſuæ Eccleſiæ, in qua habet Beneficium.*

36 *Per carcerationem Clerici donec ſuum Beneficium reſignet.*

37 *Quando Beneficiatus ſit aſſaſſinus.*

38 *Si tempore ſuſpenſionis, & dum erat ſuſpenſus ſe adminiſtrationi ingeſſit.*

39 *Per crimen Sodomiæ.*

40 *Quando reſignans non ſupervixit per viginti dies poſt præſtitum conſenſum reſignationi.*

41 *Ob non publicationem reſignationis intra novem menſes.*

42 *Quod non procedit quando vertitur litigium, vel impeditur poſſeſſio.*

43 *Nec etiam quando reſignans mortuus eſt intra novem menſes.*

44 *Ob non obſervatam formam Conſtitutionis Pii V. quæ incipit:* In conferendis.

45 *Quando aliqui pro obtinendis Beneficiis ſe ipſos pro aliis ſupponunt exanimi.*

46 *Per obitum Papæ collatoris, quando Beneficium fuit collatum ad illius beneplacitum.*

47 *Quando Beneficium fuit collatum ad certum tempus; tunc enim eo elapſo vacat Beneficium ipſo jure.*

48 *Per depoſitionem, & privationem.*

49 *Per apprehenſionem poſſeſſionis de Beneficio collato à Papa ante literarum expeditionem.*

50 *Quando quis indebitè retinet Scripturas ſpectantes ad Cameram Apoſtolicam, & eas non reſtituit, vel ſciens non revelat.*

51 *Quando quis offendit litigantes in Curia Romana, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, & Notarios.*

52 *Per inſordeſcentiam in excommunicatione per annum, & citatus fuit ad allegandam defenſionem, ne ut hæreticus damnetur.*

53 *Per decretum, quando Papa confert Beneficium alicui, & ei jubet, ut intra ſex menſes primum Beneficium in illius manibus demittat; & ſi non implet, vacat Beneficium ipſo jure.*

54 *Per malam promotionem ad Ordines, quando per ſaltum promovetur.*

55 *Per confidentiam.*

56 *Vacat in omnibus caſibus, in quibus fundator ita diſpoſuit.*

57 *Per novam creationem, & erectionem Beneficii.*

58 *Quando ex aliqua conſtitutione, vel ſtatuto particulari inducitur vacatio ipſo jure.*

59 *Per collationem factam conſanguineis, & affinibus reſignantis in manibus Ordinarii, vel familiaribus collatoris.*

60 *Per intruſionem.*

61 *Per ſubreptionem, vel obreptionem gratiæ.*

62 *Per uſurpationem juriſdictionis bonorum Eccleſiæ, jurium, fructuum, & emulumentorum per ſe, vel alios vi, vel timore incuſſo.*

63 *Vacant in omnibus caſibus relatis in Conſtitutione Pii IV.*

64 Per ingreſſum Religionis profeſſione ſecuta.

Ibi. Limita in Religioſis Societatis Jeſu.

65 Hæ vacantiæ inducuntur in ipſo actu, quo matrimonium contrahitur, profeſſio imittitur, vel crimen committitur.

Ibi. Hæ pœnæ non incurruntur ipſo jure, niſi expreſſè caveatur; aliàs potius præſumitur privatio per Sententiam.

66 Plures ſunt caſus, in quibus ob diverſa crimina quis venit privandus.

67 Privatus ipſo jure non poteſt Beneficio reſignare.

68 Beneficium privati ipſo jure, ſtatim provideri poteſt ad præſentationem Patroni, vel per Ordinarium, vel Pontificem, ſi Beneficium fuit liberæ collationis, non expectata Sententia, nec citato poſſeſſore, & poſſunt tanquam vacantia impetrari.

69 Quando non vacant ipſo jure, ſed per Sententiam, tunc reſignari poſſunt.

70 Quamvis Beneficia liberæ collationis, & Patronatus Eccleſiaſtici vacantia per modos ſupra dictos, ſint ſpecialiter reſervata; non tamen ſi fuerint juris Patronatûs Regii, quia quocunque modo vacent, poteſt Rex, & Donatarii Coronæ præſentare.

Ibi. Ut eis currat tempus ad præſentandum debet notificari privatio.

71 Si dicta Beneficia vacaverint per crimen læſæ Majeſtatis divinæ, & aliis caſibus ſupra relatis, poteſt Rex, & Donatarii Coronæ præſentare, & non Sedes Apoſtolica: ita judicatum in Judicio Eccleſiaſtico Apoſtolico.

Ibi. Quocunque modo vacent ſemper providentur per Reges, & Donatarios: ita judicatum in Judicio Coronæ.

1 Patronus ſæcularis præſentare poteſt, quomodocunque Beneficia vacent, ubi enim datur vacatio, ibi etiam datur præſentatio: DD. *per text. in cap. ultim. de Conceſſ. Præbend.* Lambertin. *de Jur. Patron. lib. 2. part. 1. quæſt. 6. art.* 18. Vivian. *eod. tit. lib. 5. cap. 5. num.* 150. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 14. n. 76.*

2 Omnes enim modi vacationis veniunt ſub verbo, Vacationis: Gloſſ. *verb.* Vacabant, *in cap. Si propter, de Reſcript. & in cap. Suſceptum, eodem tit. in 6.* Felin. *in cap. In noſtra, de Reſcript.* Flamin. *de Reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 14. *num.* 24. Vivian. *d. cap.* 15. *num.* 115. Garc. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 1. *à num.* 3. Expreſſo tamen uno modo vacationis, alii non veniunt: Garc. *dict. cap.* 1. *à n.* 8.

3 Quando enim Beneficia juris Patronatus vacant ipſo jure, poteſt Patronus præſentare: DD. *per text. in cap. Licet Epiſcopus, de Præbend. in* 6. Rota *de Jur. Patron. in antiq. deciſ.* 9. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 15. §. 1. *n.* 43. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 57. *num.* 255.

Vacatio quibus caſibus inducatur ipſo jure?

4 I. Vacant Beneficia ipſo jure per mortem naturalem: Cap. *Suſceptum*, & ibi Gloſſ. *verbo*, Non morte, *de Reſcript. in* 6. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *à n.* 199. *& de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 1. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 5. *à n.* 3. Garc. *de Benef. p.* 11. *cap.* 1. *num.* 1. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 25.

5 Ampliatur, adeo vacare per mortem, quòd ſi Beneficiatus per miraculum reſurgat, illud non recuperat: Gonzal. *ad Regul. Gloſſ.* 5. *n.* 6. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 2. *à num.* 1. Barboſ. *dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 2.

6 II. Vacant per renuntiationem: ex *Cap.* 1. *& per totum, de Renuntiat.*

Bar-

Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 200. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 8. Vivian. *d. cap.* 5. *num.* 28. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *à num.* 1.

7 III. Per permutationem liberam; ex *Cap.* 1. *de Rerum permutat. in* 6. *Clementin.* 1. *eod. tit.* Vivian. *d. cap.* 5. *num.* 33. *& lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 28. Barboſ. *dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 8. qui Gloſſ. 14. *à num.* 41. dicit reſignationem regulariter comprehendere permutationem: Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 3. *& cap.* 5. *à num.* 1.

8 IV. Per aſſecutionem alterius Beneficii incompatibilis: Cap. *Referente*, *cap. Præterea*, *cap. De multa*, *de Præbend. Extravag. Execrabilis*, §. *Qui verò*, *eod. tit. cap. Quia nonnulli*, *de Cleric. non reſid.* Concilium Tridentinum *Seſſ.* 7. *cap.* 4. *& Seſſ.* 24. *cap.* 17. *de Reformat.* Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 201. *& Jur. Eccleſ. dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 20. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 36. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 9. Garc. *de Benefic. p.* 11. *cap.* 5. *à num.* 1.

9 Non tamen tenetur primum dimittere, ſi ei lis moveatur ſuper ſecundo incompatibili: Ludoviſ. *deciſ.* 451. & ibi Bertramin. *num.* 9. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 46.

10 V. Per matrimonium contractum per verba de præſenti à Clerico Beneficiato in minoribus: Cap. 1. *&* 3. *de Cleric. conjug. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Plures per Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 43. Vivian. *dict. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 48. Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 7. *& de Poteſtat. Epiſcop. alleg.* 57. *n.* 202.

11 Ampliatur, quòd etiam amittit penſiones: Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 7. *à n.* 1. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *à n.* 202. *& à num.* 206. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 30. *& cap.* 14. *num.* 14. Idem dicendum ſi incedat habitu ſæculari: *Barboſa* plures referens *dict. cap.* 11. *num.* 49.

12 VI. Amittitur ipſo jure Beneficium Parochiale, quando illud obtinens non promovetur ad Sacerdotium intra annum à tempore pacificæ poſſeſſionis: Cap. *Licet Canon*, *cap. Cum ex eo*, *cap. Commiſſa de Elect. in* 6. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 209. *&* 210. Vivian. *dict. cap.* 5. *n.* 50.

13 VII. Per translationem Prælati ad aliam Eccleſiam, tunc enim prima vacat: Cap. *In apibus*, §. *Tranſlatis*, *Cauſ.* 7. *q.* 1. *cap. Quanto*, *de Tranſlat. Epiſcop. cap. Cum ſingula*, §. *Prohibemus*, *de Præbend. in* 6. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 51. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 211. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 25. ubi declarat hoc procedere literis expeditis, & oſtenſis Capitulo.

14 VIII. Si electus intra menſem à tempore electionis ei præſentatæ non conſenſerit electioni de ſe factæ: Cap. *Quam ſit*, §. *Electus verò*, *de Election. in* 6. *Extravag. Si Religioſus*, *eodem tit. inter commun.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 50. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 52. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 212.

15 IX. Si electus intra trimeſtre poſt conſenſum electioni præſtitum, non petierit confirmationem: Dict. *cap. Quam ſit*, §. *Cæterum*, *de Election. in* 6.

16 X. Quando electus, vel præſentatus ante inſtitutionem, vel confirmationem per ſe, vel per alium adminiſtrat bona, & reditus Beneficii: Cap. *Avaritiæ*, *de Elect. in* 6. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 54. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 214. Gonzal. *d. Gloſſ.* 15. *num.* 52. Hoc tamen procedit intra Italiam, & non ultra: ex reſolutis *infra Reſolut.* 41. *per tot.*

17 XI. Per promotionem Beneficiati ad Epiſcopatum poſt adeptam ipſius pacificam poſſeſſionem, vel poſt lapſum tempus ad petendam conſecrationem: Cap. *Cum in cunctis*, §. *Cum verò*, *de Election.* Concilium Tridentin. *Seſſ.* 7. *cap.* 9. *de Reformation. & Seſſ.* 23. *de Reformation. cap.* 2. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 53. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 56. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 215. *& dict. lib.* 3.

cap.

cap. 14. *num.* 22. Hoc tamen intelligitur, niſi prorogatio, vel retentio ſit obtenta ex diſpenſatione: Vivian. *ubi proxim. num.* 57. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 53. *ad fin.* ubi plures refert.

18 XII. Per militiam ſæcularem, ſi Beneficiatus fiat miles: Gloſſ. *verb. Redierint*, *in cap. ult. de Cleric. non reſid.* Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 58. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 54. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 216. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 31.

19 XIII. Vacat ipſo jure Beneficium, & penſio per dimiſſionem habitus Eccleſiaſtici, & publicam delationem habitus ſæcularis per Conſtitutionem *Sixti V.* quæ incipit: *Cum Sacroſancta*, quam refert Quaranta *in Summa Bullarii*, *verbo* Habitus Clericalis: Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 56. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 59. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 213. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 63. & ita judicatum teſtatur *Merlinus* in favorem *Archiepiſcopi Eborenſis* contra *D. Franciſcum de Mello*, *tom.* 1. *deciſ.* 382.

20 XIV. Per caſſationem electionis: Cap. *Conſideravimus* 10. *cap. Super eo* 12. *de Election.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 56. *in fin.* Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 60. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 218. *& dict. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 30.

21 XV. Per repulſionem poſtulationis: *Extravag. Ex debito*, §. *Hujuſmodi*, *de Election. inter communes*, *cap.* 2. *&* 3. *de Poſtulat. Prælat.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 57. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 61. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 219. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 29.

22 XVI. Per violentum ingreſſum in poſſeſſionem Beneficii, & quando violenter occupatur: Cap. *Eum qui*, *de Præbend. in* 6. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 62. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 58. Garc. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 10. *à n.* 208. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 220. ubi plures refert, *& d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 43.

23 XVII. Per violationem ſequeſtri impoſiti vigore Sententiæ definitivæ in Romana Curia prolatæ in cauſa Beneficiali: Clement. 1. *de Sequeſtr. poſſeſſ.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 59. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 63. Barboſ. *dict. allegat.* 57. *num.* 221. *& d. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 44.

XVIII. Per non oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario poſt munitionem ad illum oſtendendum: Cap. *Ordinarii*, §. *Quod ſi forte*, ubi Gloſ. *verbo* Eo ipſo, *de Offic. Ordin. in* 6. Concil. Trident. *Seſſ.* 7. *cap.* 5. *de Reformat.* ubi Barboſ. *num.* 5. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 64. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 62. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 222. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 34. Tenetur enim Beneficii poſſeſſor oſtendere titulum, cum Superior, ex officio inquirit. Covar. *in Reg. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *n.* 9. Flamin. & alii per Barboſ. *d. alleg.* 57. *n.* 223. *& in Collect. ad Trident. dict. cap.* 5. *num.* 3. 24

XIX. Per alienationem bonorum, & rerum Eccleſiæ ſinè debitis ſolemnitatibus: *Extravag. Ambitioſæ*, §. *Inferiores*, *de Reb. Eccleſ. non alienand. inter Communes.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 15. *num.* 63. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 65. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 226. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 42. 25

XX. Si habeatur Beneficium pro derelicto per ſpatium decem annorum: *DD. per text. in cap. Ex parte* 8. ubi Gloſſ. *verbo*, Per decem annos, *de Cleric. non reſidentib.* Vivian. *d. cap.* 5. *num.* 66. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 64. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 227. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 33. 26

XXI. Propter crimen hæreſis: Cap. *ad Abolendam*, §. 1. *de Hæret.* Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 67. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 65. Zeroll. *Prax. Epiſcop. verbo*, Beneficium, *tit.* 16. Lara *de Capellis*, *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 21. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 10. §. 1. *à n.* 60. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 218. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 46. 27

XXII. Quando ſcienter obtinentur 28

tur Beneficia ad preces hæretico-rum, & tales ſunt etiam inhabiles ad alia: Cap. 2. §. *Ad hæc*, *de Hæret. in* 6. Gonzal. *d. Gloſ.* 15. *n.* 68. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 69. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 230. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 50.

29 XXIII. Per Apoſtaſiam à Fide; hic enim pluſquam hæreticus eſt, per Conſtitut. 29. *Pii V.* quæ incipit: *Cum ex Apoſtolatus*, & per Conſtitut. 68. *Gregorii XIII.* quæ incipit: *In Eccleſiis*: Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 66. Vivian. *d. cap.* 5. *num.* 66. poſt medium. Idem ob adhæſionem hæreticis, vel Antipapæ factam: Vivian. *ubi proximè n.* 87. *& num.* 92. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *n.* 67. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 219. *ad fin.*

30 XXIV. Propter crimen Simoniæ realis: *Extravag. Cum deteſtabile de Simon. inter commun.* Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 69. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 70. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 231. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 51. licet Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 232. dicat Simoniam conventionalem ſolum inhabilem reddere ad obtinenda, non autem inducere vacationem ipſo jure obtentorum: Gonzal. *dict. Gloſ.* 17. *num.* 70. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 71.

31 XXV. Per crimen læſæ Majeſtatis: Vivian. *dict. cap.* 5. *n.* 72. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 72. Theſaur. *de Pæn. Eccleſiaſtic. verbo*, Majeſtatis, *cap.* 1. *verſ.* 2. Propterea. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 61. *à num.* 8. Cabed. 2. *part. deciſ.* 82. *à num.* 7. Emmanuel Barboſ. *ad Ordin. lib.* 5. *tit.* 6. §. 10. *num.* 2. *&* 4. Garc. *dict. p.* 11. *cap.* 10. *n.* 18. Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 26. *à n.* 5. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 233. *& de Jur. Eccleſiaſt. dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 52.

32 XXVI. Propter crimen falſitatis literarũ Apoſtolicarum: Cap. *Ad falſariorum*, *de Crim. falſ.* Vivian. *dict. cap.* 5. *n.* 73. Gonzal. *d. Gloſ.* 15. *n.* 73. Garc. *dict. cap.* 10. *num.* 170. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 234. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 53.

XXVII. Ob percuſſionem Cardinalium: Cap. *Felicis*, §. *Si qua verò*, *de Pœn. in* 6. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 74. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 74. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 55. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 235. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 54. 33

XXVIII. Per percuſſionem, vel homicidium Epiſcopi territorii: Clem. 1. §. *A feudis*, *de Pœn.* Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 75. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 35. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 237. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 55. Non tamen per percuſſionem, vel homicidium Epiſcopi electi: Barboſ. *ubi prox.* Gonzal. *ſupra Gloſ.* 9. §. 5. *num.* 27. Garc. *dict. cap.* 10. *n.* 56. 34

XXIX. Per homicidium Rectoris ſuæ Eccleſiæ, in qua habet Beneficium: Cap. *In quibuſdam*, *de Pœn.* Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 77. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 77. Garc. *dict. cap.* 10. *n.* 57. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 239. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 56. 35

XXX. Per carcerationem Clerici, donec ſuum Beneficium reſignaverit: Clem. *Multorum*, §. *Quod ſi inferiores*, *de Pœn.* Vivian. *d. cap.* 5. *num.* 78. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *n.* 81. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 241. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 58. 36

XXXI. Quando Beneficiatus fit aſſaſinus: Cap. 1. *de Homicid. in* 6. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 76. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *n.* 76. Garc. *d. cap.* 10. *num.* 4. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 238. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 57. 37

XXXII. Si tempore ſuſpenſionis, & dum erat ſuſpenſus ſe adminiſtrationi ingeſſit: Cap. 1. §. *ult. cap. Cupientes*, §. *Cæterum*, *de Electión. in* 6. Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *n.* 82. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 79. Barboſ. *dict. alleg.* 57. 38

XXXIII. Ob crimen Sodomiæ, per Conſtitut. *Pii V.* quæ incipit: *Horrendum*: Gonzal. *dict. Gloſ.* 15. *num.* 83. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 196. Vivian. *dict. cap.* 5. *n.* 80. Bar- 39

Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 44. *à num.* 29. *& alleg.* 57. *num.* 242. *& d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 62.

40 XXXIV. Quando reſignans non ſupervixit per viginti dies poſt præſtitum conſenſum reſignationi: ex *Regul.* 18. *Chancel.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 84. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 81. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 57. *&* 58. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 243. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 35.

41 XXXV. Ob non publicationem renuntiationis intra novem menſes: ex Conſtitut. *Gregorii XIII.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 85. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 82. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. §. 4. *n.* 274. Barboſ. *d. alleg.* 57. *n.* 242. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 36.

42 Non tamen procedit, quando vertitur litigium, vel impeditur poſſeſſio; tunc enim ſufficit, quod inſtetur Judici executori Bullarum: Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 274. *&* 6. *p. cap.* 2. *num.* 56. *& n.* 257. Et impedimento ceſſante, tunc fit publicatio, & ita obſervatur: Garc. *dict. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 257. Flamin. *de Reſign. lib.* 11. *quæſt.* 13. *à num.* 95. Gonzal. *ſupra Gloſſ.* 55. *num.* 5. *&* 11.

43 Nec etiam requiritur, quòd Bullæ publicentur, quando reſignans mortuus eſt intra novem menſes: Gomes *in Regul. de Publicand. q.* 15. Joan. Cochier. *ad eandem Regul. n.* 41. *pag.* 383.

44 XXXVI. Ob non ſervatam formam Conſtitut. *Pii V.* quæ incipit: *In conferendis.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 88. *& Gloſſ.* 6. *à n.* 124. Vivian. *d. cap.* 5. *num.* 84. Barboſ. *d. alleg.* 57. *n.* 245. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 37.

45 XXXVII. Quando aliqui pro obtinendis Beneficiis ſe ipſos pro aliis ſupponunt examini, vel annuas offerunt penſiones, ſeu Beneficia pro aliis impetrant, aut ut ab eis aliquid conſequantur; vel quando pro ſe ipſis Beneficia impetrant animo illa reſignandi ad favorem aliorum, reſervatâ annuâ penſione, ut expreſſe cavetur, in Conſtitut. *Pauli IV.* quæ incipit: *Inter cæteras*, quam refert Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 90. Vivian. *dict. cap.* 5. *n.* 58. *Barboſ. d. alleg.* 57. *n.* 240. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 59.

XXXVIII. Per obitum Papæ collatoris, quando Beneficium fuit collatum ad illius beneplacitum: Cap. *Si graciose, de Reſcript. in* 6. Vivian. *dict. part.* 5. *n.* 88. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 93. Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſtico, dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 39. 46

XXXIX. Quando Beneficium eſt collatum à Papa, vel ab Ordinario ad certum tempus, elapſo enim tempore, vacat Beneficium ipſo jure: Cap. *Suſceptum, de Reſcriptis, in* 6. *& ex L. in agris, ff. de Acquir. rer. domin.* Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 89. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 94. *&* 95. 47

XL. Per depoſitionem, & privationem: Cap. *Ex literis, cap. Grave, de Exceſſ. Prælator.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 97. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 91. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 10. *à n.* 1. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 247. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 45. 48

XLI. Per apprehenſionem poſſeſſionis Beneficii collati à Papa ante literarum expeditionem, ex Conſtitut. *Julii III.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 98. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 92. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 248. 49

XLII. Quando quis indebitè retinet Scripturas ſpectantes ad Cameram Apoſtolicam, & eas non reſtituit, vel ſciens non revelat: ex Conſtitut. *Alexandri VI. Clement. VII. & Julii III.* Vivian. *dict. cap.* 5. *n.* 93. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 99. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 249. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 41. 50

XLIII. Quando quis offendit litigantes in Curia Romana, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, & Notarios: ex Conſtitut. *Alexandri VI.* quæ incipit: *In eminentis.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 100. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 94. Barboſ. *d. alleg.* 57. *num.* 250. *& d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 60. 51

XLIV. Per inſordeſcentiam in ex- 52

excommunicatione per annum, & citatus ad allegandã deſenſionẽ, nè ut hæreticus declaretur: ex *cap. Cum contumacia, de Hæretic. in 6.* & facta tali declaratione manet privatus ipſo jure: Vivian. *dict. cap. 5. num. 96.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *à num.* 101. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 250. *verſ.* Pluribus.

53 XLV. Per decretum, quando Papa confert Beneficium alicui, & apponit in ipſa collatione decretum, ut intra ſex menſes primum Beneficium in illius manibus demittat; & ſi non impleverit, ipſo jure vacat Beneficium, & tempus incipit currere à tempore adeptæ poſſeſſionis: Vivian. *dict. cap. 5. à n.* 97. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *à n.* 109. Barboſ. *dict. lib. 3. cap. 14. num.* 40.

54 XLVI. Per malam promotionem ad Ordines, quando quis fuit promotus ad maiores, relictis minoribus, vel per ſaltum, vel aliquo vitio, vel defectu: Vivian. *dict. cap. 5. à num.* 100. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 127. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 151. *ad fin.*

55 XLVII. Per confidentiam, quando aliquis reſignat Beneficium ſub conditione, ut reſignatarius illud renunciet in favorem Petri, & in aliis caſibus, de quibus Conſtitutio *Pii IV.* quæ incipit: *Romanum Pontificem*, & Conſtitut. *Pii V.* quæ incipit: *Intolerabilis.* Vivian. *dict. cap. 5. n.* 103. Gonzal. *dict. Gloſſ. 15. n.* 129. Barboſ. *dict. lib. 3. cap. 14. n.* 61.

56 XLVIII. Vacat ipſo jure in omnibus caſibus, in quibus fundator ita diſpoſuit, verbi gratia, ob non reſidentiam: vel per aſſecutionem alterius ſimplicis Beneficii, vel aliis cauſis fundatori bene viſis: Vivian. *dict. cap. 5. num.* 104. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 130. & 131.

57 XLIX. Vacat ipſo jure Beneficium per novam creationem, & erectionem illius: Vivian. *de jur. Patron. d. lib. 5. cap. 5. num.* 105. Gonzal. *d. Gloſſ.* 15. *num.* 132.

L. Quando ex aliqua conſtitutione, vel ſtatuto particulari, ſeu municipali inducitur vacatio ipſo jure: Vivian. *dict. cap. 5. num.* 107. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 133. 58

LI. Per collationem factam conſanguineis, & affinibus reſignantis in manibus Ordinarii, vel familiaribus collatoris: ex Conſtitut. *Pii V.* de qua Quaranta *in Summa Bullar. verbo*, Beneficiorum reſignationes. Vivian. *dict. cap. 5. num.* 109. 59

LII. Vacat ipſo jure Beneficium per intruſionem: ex *cap. Ad aures, de Exceſſib. Prælator.* Vivian. *d. cap. 5. num.* 110. 60

LIII. Vacat ipſo jure Beneficium per ſubreptionem, vel obreptionem gratiæ; ita *Rebuſus*, quem refert, & ſequitur Vivian. *dict. cap. 5. n.* 111. 61

LIV. Per uſurpationem juriſdictionis Eccleſiæ, bonorum, jurium, fructuum, emulumentorum per ſe, vel per alios, vi, vel timore incuſſo, vel quocunque colore, vel ingenio: ex Trident. *Seſſ.* 22. *cap.* 11. *de Reformat.* Vivian. *dict. cap. 5. n.* 112. 62

LV. Vacant in omnibus caſibus relatis in Conſtitutione *Pii IV.* quæ incipit: *Cupientes*, per quam prohibetur Judicibus, ſive ſint Cardinales, ſive Rotæ Auditores, Archiepiſcopi, & alii quicunque Judices cauſarum Beneficialium, & criminalium, Beneficiorum privationem decernentes, ea impetrare ſibi, nepotibus, vel familiaribus ſuis: Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *num.* 157. *ubi num.* 158. refert dictam Bullam *Pii IV.* Vivian. *dict. cap. 5. num.* 113. 63

LVI. Per ingreſſum Religionis, profeſſione ſequutâ: Cap. *Beneficium, de Regularibus, in 6.* Gonzal. *d. Gloſſ.* 15. *num.* 45. Vivian. *dict. cap. 5. num.* 49. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 208. Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 9. *à n.* 1. Limitatur tamen in Religioſis Societatis Jeſu per Conſtit. *Gregorii XIII.* de qua agendum ſpecialiter *Reſolut. ſequent.* 64

His omnibus caſibus vacant Bene- 65

 ficia

ficia ipſo jure in ipſo actu, v. g. quo contrahitur Matrimonium, profeſſio emittitur, vel crimen committitur: Barboſ. *dict. allegat.* 57. *n.* 253. *& de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 60. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 141. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 120. Hæ pœnæ non incurruntur ipſo jure, niſi expreſſe caveatur; aliàs enim in dubio præſumitur potius per Sententiam privandos: Barboſ. *dict. alleg.* 57. *n.* 152. *& dict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 65. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 118.

66 Plures enim ſunt caſus, in quibus ob diverſa delicta quis non eſt ipſo jure privatus, ſed venit privandus per Sententiam, prout eſt homicida, publicus concubinarius, ſacrilegus, incendiarius, reſidere nolens, perjurus, bannitus, & alii, de quibus Rebuf. *tit. De modis amittendi Beneficia*, *à n.* 30. *uſque ad finem.* Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 117. Item adulteri, inceſtuoſi, incorregibiles, aleatores, fures, uſurarii, ſtupratores, & alii, de quibus Gonzal. *d. Gloſſ.* 15. *n.* 135. & Bernard. *in ſua Praxi.*

67 Privatus ipſo jure quocunque modo ex ſupra relatis non poteſt Beneficium reſignare: Barboſ. *d. alleg.* 57. *num.* 256. *& dict. lib.* 3. *de jur. Eccleſ. cap.* 14. *num.* 70. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 122. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 124.

68 Et ſtatim poteſt Beneficium provideri in his terminis ad præſentationem Patroni, vel per Ordinarium, vel Pontificem, ſi Beneficium fuerit liberæ collationis, non expectata Sententia, nec citato poſſeſſore: DD. *per text. in cap. Licet Epiſcopus*, *de Præbend. in* 6. *Gloſſ. verbo*, Te non vocato, *in cap.* 1. *de Homic. in* 6. Riccius *in Prax. rer. For. Eccleſiaſt. deciſ. ult. in fin.* ubi ſic refert deciſum in Rota: *Barboſa* plures referens *dict. alleg.* 57. *num.* 255. ubi dicit talia Beneficia poſſe tanquam vacantia impetrari: Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 124.

69 Poteſt tamen reſignari, quando non vacat ipſo jure, ſed per Sententiam: Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 123. vide alios effectus per Barboſ. *dict. alleg.* 57. *à num.* 254. & per Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 124. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *à num.* 146.

Declara tamen ſupra dicta, quòd quanvis Beneficia liberæ collationis, & juris Patronatus Eccleſiaſtici vacantia per modos ſupra relatos, ſint generaliter, vel ſpecialiter reſervata per regulas Chancellariæ, & alias Conſtitutiones, ut per Vivian. *de jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *à num.* 11. Non tamen, ſi fuerint juris Patronatùs Regii, vel Donatariorum Coronæ: hi enim Patroni in eis ſic vacantibus quocunqne menſe, & per quaſcunque cauſas ſupra relatas poſſunt præſentare, & eis notificari debet privatio, ut ſibi currat tempus datum ad præſentandum: ex Vivian. *de jur. Patron. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 37. 70

Hæc enim Beneficia non ſunt reſervata, nec comprehenduntur in reſervationibus generalibus, vel ſpecialibus ex ſupra dictis: quare ſi dicta Beneficia vacaverint per crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, poteſt Rex, & Donatarii Coronæ præſentare, & non Sedes Apoſtolica, prout judicatum in judicio Eccleſiaſtico, *Reſol.* 14. *num.* 23. quocunque enim modo vacent ſemper providentur per Reges, & Donatarios, prout judicatum in Judicio Coronæ, *Reſol.* 12. *n.* 7. *&* 8. 71

RESOLUTIO XXXIX.

An Beneficia juris Patronatùs Regii vacent per emiſſionem trium ſimplicium votorum in Venerabili Societate Jeſu ante ſolemnem profeſſionem, ut Reges in eis poſſint præſentare?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacant ipſo jure per profeſſionem.*

2 Non

2 *Non tamen in Venerabili Societate Jeſu, & num. 5.*

3 *Beneficia, & penſiones non vacant, per tria vota ſimplicia in eadem Societate.*

Ibi. *Ante ſolemnem profeſſionem ea poſſunt retinere.*

4 *Quanvis maneant perpetuo obligati per illa tria vota, non tamen quo ad ipſam Societatem, cujus ſuperior poteſt illos expellere ante ſolemnem profeſſionem.*

6 *Iſte Religioſus facit fructus ſuos, quia poteſt ad ſæculum redire.*

7 *Semper dicitur eſſe in probatione, donec ſolemniter profiteatur.*

8 *Sunt verè, & propriè Religioſi.*

9 *Sed poſſunt retinere jus, & dominium bonorum ſuorum ante ſolemnem profeſſionem.*

10 *Papa poteſt diſpenſare cum cauſa in voto paupertatis cum Monacho tali remanente.*

11 *Non ſortiuntur naturam aliorum regularium.*

12 *Non amittunt Beneficia per emiſſionem trium votorum ſimplicium, nec penſiones, & ita judicatum in Rota.*

13 *Non poteſt Rex, nec Donatarii Coronæ Beneficia horum Religioſorum providere, niſi per ſolemnem profeſſionem.*

1 BEneficia vacant ipſo jure per profeſſionem: ex Concilio Tridentino *Seſſ. 25. cap. 16. de Regularib.* ut diximus *Reſolutione præcedenti, n. 56.* & non ante, nè hac occaſione diſcedere nequeant Novitii, & inviti cogantur ad ſolemnem profeſſionem: Vivian. *de Jur. Patron. lib. 13. cap. 10. num. 55.*

2 In hac tamen diſpoſitione non comprehenduntur Religioſi *Societatis Jeſu*, prout expreſſè declaratur in eodem Concilio, non intendere aliquid innovare contra pium eorum ſtatum à Sede Apoſtolica approbatum: ita Barboſ. *in Collect. ibid. n. 47. & de Jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 14. n. 4. & in cap. Beneficium, n. 7. de Regular. in 6.*

3 Ex quo ſluit, eorum Beneficia, & penſiones non vacare lapſo biennio; per tria vota ſimplicia ante ſolemnem profeſſionem; Sanch. *in Decalog. lib. 7. cap. 4. num. 7. & 13.* ubi ita dicit judcatum; & poſſe retinere, jus, & dominium ſuorum Beneficiorum, & penſionum, ut per Conſtitutiones *Gregorii XIII.* decretum eſt, quarum prima incipit: *Quanto fructuoſius*, verſ. *Quod verò ad paupertatem*; & ſecunda incipit: *Aſcedente Domino*, verſ. *Et licet.* Plures per Garc. *de Benef. part. 7. cap. 10. n. 62.* Barboſ. *dict. cap. 14. num. 5. & in Collect. ad Trident. dict. cap. 16. num. 49.* ubi ita dicit judicatum in Rota: Barboſ. *in dict. cap. Beneficium, n. 7.*

4 Quanvis enim per illa tria vota maneant perpetuo obligati, non tamen quo ad ipſam Societatem, cujus Superior generalis, poteſt eos ſemper dimittere, ante ſolemnem profeſſionem, abſque eorum culpa, juxta ſtatutum dictæ Religionis, & præfactas Conſtitutiones.

5 Quare ut dicta Societas habeat maiorem libertatem eos dimittendi, prudenter proviſum eſt, ut eis liceat retinere bona ſua, Beneficia, & penſiones, nè poſtea demiſſi ante ſolemnem profeſſionem, eis privati manerent, ut decretum eſt in præfatis Conſtitutionibus; & in Conſtit. Societatis *4. part. cap. 4. liter. E. in fin.* & *6. part. cap. 2. liter. H.* & *in Examine generali, cap. 4. verſ.* Interrogatur, *& num. 5.* & facit *text. in cap. Beneficium, de Regularibus, in 6.*

6 Interim Beneficiatus facit fructus ſuos, quia poteſt ad ſæculum redire: Sanch. *in Decalog. lib. 7. cap. 4. n. 18. & 19.* Soar. *de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 16. à num. 12.* Frater Emmanuel Rodrigues *de Regularibus, tom. 1. q. 37. art. 1. verſ. 3. Tertio nota.* Silveſtre *in Summa, verb. Religio 2. num. 8. ad med. verſ. Reliquum verò.* Garc.

de Benefic. part. 11. *cap.* 9. *num.* 28.

7 Ratio eſt, quia qui emiſerunt vota ſimplicia in dicta Societate ſemper dicuntur eſſe in probatione, donec in ea ſolemniter profeſſi fuerint; ut in Conſtitut. Societatis 4. *p. cap.* 4. *in declarat. ſub lit. E. in fin. &* 5. *part. cap.* 2. *&* 10. *part. num.* 7. *verſ.* Non enim, *& in Examine generali, cap.* 4. *num.* 17.

8 Non obſtat, quòd qui emiſerunt dicta vota ſimplicia verè, & propriè ſunt Religioſi, ut declaravit *Gregorius XIII.* in Conſtitutionibus ſupra relatis: Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 25. *n.* 15. Rodrigues *de Regul. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 4. Navar. *de Regularib. Comment.* 1. *n.* 19. Garc. *de Benefic. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 53. *verſ. Et clarius*: Plures per Barboſ. *in Collect. ad Trident. dicto cap.* 16. *num.* 48.

9 Quia, quanvis verè Religioſi ſint, nihilominus poſſunt retinere jus, & dominium bonorum ſuorum ante ſolemnem profeſſionem, & Beneficia, & penſiones ad effectum de illis diſponendi in pios uſûs, donec ſuperior mandet contrarium; ut expreſſé Cavetur in dicta Conſtitutione *Gregorii XIII.* Plures per Garc. *dict. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 62. Barboſ. *in Collect. ad Tridentin. dict. cap.* 16. *num.* 49. ubi ita dicit reſolutum in Rota.

10 Nec obſtat *text. in cap. Cum ad Monaſterium, in fin. de Statu Monachor.* quia Papa poteſt cum cauſa ſuper voto paupertatis cum Monacho etiam tali remanente, diſpenſare: ex Innocent. *in dict. cap. Cum ad Monaſterium, num.* 2. & Communem dicit Navarr. *ibid. in Commentar.* 2. *num.* 17. Garc. *de Benefic. dict. cap.* 10. *num.* 60. *&* 91.

11 Quare dicti Regioſi, juxta prædictas Conſtitutiones *Gregorii XIII.* non ſortiuntur naturam aliorum regularium, ſed diverſam, & ideo ab aliis ad iſtos non licet arguere, cum à diverſis non fiat illatio: ex *L. Papinianus, ff. de Minoribus.*

Ex ſupradictis patet hos Religioſos per emiſſionem trium votorum ſimplicium non amittere Beneficia, & penſiones, & ita judicatum in Rota, quam tranſcripſit Vivian. *de jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 146. *verſ.* Quod autem Religioſi, *cum ſeqq. pag. mihi* 343. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 57. *num.* 208. *in fin.* 12

Quare Rex, & Donatarii Coronæ non poſſunt in dictis Beneficiis ſic vacantibus poſt emiſſionem trium votorum ſimplicium præſentare, per illa enim non vacant dicta Beneficia, ut ſupra reſolutum eſt. 13

RESOLUTIO XL.

An Ordinarius committat violentiam ſi jubeat Patronum juſtificare Patronatum ex decreto Concilii Tridentini; & an eo inaudito poſſit Eccleſiam providere?

SUMMARIUM.

1 *Præſentationes, non admittuntur, niſi verificato prius jure Patronatus, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio.*

2 *Ita declararunt Eminentiſſimi Cardinales.*

3 *Epiſcopus nullum gravamen infert Patrono, ſi jubeat juſtificare Patronatum, quanvis ſit in poſſeſſione præſentandi.*

Ibi. *Qui facit, quod jus diſponit, nemini facit injuriam.*

4 *Non appellatur ab eo, quod fit virtute Legis.*

5 *Cauſa immediata appellationis, eſt gravamen, & injuſtitia.*

6 *Lex nemini facit injuriam.*

Ibi. *Nec Judex miniſter Legis.*

Ibi. *Ab executore legis non appellatur.*

7 *Ordinarius, non tenetur præſentatum inſtituere, niſi verificato prius jure Patronatus.*

Ibi. *Tenetur ſervare formam, ſibi à Lege datam.*

8 *Lex*

8 *Lex quando requirit aliquam qualitatem, prius de ea conſtare debet.*

9 *Rex eſt Protector Concilii.*

10 *Recurritur ad Coronam, ſi decreta* Concilii Tridentini *non ſerventur.*

11 *Judices Coronæ debent decidere gravamina à Judicibus Eccleſiaſticis interpoſita ſecundum Leges Canonicas.*

12 *Si Ordinarius provideat Beneficium, non aſſignato competenti termino ad juſtificandum, committit violentiam.*

12 *Sententia Coronæ.*

1 PEr Concilium Tridentinum *Seſſ.* 14. *cap.* 12. *de Reformation. &* *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* generaliter diſponitur, nè præſentationes admittantur, niſi verificato prius jure Patronatus coram Ordinariis locorum, ubi Beneficia ſita ſunt, quod procedit tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio.

2 Ita ſæpius declararunt Eminentiſſimi Cardinales: ut per Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 5. *num.* 177. 178. *in prima declaratione*; *& à n.* 139. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 18. *à n.* 23.

3 Ex quo infertur, Epiſcopum nullum gravamen, vel injuriam inferre Patrono, ſi jubeat juſtificare jus Patronatus ex decreto Concilii Tridentini, quanvis ſit in poſſeſſione præſentandi, ſi illud poſt Concilium, non juſtificavit. Quod tamen limitatur in Patronatu Regio jam conſtituto, & Reges ſint in poſſeſſione præſentandi, & habeant ultimum Eccleſiæ ſtatum poſt Concilium: ex dictis ſupra *Reſol.* 10. *n.* 9. qui enim facit, quod jus diſponit, nemini facit violentiam, nec injuriam: ex *L. Factum* 197. *verſ.* Non videtur, *ff. de Reg. jur. cap. Paſtoralis, in fin. principii de Appellat.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 2. *num.* 1.

4 Nec à tali Sententia poteſt appellari, non enim appellatur ab eo, quod fit virtute Legis: L. *ult.* §. *ult.* *ff. de Appellat. recipiend. cap. Conſuluit* 29. *de Appellat. cap. Relatum de Clericis non reſidentib.* Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 6. *à n.* 2. *&* 2. *part. cap.* 11. *num.* 16. Marant. *de Ordin. Judic.* 6. *part. de Appellat. num.* 345. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 19. *num.* 53.

5 Ratio eſt, quia cauſa immediata appellationis eſt gravamen, injuſtitia, & injuria: ex *Cap. Suggeſtum, in fin. de Appellat.* Surd. *Conſ.* 102. *num.* 13. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 6. *num.* 29. *&* 4. *part. cap.* 1. *num.* 26.

6 Planè Lex nemini facit injuriam, nec Legislator: ex L. *Meminerint*, *Cod. Unde vi*, nec Judex, qui tanquam Legis miniſter, nihil aliud facit, quam Legem exequi, & ab executore Legis non datur appellatio: ex *L. Ab executore*, *ff. de Appellat.* Mareſc. *Var. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 11. Quia tunc potius operatur Lex, quam homo: ita pluribus relatis Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 6. *num.* 12. *&* 13.

7 Cum ergo dictum Concilium Tridentinum diſponat ſimpliciter, quòd prius juſtificetur jus Patronatus, non tenetur Ordinarius præſentatum inſtituere, niſi verificato prius jure Patronatus: ex Gabr. Pereira *dict. cap.* 7. *num.* 25. tenetur enim ſervare formam ſibi à Lege datam: L. *Certa forma, Cod. de Jur. Fiſci, lib.* 10. *cap. Cum dilecta* 22. *de Reſcriptis*, ubi DD. Valaſc. *dict. cap.* 25. *de Part. num.* 26. *in fin.* Phœb. 2. *part. areſt.* 101. *in fin.*

8 Quando enim Lex requirit aliquam qualitatem, prius de ea conſtare debet: L. 4. *ff. de Fideicommiſſar. libertat. L. Cum hi*, §. *Si Prætor*, *ff. de Tranſact.* Emmanuel Barboſ. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 65. §. 31. *num.* 18. Phœb. 2. *part. deciſ.* 142. *n.* 17. *in fin. & dict. areſt.* 101.

9 Nec etiam in his terminis poteſt Patronus gravamen interponere ad Co-

Digitized by Google

Coronam. Primò, quia Rex eſt Protector, Concilii Tridentini: ex Barboſa *in Collect. ad idem Concil. Seſſ.* 25. *cap.* 20. *de Reformat. num.* 15. *& de Penſionibus, quæſt.* 6. *n.* 6. Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 196. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *num.* 219. *& tom.* 5. *de Cognit. per viam violent. quæſt.* 3. *num.* 9. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 41.

10 Et ſi ad Judicium Coronæ recurritur ob non ſervatam diſpoſitionem Concilii Tridentini, & ibi providetur: ex Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 8. *num.* 11. *& cap.* 17. *num.* 6. *& cap.* 63. *num.* 42. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 60. Bovadilh. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 194. Cevalh. *de Cognit. per viam violentiæ, part.* 1. *Gloſſ.* 6. *num.* 62. *&* 2. *part. quæſt.* 3. *num.* 9. *& quæſt.* 99. *n.* 16. Ergo qui illam obſervat, non committit violentiam, immo juſtitiã adminiſtrat.

11 Secundò, quia quando interponitur gravamen à Judice Eccleſiaſtico ad Judicium Coronæ, debet decidi ſecundum Leges Canonicas, quas Eccleſiaſticus ſervare debet in ſuo foro: ex *Cap.* 1. *de Conſtit.* Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. §. 3. *n.* 4. *&* 2. *part. cap.* 4. *num.* 30.

12 Si autem Judex Eccleſiaſticus jubeat ædictum affigere ad providendum Beneficium in Concurſu, & illud provideat, quin aſſignet tempus conveniens præſentato, qui ſe offert ad juſtificandum jus Patronatus; tunc committit violentiam, quia eum indefenſum reliquit contra *text. in cap.* 1. *de Cauſa poſſeſſ. & proprietat.* & poteſt interponere gravamen ad Coronam, ubi providetur; prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

13 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de Aggravo, que o Aggravante o Licenciado Franciſco Gomes, como Procurador geral das Religioſas do Moſteiro do Lorvaõ, Padroeiro in ſolidum da Igreja de Serpins, levando conſigo o Eſcrivaõ do Judicial Antonio de Eſcobar em ſeu nome, e do Procurador da Coroa, tiraraõ do Reverendo Cabido, Deaõ, e mais Dignidades do Cabido da Sé de Coimbra. Moſtra-ſe, que eſtando apreſentado na dita Igreja pela Abbadeſſa, Donataria do dito Moſteiro, o Licenciado Pedro Velho Barreto, por ſer do Padroado Real, e o Convento eſtar em poſſe de apreſentar, como fez por morte do ultimo poſſuidor; o Deaõ, e mais Dignidades naõ admittirem o Procurador do dito Convento, ſobre o requerimento, que havia de fazer, fundado em que hia moſtrar, por provaveis documentos, ſer a dita Igreja do Padroado Real, e que como Donataria naõ tinha lugar a affecçaõ, nem reſerva; e apreſentado Pedro Velho, pedindo-ſe por ſua parte o admittiſſem a ſua verificaçaõ, e poſſe, ſem o fazerem, e à 16. de Outubro puzeraõ a dita Igreja em Concurſo, como conſta da Certidaõ fol. 15. verſo; e fazendo-ſe requerimento em 29. do dito mez, e interpondo-ſe o Aggravo aos 23. dentro do termo da Ley, e com tudo a dita Igreja ſe poz em Concurſo, e proveo ſem quererem ouvir ao apreſentado pela Donataria, Pedro Velho Barreto, provendo com cautella em Concurſo, e mandando pedir Bulla ſem eſtar julgado, nem o ouvirem, nem admittirem com tempo baſtante, ſobreſtando no Concurſo, como tinhaõ de obrigaçaõ, provendo entre tanto Economo na Igreja, ſem uſar da dita cautella, e modo de uſurpar os Padroados; mandaõ ſe paſſe Carta para o dito Deaõ, e Dignidades; porque o dito Senhor lhe roga, e encommenda, deſiſtaõ da dita força, cautella, e oppreſſaõ, naõ provendo ſem ſer ouvido plenariamente o Moſteiro, e juſtificar ſer o Padroado da Coroa, dandolhe para iſſo tempo baſtante, e ſobreſtando, com provér entre tanto Economo na Igreja na fórma de direito; e tendo feito o contrario o naõ executem, e vindo Bullas por cautella, ſe naõ cumpraõ, nem*

nem dem à execução; e não o fazendo (o que delle ſe não eſpera, mandão às Juſtiças ſeculares, lhes não guardem ſuas Sentenças, Mandados, nem procedimentos, nem evitem ao Aggravante, nem lhe levem penas de excommungado. Lisboa, 9. de Novembro de 1638. Valladares. Maſcarenhas. Souſa. Fuy preſente. *Pinheiro.*

RESOLUTIO XLI.

An jus Patronatûs Regium, & ſæculare donatum ſimpliciter, & in perpetuum alicui Eccleſiæ, aut Monaſterio, vel permutatum cum Eccleſiaſtico, retineat primævam naturam, vel maneat de Patronatu Eccleſiaſtico?

SUMMARIUM.

1 *Jus Patronatus Coronæ donatum ſtatui Eccleſiaſtico dicunt aliqui retinere eandem naturam pœnes Donatarios.*

2 *Hoc fundamentum non eſt verum, nec noſtra Regia Ordinatione comprobatur.*

Ibi. *Jus Patronatus non dividitur inter filios Donatarii Coronæ, ſed tranſit in integrum in primogenitum.*

3 *Jus Patronatus donatum ſimpliciter, & in perpetuum Monaſterio per Reges, nunquam revertitur ad Coronam.*

Ibi. *Donationes factæ Eccleſiæ ſunt irrevocabiles.*

4 *Reddendum quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.*

5 *Jus Patronatus ſæculare donatum ſimpliciter, & in perpetuum Eccleſiæ amittit primævam naturam, & manet de Patronatu Eccleſiaſtico.*

6 *Idem reſolvunt noſtri DD.*

7 *Ita judicatum ſæpius in Rota.*

8 *Idem procedit in Patronatu Regio.*

9 *Confirmatur Concluſio per Gloſſas.*

10 *Per DD. extraneos.*

11 *Per DD. Regnicolas.*

Ibi. *Doctor, qui ex profeſſo tractat materiam, facit per ſe opinionem neceſſariò ſequendam.*

12 *Jus Patronatûs Regium non conſtituit diverſam ſpeciem à ſæculari.*

Ibi. *Quidquid diſponitur in jure de donatione Patronatus laicorum in Eccleſiam, idem dicendum de Patronatu Regio.*

Ibi. *Genus comprehendit in ſe omnes ſpecies, quamvis in una detur maior ratio, quàm in alia.*

13 *Probatur in jure, & num.* 14.

14 *Eſt ſuperfluum Gloſſas allegare, ubi Legem habemus.*

Ibi. *Ubi eſt caſus Legis, ibi non eſt quæſtio.*

15 *Erubeſcimus cùm ſine Lege loquimur.*

16 *Princeps ſæcularis non poteſt Legem condere circa jus Patronatus, quod eſt ſpiritualibus annexum.*

17 *Rex* Dionyſius *donavit Patronatum Eccleſiæ de* Lumiar, *Monaſterio de* Odivellas, *& impetravit Indultum Apoſtolicum, ut primævam naturam retineret in Donatario.*

18 *Fruſtra precibus impetratur, quod jure conceditur.*

19 *Simile Indultum conceſſum fuit Monaſterio* S. Eloy *Civitatis Ulyſſipponenſis circa Eccleſias, & Beneficia donata per Reges dicto Monaſterio.*

20 *Refertur Indultum Apoſtolicum.*

21 *Illa Beneficia erant regulanda, ſicut cætera Beneficia Patronatus Eccleſiaſtici, ſi illa Indulta non extitiſſent.*

22 *Jus Patronatûs Regium permutatum cum aliquo, vel cum aliqua re Eccleſiaſtica amittit primævam naturam, & manet de Patronatu Eccleſiaſtico, & res Eccleſiaſtica, ſeu Patronatus Eccleſiaſticus manet*

net de Patronatu Regio.

23 *Per mutationem perſonæ mutatur etiam qualitas bonorum, & privilegiorum.*

24 *Beneficia juris Patronatûs Regii, & ſæcularis donata ſimpliciter, & in perpetuum ſtatui Eccleſiaſtico, comprehenduntur in regulis reſervatoriis, exceptis quatuor menſibus Patroni Eccleſiaſtici.*

25 *Hæc Beneficia ſic donata, & permutata providentur per Concurſum.*

26 *Quando Rex, vel Patronus ſæcularis donat Eccleſiæ jus tantum præſentandi, reſervato ſibi expreſſè jure Patronatus; tunc retinent primævam naturam Patronatûs Regii, & ſæcularis.*

Ibi. *Jus præſentandi, eſt veluti uſusfructus.*

27 *Quando donator expreſſè non reſervat aliquid, donatio eſt abſoluta, & irrevocabilis.*

28 *Per illam donationem transfertur ſimpliciter jus Patronatus.*

29 *Reges poſſunt facere donationes juris Patronatus Coronæ.*

30 *Si in fundatione, vel donatione juris Patronatûs Regii, & ſæcularis donati Eccleſiæ cavetur expreſſè, nè talia Beneficia intrent in reſervationibus Apoſtolicis; tunc ſemper retinent primævam naturam.*

31 *Idem dicendum ſi donetur alicui laico in perpetuum, & ejus deſcendentibus.*

Ibi. *Et ſi moriatur ſine illis, non ideo Eccleſia manet libera, ſed iterum redit ad Coronam.*

32 *Plures referuntur Sententiæ Coronæ juxta reſolutiones ſupra dictas.*

33 *Vide Sententias uſque ad num.* 48.

50 *Sententiam in favorem Monaſterii* S. Joannis de Tarouca.

51 *Fuit lata contra jus, & communem DD. Sententiam.*

52 *Eſt unica in materia ſubjecta.*

53 *Fuit adducta in exemplum in aliis cauſis poſterioribus, & nunquam fuit ſequuta.*

Ibi. *Exemplis, non eſt judicandum, ſi non ſint juri conformibus.*

54 *Eccleſia de* Samudães *fuit tranſlata in Monaſterium de* Tarouca *titulo permuttationis, & ſortita fuit naturam Donatarii, & ita judicatum.*

HÆc quæſtio eſt frequentiſſima in Judicio Coronæ, in quo quotidie Donatariorum Eccleſiaſticorum vociferationes, & tonitrua generali omnium ſcandalo audiuntur.

Eo innixi fundamento tale jus Patronatus ſic donatum eandem naturam apud Donatarios retinere, prout cætera jura Regalia: ex noſtra Ordinatione *lib.* 2. *tit.* 35. §. 5. 6. & §. 24. Cabed. 2. *part. deciſ.* 65. *num.* 3. *& de Patron. Reg. Coron. cap.* 4. *n.* 6. *& cap.* 12. *num.* 6. *& cap.* 5. *num.* 2. Phœb. 2. *part. deciſ.* 163. *mon.* 15. *& deciſ.* 213. *num.* 9. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 29. *num.* 2. *ad finem.* Et dicunt ita judicatum in Patronatu *Sancti Petri de Samudães*, Lamecenſis Diœceſis in favorem Monaſterii *S. Joannis de Tarouca*, quod titulo permutationis in dictum Monaſterium fuit translatum per Regem *Dionyſium*, de qua *infra num.* 50. 1

Sed iſtud fundamentum aberrat toto Cœlo à veritate, nec *Ordinationibus* relatis comprobatur, ut per Oliv. *de Foro Eccleſ. part.* 1. *q.* 7. *à n.* 36. illæ enim *Ordinationes* non diſponunt, illud jus Patronatus apud quoſcunque Donatarios primævam naturam retinere; ſed ſolum, nè tale jus alienetur, nec dividatur inter filios Donatarii, & quod totum tranſeat in integrum in Primogenitum, prout cætera bona Coronæ; ita Ordinat. *dict. tit.* 35. §. 5. ibi: 2

Naõ poſſaõ ſer partidos, nem alheados, e vieſſem ſómente ao filho mayor varaõ legitimo, aſſim dahi em diante por linha direita deſcendente,

dente, aſſim como dito he nas couſas da Coroa do Reino.

Idem repetitur *d tit.* 36. §. 6. *&* §. 24. Petrus Barboſ. *in L. Comperit*, *n.* 182. *Cod. de Præſcript.* quòd ita conſtitutum eſt inter Donatarios ſæculares, proter ſpem revertendi ad Regium Patrimonium.

14 *Non currit impedito, & ignoranti.*

15 *Dif-*

15 *Differentia inter tempus conceſſum in favorem alicujus, & conceſſum ad convincendam negligentiam, & malitiam.*
16 *In primo caſu currit impedito, & ignoranti; & num. 17.*
18 *In ſecundo non currit impedito, & ignoranti.*
19 *Epiſcopus de Juſtitia, & de rigore juris, confert intra ſemeſtre, & Patronus ex gratia præſentat intra ſemeſtre, & ideo ei currit tempus.*
20 *Tempus non currit impedito ad ordinandum.*
21 *Ex proviſione jure devoluto nullum præjudicium infertur Patrono.*
22 *Proviſus jure devoluto tenetur acceptare præſentationem evincentis.*
23 *Victor non poteſt alium præſentare.*
24 *Admittitur præſentatus à Patrono exiſtente in poſſeſſione præſentandi, quando alter ei movet quæſtionem in proprietate.*
25 *Semper attenditur ultimus ſtatus.*
26 *Qui eſt in poſſeſſione præſentandi, juſtè, & validè præſentat.*
27 *Quando uterque litigat ſuper poſſeſſione, vel proprietate, neuter præſentat; & ſi præſentet, non admittitur præſentatus, quouſque quæſtio terminetur.*
28 *Tunc impedimentum eſt ex parte litigantium.*
29 *Sic contigit in facto.*
30 *Concurſus fieri debet in Parochialibus, quæ providentur jure devoluto.*
31 *Capitulum Sede vacante etiam poteſt providere per concurſum jure devoluto.*
32 *Lapſo quadrimeſtre* Ferdinandus *agit de poſſeſſione in ſæculari.*
33 *Vicarius Generalis non poteſt conferre beneficia, niſi ex ſpeciali commiſſione Epiſcopi.*
34 *Inhibitio ſuſpendit juriſdictionem, & omnia facta poſt eam nulla ſunt.*

Certum eſt in jure, quòd Patroni ſæculares habent quadrimeſtre ad præſentandum: Cap. *Quoniam* 3. *cap. Si verò* 12. *cap. Cum propter* 27. *de jur. Patron. cap.* 1. §. *Verum eodem tit. in* 6. & Patroni Eccleſiaſtici habent ſemeſtre: Cap. *Eam te* 22. *de jur. Patronat. dict. cap.* 1. §. *Verum, eodem tit. in* 6. Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 6. *n.* 30. *& part.* 10. *cap.* 2. *n.* 6. *& cap.* 3. *num.* 1. Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 59. *n.* 1. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *n.* 126. *& alleg.* 126. *n.* 40. *& de jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 168. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 28. *num.* 1. Themud. 2. *p. deciſ.* 196. Barboſ. *in cap. Cum propter, num.* 3. *de jur. Patron.* 1

Si lapſo ſemeſtre, vel quadrimeſtre, reſpectivé non præſentent, tunc Epiſcopus providet Beneficia utriuſque Patronatus jure devoluto: Cabed. *dict. cap.* 28. *num.* 2. Barboſ. *dict. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 165. *& DD. ſupra*, & authoritate propria. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 58. *n.* 14. Lara *de Capell. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 28. Barboſ. *in cap. Quoniam* 3. *num.* 1. *& num.* 6. *de jur. Patron. & in cap.* 51. *Verò, à n.* 1. *eodem tit. & in cap. Eam te, num.* 8. *eodem tit. & in cap. Cum propter, num.* 1. *&* 4. 2

Si autem lis moveatur inter Patronos ſæculares ſuper jure Patronatus, tam in poſſeſſorio, quàm in proprietate, & non terminetur intra quadrimeſtre; tunc pro illa vice providet Ordinarius jure devoluto: ita text. *in cap. Quoniam* 3. *in fin. de jure Patronat.* ibi: *Ordinet Antiſtes Eccleſiam, ſicut melius eam ſecundùm Deum viderit ordinandam, & id ipſum etiam faciat, ſi de jure Patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat intra quatuor menſes non fuerit definitum. Et Cap. Si verò* 12. *eodem tit.* ibi: *Et pro controverſia laicorum de jure Patronatus inter ſe diſceptantium prorogatur. Fas tibi ſit appellatione remota, in eandem perſonam* 3
ido-

idoneam reſtituere. Cap. Cum propter 27. *eodem tit.* ibi: *Mandamus quatenus ſi de jure Patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & ab eo, cui competit intra quatuor menſes non fuerit definitum, ex tunc Eccleſiam ipſam de perſona non differas idonea ordinare.* Barboſ. *in Collect. ad dicta jura.* Themud. *dict. deciſ.* 196. *num.* 6.

4 Idem etiam procedit, ſi inter Eccleſiaſticos quæſtio intra ſemeſtre non terminetur; ita Cap. *Eam te* 22. *de jur. Patron.* ibi: *Si intra ſex menſes, poſtquam vacaverint, non fuerit controverſia terminata, licitum tibi ſit de perſona idonea ordinare.* Barboſ. *in Collect. ibidem.*

5 Ita judicatum in Rota, quam refert, & ſequitur Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 6. *num.* 30. *in ſecundo caſu*, ibi: *Quando Patroni litigant de jure Patronatus, vel de poſſeſſione juris Patronatus, Epiſcopus debet expectare laicos per quatuor menſes, intra quos debet cauſa definiri; aliàs eis elapſis, Epiſcopus ordinabit Eccleſiam, ſine præjudicio evincentis, advertitque ibidem Zabarella, hunc eſſe caſum ſpecialem, in quo contra impeditum currit tempus.* Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 60. *num.* 1. ibi: *Quando Patroni litigant ſuper Patronatu, ſi Patronus eſt Eccleſiaſticus expectabit Epiſcopus lapſum ſex menſium à tempore vacationis, & ſic loquitur Cap. Eam te, de jur. Patron. Si verò Patronatus ſit ſæcularis expectabit lapſum quatuor menſium, & ſic intelligitur Cap. Quoniam, & Cap. Cum propter, eodem tit.* & ibi: *Unde quiſque expectatur intra tempus ſibi præfixum ad præſentandum, quo transacto, poteſt ſuperior, qui habet inſtituere, conferre Beneficium, quia ob Patronorum diſſentionem defertur Epiſcopo Eccleſia proviſa.*

6 Hanc reſolutionem ſequuntur DD. ut per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 11. *n.* 70. *& à n.* 35. Riccius *Prax. de Jur. Patron. deciſ.* 188. *num.* 190. Gregor. Lop. *Diſcens communem, in L.* 11. *tit.* 15. *partitar.* 1. *verſ.* 4. Plures quos refert, & ſequitur Lambertin. *de Jur. Patron. lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 9. *num.* 6. Sanch. *dict. dub.* 60. *num.* 1. *& num.* 4. *in fin.* Gloſſ. 1. *in cap. Secundo* 16. *quæſt.* 7. Lara *de Capell. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. *verſ. Extra tamen.* Garc. *de Benef. part.* 10. *cap.* 2. *n.* 19. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 28. *ad finem.* Flor. de Men. *Var. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 33. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 140. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 149. *num.* 1. *&* 2. & pro iſta praxi eſt textus expreſſus in Hiſpania *in L.* 11. *tit.* 15. *partitarum* 1. ut per Lar. *dict. cap.* 9. *n.* 38. *in fin.* Sanch. *dict. dub.* 60. *n.* 1.

Ampliatur quanvis litigium ante 7
Beneficii vacationem moveretur; quia, ſi intra tempus limitatum controverſia non terminetur, providet Epiſcopus jure devoluto: ita Sanch. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 60. *num.* 2. ibi: *Si autem lis mota eſt ante Eccleſiæ vacationem, & tantum duravit, ut lite pendente Eccleſia vacaverit, à die vacationis curret dictum ſemeſtre, vel quadrimeſtre, quo finito ante deciſionem litis, devolvetur inſtitutio ad Superiorem.* Et ibi alios refert.

Limitatur ſupra dicta reſolutio, 8
quando quæſtio vertitur inter Epiſcopum, & Patronum; tunc enim Patrono tempus non currit, nec elapſo termino poteſt Epiſcopus Eccleſiam providere, nè alias in ſua eſſet poteſtate movere quæſtiones ad impediendas Patronorum præſentationes, ut lapſo termino ad præſentandum, poſſet liberè Eccleſias conferre: ita *text. in cap. Cum de Offic. Ordin.* ibi Abbas *num.* 7. & ibi Gloſſ. *verb. Æconomos.* Gloſſ. *ult. in fin. in dict. cap. Eam te.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 58. *num. ult. in fin. & alleg.* 72. *n.* 140. *in fin.* Riccius *de Jur. Patron. deciſ.* 188. *num.* 191. *&* 192. Vivian. *eodem tit. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 14. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 11. *à n.* 67. Et ſolum in his terminis ponit Ordinarius æconomum, durante lite: Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 10. *n.* 181.

Lar.

Iara *de Capell. lib. 2. cap. 9. n. 38.* Barboſ. *in cap. Eam te, n. 6. de jur. Patron.*

9 Iſtud tempus currit Patronis à die vacationis: ex *d. cap. Quoniam*, ibi: *Intra quatuor menſes*; & ex juribus ſupra *num. 3. & 4. Cap. 2. de Supplend. neglig. Prælator. in 6.* Sanch. *dict. dub. 60. num. 1.* ibi: *A tempore vacationis*; & *num. 2.* ibi: *A die vacationis.* Vivian. *de jur. Patron. lib. 7. cap. 2. num. 1.* Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap. 28. num. 1.* Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. alleg. 72. n. 134.* Flor. *Var. lib. 1. quæſt. 3. à num. 20.* Lambertin. *de Jur. Patron. lib. 1. art. 8. num. 2. & à n. 11. & n. 18.* dixit communem, ſervandam in praxi, quia eſt in favorem Eccleſiarum, nè ex diuturna vacatione diſpendia patiantur: Flor. *dict. q. 3. à n. 30. & n. 38.*

10 Quare currit de momento ad momentum: ut per Vivian. *de Jur. Patronat. lib. 7. cap. 4. num. 2.* quin detur moræ purgatio: Vivian. *eod. tract. lib. 14. cap. 6. n. 20.* Barboſ. *alleg. 58. num. 5. in med.*

11 Ratio eſt, quia tempus limitatum à jure, vel ab homine, eſt continuum, & ſemper currit: L. *Nunquam 32. §. 1. ff. de Uſucap.* Gloſſ. *verb. Per annum, in cap. 2. de Tempor. Ordin. in 6.* Gloſſ. *verb. Continuum, in Clement. 1. de in integr. reſtit.* Gom. *3. Var. cap. 1. num. 3.* Flor. de Men. *dict. quæſt. 3. num. 35.* Vivian. *de Jur. Patron. lib. 7. cap. 4. n. 9. & 10.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg. 126. n. 43.*

12 Quod de novo fuit à jure ſtatutum in favorem Eccleſiarum: ex ſupra dictis, & ex Lambertin. *d. lib. 2. quæſt. 1. art. 2.* Garc. *de Benef. p. 10. cap. 2. num. 19.* Barboſ. *dict. alleg. 72. num. 140.* & facit text. *in dict. cap. Quoniam, de jur. Patron.* ibi: *Præſenti decreto ſtatuimus.* Quod verbum jus novum inducit: DD. *per text. in cap. Satuimus, de Offic. deleg. in 6.* Gloſ. *verb. Decernimus, in Clement. Per literas, de Præbend.*

13 Quare non poteſt Epiſcopus proviſionem differre: ex text. *in dict. cap. Cum propter, de Jur. Patron.* ibi: *Ex tunc Eccleſiam ipſam de perſona non differas idonea ordinare.* Quod ſibi jubetur appellatione remota in dicto *Cap. Si verò 12. eodem tit.* ibi: *Fas tibi ſit appellatione remota in eadem perſonam idoneam inſtituere.* Aliàs ſi fuerit negligens devolutio fit gradatim: Merlin. *tom. 1. deciſ. 59. à num. 3. & deciſ. 89. num. 1.* ex citatis *Reſol. 26. num. 12.*

Nec obſtat, quòd tempus currat Epiſcopo ad conferendum intra ſemeſtre à tempore ſcientiæ, & non à tempore vacationis: ex Cap. *Quia diverſitatem, de Conceſſ. Præbend. in fin.* Vivian. *de Jur. Patron. lib. 3. cap. 2. num. 7. & lib. 14. cap. 6. n. 9.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. alleg. 58. n. 5. & alleg. 126. n. 42. & alleg. 72. n. 124. in med.* 14

Nec etiam, quòd impedito tempus non currat: ex Cap. *Commiſſ. de Elect. in 6.* Vivian. *dict. lib. 7. cap. 2. num. 11. & cap. 4. num. 13.* Salgad. *de Protect. Reg. part. 1. cap. 7. n. 65. cum ſeqq.* ubi plura adducit. 15

Quia differentia conſtituenda eſt inter tempus conceſſum à Lege in favorem alicujus, & inter tempus conceſſum ad convincendam negligentiam, vel malitiam illius, qui intra tempus à jure præfinitum rem non facit, quam diſtinctionem facit *Gloſſa* communiter recepta *in cap. Statutum, de Præbend. in 6.* DD. *per text. in Auth. Hodie, Cod. de Appell.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg. 126. à n. 44.* Flor. *Var. lib. 1. q. 3. à n. 29.* Sanch. *Conſil. lib. 2. cap. 3. dub. 59. n. 9.* 16

In primo caſu currit tempus impedito, & ignoranti, nè quod in favorem alicujus conceditur, in ejus diſpendium retorqueatur, contra regulam *Quod ob gratiam, de Regul. Jur. in 6.* & in hoc ſenſu procedit text. *in cap. Statutum, de Præbend. in 6.* ubi menſis conceſſus Summo Pontifici, ut intra illum provideat Beneficia vacantia in Curia, non eſt in ipſius odium, nec ad convincendam ejus negligentiam, ſed in favorem Eccleſia- 17

cleſiarum, nè diu vacarent fuit etiam in favorem Ordinariorum, quibus de jure communi collatio Beneficiorum pertinet: ideo nihil mirum ſi tempus currat à tempore vacationis, quanvis impeditus, & ignorans: Flor. *dict. quæſt.* 3. *n.* 29.
17 & 20. Barboſ. *dict. alleg.* 126. *n.* 53.

Et in hoc ſenſu procedunt jura relata *ſupra num.* 3. ubi tempus currit Patronis impeditis, quia tempus iſtud fuit conceſſum in favorem Eccleſiarum, & quia Beneficia facilè revertuntur ad primævam naturam, & priſtinum ſtatum libertatis, ſemper enim præſumuntur libera: ex Cap. *Omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *cap. Regend.* 10. *quæſt.* 1. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 7. *num.* 25.

18 In ſecundò caſu non currit tempus, quia cùm ſit conceſſum ad convincendam malitiam, vel negligentiam, non currit impedito, vel ignoranti: ex *dict. Cap. Quia diverſitatem, de Conceſ. Præbend.* quia ſemeſtre ibi conceſſum Ordinariis ad conferendum, fuit conceſſum de juſtitia, & rigore juris, & ad convincendam eorum negligentiam.

19 At verò quadrimeſtre conceſſum Patronis ſæcularibus eſt ex gratia, & ideo reſtringitur, & elabitur tempus ſine eorum culpa, quanvis impediti, propter bonum Eccleſiarum: ita Flores de Men. *d. quæſt.* 3. *à num.* 29. *qui num.* 33. ubi hanc conſtituit differentiam inter Patronum, & collatorem, & ſequendam eſſe in praxi in judicando, & conſulendo, tanquam veriorem de rigore juris, & favorabiliorem Eccleſiis, quam ſequitur *Lambertin.* & pro ea dicit judicatum: Flor. *dict. quæſt.* 3. *num.* 38.

20 Tempus verò aſſignatum in *Cap. Commiſſa, de Elect. in* 6. non currit impedito, & ignoranti, quia fuit ad convincendã negligentiam Parochi, qui noluit promoveri ad Sacerdotiũ intra annũ: ita Gloſ. *verb. Impedimento in dict. Cap. Commiſſa*, varia exempla adducens *Cap. Quam ſit, in fin. de Elect. in* 6. Gloſſ. *verb.* Numerandum, *in dict. cap. Statutum.* Flor. *dict. quæſt.* 3. *num.* 29. *cum ſeqq.*

Ex hac proviſione jure devoluto 21
nullum præjudicium infertur Patrono in futurum: ex text. *in dict. cap. Cum propter, de Jur. Patron.* ibi: *Ex hoc non debeat in poſterum præjudicium generari illi, qui jus evicerit Patronatus. Cap. Conſultationibus, eodem tit.* ibi: *Cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in poſterum præjudicium generetur.* Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 28. *n.* 2. Barboſ. *in Bullar. verb.* Jus Patronatus, *num.* 15. & *de Canon. cap.* 2. *n.* 133. Garc. *de Benef part.* 10. *cap.* 3. *num.* 42.

Ratio eſt; quia proviſus jure de- 22
voluto per Ordinarium tenetur poſt Sententiam acceptare præſentationem evincentis: ex text. *in cap. Si verò* 12. *de jur. Patron.* ibi: *Ita quod repreſentetur ab eo, qui jus evicerit Patronatus.* Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 11. *num.* 71. & 72. ubi plures refert, & Gloſſ. *verb.* Repreſentetur, *in dict. Cap. Si verò*, dicit, quòd in hac nova præſentatione non confertur novum jus proviſo jure devoluto; iſtud enim habet plenarium per ſuam collationem, ſed repreſentatur à Patrono vincenti, ut ipſe conſtituatur in quaſi poſſeſſione præſentandi: idem dicit Gloſſ. *verb.* Ordinet, *in dict. cap. Quoniam, de Jur. Patron.* Salgad. *cap.* 11. *num.* 72. ubi plures refert.

Sed non poteſt Patronus, qui vi- 23
ctor evaſit, removere proviſum jure devoluto, & alium præſentare: Cap. *Conſultationibus, de Jur. Patron.* ibi: *Inſtitutus non debet ab ipſa propter hoc removeri. L.* 11. *tit.* 15. *partit.* 1. Lambertin. quem refert, & ſequitur Lara *de Capel. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 39. Sanch. *Lib.* 2. *Conſil. cap.* 3. *dub.* 59. *num.* 7.

Declara tamen ſupra dicta, quod 24
ſi litigium vertatur inter Patronum, qui eſt in poſſeſſione præſentandi, &

& alterum, qui ei movet quæſtionem ſuper proprietate; tunc eſt admittendus præſentatus poſſidentis, nè pendente lite commodo ſuæ poſſeſſionis privetur: ex text. *in cap. Conſultationibus*, *de Jur. Patron. cap.* 1. *ut lite pendent.* Plures per Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 6. *num.* 22. Flor. de Mena *d. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 32. Gutier. *Pract. lib.* 4. *q.* 48. *à n.* 41. Salgad. *d.* 3. *p. cap.* 10. *n.* 179. *& cap.* 9. *n.* 146. Cald. *Conſ.* 5. *n.* 24. *&* 25. Themud. 2. *part. deciſ.* 196. *num.* 8. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 450. *num.* 5. & in his terminis nnn datur devolutio: ex DD. ſupra; & vide Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *à num.* 140. ubi quinque caſus diſtinguit.

25 Attenditur enim ſemper ultimus ſtatus, & immediata poſſeſſio: *Cap. Cum Eccleſia Sutrina, de Cauſ. poſſeſſ. d. cap. Conſultationibus.* Rota *deciſ.* 24. *n.* 2. *de Præbend. in novis, & deciſ.* 49. *verſ. Item, quia ultimus ſtatus, de Reſcriptis in antiquis.* Plures per Mareſc. *Lib.* 1. *var. cap.* 55. *num.* 1. & refert deciſum Vivian. *in Prax. jur. Patron. deciſ.* 44. *num.* 1.

26 Ille enim, qui eſt in poſſeſſione præſentandi, juſtè, & validè præſentat: ex *d. cap Conſultationibus.* Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 4. ubi plures refert, *& num.* 10. affirmat eſſe inſtituendum præſentatum per Patronum putativum, qui eſt in poſſeſſione præſentandi, & plura alia ad inetntum reſolvit numeris ſequentibus, & iſte præſentatus non removetur, quanvis Patronatus poſtea evincatur: Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 450. *à num.* 2.

27 Si verò neuter ex litigantibus ſuper poſſeſſione, vel proprietate habeat poſſeſſionem, neuter præſentat; & ſi præſentet non admittitur præſentatus, quòuſque quæſtio terminetur: ex Cap. *Cum M. in fin. de Conſtitut. cap.* 2. *in fin. de in integrum reſtit.* Gloſſ. *in cap. Ex literis, verb.* Vel ante quam, *in fin. de Jur. Patronatus.* Cald. *Conſil.* 1. *n.* 28. *in fin.* ubi plures refert.

Tunc enim impedimentum datur ex parte eorundem litigantium, & cum alteri eorum ſit judicandum jus Patronatûs, non datur maior ratio, ut magis admittatur præſentatio hujus, quàm illius: ita reſolvit Garc. *per text. in cap.* 2. *de in integr. reſtit. dict.* 5. *part. cap.* 6. *num.* 22. *& num.* 30. *& part.* 10. *cap.* 2. *num.* 19. Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 171. & in his terminis providet Ordinarius jure devoluto, lapſo termino ad præſentandum: ex dictis *ſupra num.* 7. *cum ſequentib.* 28

Sic cnntigit in facti contingentia in *Archiepiſcopatu Bracharenſi*; vacante enim Eccleſia *S. Mamantis de Ferreira* anno 1636. *Ferdinandus Pereira*, & *Vice-Comes Villæ Novæ da Cerveira*, ſe oppoſuerunt, contendens uterque ad ſe in ſolidum jus Patronatûs dictæ Eccleſiæ pertinere, & eſſe in poſſeſſione præſentandi, quos juſſit *Archiepiſcopus* juſtificare jus Patronatûs: ex Decret. *Concilii Trident. Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* 29

Quia tamen controverſia inter ipſos non fuit terminata intra quadrimeſtre, nec ſuper poſſeſſione, nec ſuper proprietate, Archiepiſcopus jure devoluto pro illa vice, & ſine præjudicio evicentis, juſſit ponere Eccleſiam in concurſu in forma *Concil. Trident. Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* qui etiam fieri debet in Beneficiis jure devoluto providendis: Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 59. *num.* 19. *in fin. & in Collect. deciſion. collect.* 66. *n.* 4. *& collect.* 441. *n.* 17. *& Offic. Parochi, cap.* 2. *n.* 131. *& in cap. Literas, à n.* 3. *de Supplend. neglig. Prælat.* Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 11. *num.* 84. & eam contulit *Franciſco de Faria*, cui fuit adjudicatus concurſus, & immiſſus fuit in illius pacificam poſſeſſionem. 30

Idem concurſus fieri debet in Beneficiis devolutis ad Capitulum Sede vacante, quod etiam poteſt conferre jure devoluto: ex Joanne Andrea *in cap. Quanquam, de Elect. in* 6. Ab- 31

bas *in cap.* 2. *Nè Sede vacante*, *n.* 3. *verſ. Sed limita hunc textum.* Felin. *in cap. Cum olim*, *num.* 3. *de Maioritat. & Obed.* Sanch. *Conſ. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 61. *num.* 1. Zerola *in Prax. p.* 1. *verb.* Capitulum, §. 5. *&* 2. *part. eod. verb.* §. 10. Zechius *de Beneſ. & Penſion. cap.* 5. *num.* 5. *ad fin.* Riccius *in Prax. aurea*, *reſol.* 237. *num. ult.* Petrus Greg. *Sintagmat. juris*, 2. *part. lib.* 7. *cap. quæſt. num.* 43. Lambert. *de jur. Patron. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 2. *art.* 8. *n.* 6. Molin. *de Juſtit. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 12. Dian. *tom.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 27. quia Beneficia devoluta, non ſunt reſervata: Plures per Themud. 3. *tom. q.* 9. *num.* 5. *in fin.*

32 Lapſo quadrimeſtre dictus *Ferdinandus* egit de juſtificatione poſſeſſionis juris Patronatus in Judicio ſæculari contra reſoluta *ſupra Reſolut.* 40. & tuitivam impetravit, contra quam dictus *Vice-Comes* impedimenta obtulit, & latâ Sententiâ in favorem dicti *Ferdinandi*, ipſe, jam elapſis duobus annis *Diploma Regium* impetravit (quin in ſupplica mentionem faceret jam Beneficium eſſe proviſum jure devoluto in forma relata) ut mitteretur in poſſeſſionem, & ejus præſentatus.

33 Cùmque *Proviſor Archiepiſcopi* eſſet requiſitus ut præſentato *Ferdinando* conferret Beneficium Precatorio non detulit; tum quia Archiepiſcopus ſibi Beneficiorum collationes reſervaverat, & non poterat conferre, niſi ex ipſius ſpeciali commiſſione: ex Cap. *ult. de Offic. Vicar. in* 6. Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *num.* 7. Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 5.

34 Tum quia fuerat inhibitus per collectorem, & per inhibitionem fuit ſuſpenſa, & impedita ejus juriſdictio: ex Marcheſ. *de Commiſſ.* 2. *p. commiſſ.* 1. *cap.* 1. *num.* 19. *&* 20. & omnia facta poſt inhibitionem nulla ſunt: Gratian. *Deciſ.* 132. *num.* 2. Mendes à Caſtro *Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 32.

Quare dictus *Ferdinandus* ab eó 35
gravamen interpoſuit ad Coronam *Senatus Portuenſis*, ubi proviſus fuit, ſed expeditis Chartis rogatoriis in forma Ordinationis Regiæ Luſitanæ *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6. & devolutà cauſâ ad *Tribunal Palatii*, ibi decretum eſt Chartas fuiſſe malè expeditas, & non eſſe ſervandas, & ita obſervatum eſt.

RESOLUTIO XLIII.

An interpoſito gravamine ad Coronam à Judice Eccleſiaſtico debeat interim ſuperſedere, ita ut ab eo geſta pendente recurſu nulla, & attentata dicantur, & tanquam talia revocentur?

SUMMARIUM.

1 *Par eſt aliquid fieri appellatione pendente, vel recurſu pendente.*

2 *Appellatio ligat manum Judicis inferioris.*

3 *Judex ſi velit procedere appellatione pendente, ei reſiſti poteſt.*

4 *Appellatione pendente omnia tanquam attentata revocantur.*

5 *Judex ex officio debet attentata revocare.*

Ibi. *Attentans conetmnit jus, Judicem, & partem.*

6 *Judex, qui non reponit attentatum, committit injuſtitiam.*

7 *Facta, recurſu pendente, ſunt attentata.*

8 *Contrarium verius.*

9 *Supplicatione pendente executio non ſuſpenditur.*

Ibi. *Nec etiam recurſu pendente.*

10 *Ut detur attentatum, neceſſe eſt, quòd detur litis pendentia.*

11 *In recurſu ad Coronam non datur litis pendentia.*

12 *Pendente recurſu non datur attentatum.*

13 *Ita judicatum, & num.* 14.

15 *Atten-*

15 *Attentatum non revocatur, quando conſtat de notorio juris defectu petentis revocationem.*
16 *Acta faciunt rem notoriam.*
Ibi. *Attentatum non datur poſt tres Sententias conformes, nec poſt rem judicatam.*
Ibi. *Appellatio non datur à tribus conformibus.*
17 *Non committit attentatum qui capit poſſeſſionem Beneficii vacantis.*
18 *Attentatum non datur contra tertium, qui non fuit in lite.*
19 *Et ita judicatum.*

1 AFfirmant plures omnia innovata, pendente recurſu eſſe revocanda; ex eo quia paria ſunt in jure aliquid fieri, appellatione pendente, vel recurſu pendente: ex L. *Eos*, *Cod. de Appellat. cap. Licet*, *in fin. de Elect.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 24. *verſ. Dubitari in medio.* Cevalh. *de Cognit. per viam violent.* 2. *part. q.* 14. *à n.* 42. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 1. *&* 2.

2 Sed appellatio ligat manus Judicis inferioris, & ſuſpendit ejus juriſdictionem, & ab eo eximit appellantem cum ſuis adhærentibus: Cap. *Dilectus filius I. Sarracenus* 29. *de Reſcript.* Plures per Surd. *Conſ.* 149. *num.* 4. *& conſ.* 271. *num.* 36. Vant. *de Nullitat. tit. ex defect. juriſdict. Ordin. num.* 141. Sanch. *Conſil. lib.* 3. *cap. unic. dub.* 32. *num.* 24. Oliv. *ſup. num.* 2. Plures per Olivam *de Foro Eccleſiæ*, *part.* 1. *q.* 17. *n.* 14.

3 Adeo, quòd ſi procedat, & velit exequi, poteſt ei impunè reſiſti: DD. *per text. in cap. Si quando*, *de Offic. delegat. L. Quoniam Judice*, *Cod. de Appellat.* Surd. *dicto Conſ.* 271. *num.* 35. Oliv. *ubi ſupra n.* 17.

4 Quare, quidquid fit appellatione pendente, revocatur tanquam nullum, & attentatum: Cap. *Quoties Epiſcopus* 2. *quæſt.* 6. *cap. Non ſolum* 7. *de Appellat. in* 6. *cap.* 1. *Ut lite pendente.* Ordinatio Regia Luſitana *lib.* 3. *tit.* 73. *in princip.* Lancelot. *de Attent.* 3. *p. cap.* 28. *num.* 58. Covar. *Practic. cap.* 23. *num.* 1. Vant. *ubi ſupra n.* 141. Oliv. *dict. q.* 8. *à num.* 15. *&* 17.

Immo Judex ex officio, & motu proprio in cauſa appellationis debet ante omnia revocare, & reponere attentata: Xamar. *de Offic. Judic. part.* 1. *q.* 9. *n.* 219. Gail *lib.* 1. *obſ.* 146. *num.* 7. Valaſc. *Conſult.* 91. *num.* 2. *& conſult.* 156. *num.* 33. *in fin.* Quia attentans contemnit jus, Judicem, & partem: Lancelot. 3. *p. de Attentat. cap.* 30. *num.* 257. *&* 262. Marcheſ. *de Commiſſionib.* 2. *part. commiſſ.* 2. *cap.* 1. *num.* 32. Valaſc. *dict. Conſult.* 91. *num.* 2. Phœb. 2. *part. areſt.* 58. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 3. *&* 4. 5

Et ſi Judex ad quem, non reponit attentatum committit injuſtitiam: Lancelot. *dict.* 3. *part. cap.* 21. *num.* 14. Afflict. *Deciſ.* 98. *num.* 5. Marcheſ. *dict.* 2. *p. commiſſ.* 3. *cap.* 1. *num.* 24. 6

Ergo etiam quidquid fit recurſu pendente, eſt nullum, & attentatum, quia habetur loco appellationis, & connumeratur inter ea, quæ operantur effectum ſuſpenſivum, ut cum aliis reſolvit Cevalh. *de Cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 14. *à num.* 42. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 7. *num.* 24. *verſ. Dubitari*, *in med. & cap.* 9. *num.* 28. *ad fin.* Mendes à Caſtr. *in Prax. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. *verſ. Cæterum quidquid.* Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 7. *à num.* 1. *uſque ad* 9. ubi refert ſex rationes pro hac parte. 7

Sed contraria Sententia eſt ſequenda in judicando, & conſulendo, quam ſequitur optimis rationibus *Salgadus* omninò videndus *dict. cap.* 7. *à num.* 10. *ubi num.* 11. dicit, pluribus relatis, recurſum non ſuſpendere, ſicut appellatio: Gracian. *deciſ.* 92. *num.* 8. Scac. *de Appell. q.* 19. *remed.* 3. *num.* 30. *&* 33. ubi dicit, quòd à pari procedit recurſus ad 8

Re-

Regem, & ſupplicatio: Barboſ. *in Votis, lib.* 1. *vot.* 4. *num.* 76. *in med.* Oliv. *de For. Eccleſ. quæſt.* 20. *à n.* 3. *part.* 1.

9 Ergo quemadmodum, ſupplicatione pendente, executio non ſuſpenditur: ex *Auth. Quæ ſupplicatio*, *Cod. de Precib. Imperat. offerend.* Cald. *ad L. Si curatorem*, *verb. Per quod in priſtinum*, *num.* 32. ubi plures refert. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 23. Lancelot. *de Attent.* 2. *part. cap.* 19. *à num.* 16. *&* 19. Valaſc. *Conſ.* 51. *num.* 28. Ita etiam nec recurſus ſuſpendet, nec cauſabit attentata: Salgad. *ubi proximè num.* 12. *&* 13. Oliv. *dict. part.* 1. *quæſt.* 20. *à n.* 3. * Plures per Pegas *ad Ordinationem*, *lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. *cap.* 1. *n.* 66. Portugal *de Donationib. Reg. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 18. Creſpo de Valdaura *Part.* 2. *obſervat.* 118. *n.* 13. Idem Salgad. *de libertat. Benef. art.* 16. *num.* 57. Pareja *de Inſtrument. edict. tit.* 2. *reſolut.* 7. *num.* 36.

10 Ratio eſt; quia ut detur attentatum, neceſſe eſt, quòd detur litis pendentia: DD. *per text. in dict. cap. Non ſolum.* Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 46. Lancelot. *de Attent. part.* 1. *in Præfatione*, *n.* 19. & 20. *&* 2. *part. cap.* 1. *num.* 16. Valaſc. *Conſult.* 156. *à n.* 8. Garc. *de Benef. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 22. *poſt med.* Gratian. *Deciſ.* 10. *num.* 13. Mendes à Caſtro *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 39. *in fin.*

11 Planè in recurſu ad Coronam non datur litis pendentia; in eo enim non agitur de gravamine ordinario ab inferiore ad Superiorem per viam juriſdictionis, ſed de quodam recurſu extrajudiciali, per quod recurritur ad Principem per viam protectionis, & extrajudicialis defenſionis; ut per Salgad. *dict. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 13. 17. *&* 20. *& cap.* 2. *num.* 1. *&* §. 1. *num.* 25. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 4. *num.* 1. *& cap.* 9. *num.* 25. *& cap.* 27. *num.* 25. *&* 39. Oliv. *dict. quæſt.* 20. *n.* 5. *&* 6.

12 Ergo eo pendente non datur attentatum: ex Lancelot. *dict.* 2. *part. cap.* 19. *à num.* 16. *&* 19. ubi pluribus relatis reſolvit recurſum non ſuſpendere, nec cauſare attentatum: Salgad. *dict. cap.* 7. *à num.* 45. & ſolum ex urbanitate poteſt, eo pendente, Judex Eccleſiaſticus ſuperſedere: Salgad. *dict. cap.* 7. *num.* 34. * Attamen pendente recurſu, quando Acta Originalia fuerunt ad Senatum tranſportata, ſi Judex aliquem actum gerat requirentem cauſæ cognitionem; talis actus nullus erit, non ex Capite pendentis recurſus, ſed ex defectu cognitionis cauſæ: Salgad. *ubi ſupra num.* 36.

Ita judicatum *in Judicio Coronæ* in favorem *D. Joannis de Guimarães*, qui cum provideretur in concurſu per Archiepiſcopum Primatem *D. Sebaſtianum de Matos de Noronha* in Eccleſia *S. Petri de Polvoreira*, Abbatiſſa Monaſterii *Sanctæ Claræ de Villa de Conde* illum impugnavit eo fundamento. Quòd jus Patronatûs dictæ Eccleſiæ ſuo Monaſterio ex donatione Regia pertineret, & eandem naturam retineret: & cum dictus D. *Joannes*, pendente recurſu ad Coronam, per Bullas Apoſtolicas in poſſeſſionem mitteretur, dicta Abbatiſſa in dicto Judicio excipiendo propoſuit illam poſſeſſionem fuiſſe attentatam, & ante omnia revocandam, cui exceptioni delatum non fuit propter rationes ſuprà relatas, & Monaſterium fuit condemnatum in expenſis retardati proceſſus. 13

Idem etiam judicatum fuit in eodem Judicio in mei favorem contra *Franciſcum da Cunha de Guſmaõ.* Cùm enim eſſem proviſus per eundem Primatem in Eccleſia *S. Mamantis de Negrellos* ejuſdem Archiepiſcopatûs, & pendente recurſu per literas Apoſtolicas poſſeſſionem caperem, dictus *Franciſcus* etiam excipiendo propoſuit ante omnia meam poſſeſſionem revocandam tanquam attentatam; & cùm mihi daretur copia exceptionis 14

Ptionis ultra rationes relatas allegavi.

15 Primò, quòd dato, & non conceſſo, quòd in his terminis in Judicio Coronæ daretur attentatum, illud jure attento nec revocari, nec reponi poterat, quando conſtabat de notorio juris defectu petentis revocationem, quia non habebat aliquod jus in cauſa (prout non habebat idem *Franciſcus*) ita Rota *Deciſ.* 2. *in fin. de reſtit. ſpoliat. in novis.* Cabed. *Part.* 1. *deciſ.* 120. *num.* 4. *&* 2. *part. deciſ.* 15. *n.* 18. Garc. *de Beneſ.* 5. *p. cap.* 1. *n.* 417. Seraphin. *Deciſ.* 1306. *num. ult.* Gratian. *Forenſ. deciſ.* 91. *num.* 6. *&* 9. Riccius *in Prax. aurea, reſolut.* 479. *num.* 2. Afflict. *Deciſ.* 98. *num. ultim. in fin.* ubi plures refert Surd. *Conſil.* 189. *num.* 6. Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 73. *ſub num.* 4. Mendes à Caſtro *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 40.

16 De hoc notorio juris defectu conſtabat ex actis, quæ faciunt rem notoriam: DD. *per text. in cap. ult. de Cohabit. Cleric. L. Imperatorem, in princip. ff. de Act. empt.* Plures per Sanch. *de Matrimon. lib.* 10. *diſp.* 12. *num.* 20. Surd. *Conſ.* 189. *n.* 5. quia dictus *Franciſcus* evictus erat per tres Sententias conformes, & non datur attentatum, quia ab ipſis non datur appellatio: Lancelot. *de Attentat. part.* 1. *in Præfat. num.* 38. *&* 2. *part. cap.* 12. *ampliat.* 1. *num.* 20. Pariſ. *lib.* 4. *conſ.* 30. *n.* 36. Marius Anton. *Lib. Var. reſol.* 50. *num.* 16. *& lib.* 2. *reſolut.* 32. *n.* 9. Scacia *Deciſ.* 51. *n.* 3. *in fin.*

17 Nec etiam committit attentatum, qui capit poſſeſſionem Beneficii vacantis (prout erat dicta Eccleſia, quando in illius poſſeſſione fuit immiſſus) ex Lancelot. *de Attentis, p.* 1. *cap.* 3. *num.* 6.

Secundò allegavi, me etiam in lite, quæ uſque ad illud tempus nunquam fuit mecum agitata, & contra tertium, qui non fuit in lite, non dari remedium attentatorum: DD. *per text. in cap. Romana, §. In alium, de Appellat. in* 6. Plures per Lancelot. *dict. part.* 1. *cap.* 3. *à num.* 3. Cabed. *Part.* 1. *deciſ.* 120. *num.* 18. Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 73. *ſub num.* 4. Mendès à Caſtro *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 39.

Quibus omnibus impedimenta rejecta fuerunt, condenato excipiente in expenſis, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis. 18

Sententia Coronæ.

Acordão em Relação, &c. Não recebem os Artigos de attentado viſtos os 19 *Autos, e ſua materia, e diſpoſição de direito, com que fica deferido ao accreſcentamento, de que trata a cota fol. 202. as partes digão ſobre os embargos fol. 109. na fórma que eſtà mandado pelo deſpacho fol. 188. verſ. e condemnão ao embargado Franciſco da Cunha de Guſmão nas cuſtas dos Autos dos Artigos de attentado. Lisboa, e Novembro 20. de 1641. annos. Gonçalo de Souſa de Macedo. Moraes.*

RESOLUTIO XLIV.

An negligentia Priorum, & Donatariorum Coronæ, & Sententia lata contra ipſos ſuper Beneficiis Patronatus Regii, non audito illius Procuratore, Regi præjudicet?

SUMMARIUM.

1 *Procurator Coronæ eſt principal's defenſor juriſdictionis Regiæ, & jurium Regalium.*

2 *Idem ei præceptum eſt per Diploma Regium.*

3 *Diploma Regium, ut Procurator Coronæ aſſiſtat in cauſis Beneficiorum Patronatûs Regii.*

4 *Procurator Coronæ opponitur contra proviſiones Ordinarias, & Apoſtolicas Beneficiorum Coronæ,*

&

& facit omnia reponere in priſtinum cum fructibus.
5 *Negligentia Priorum, & Donatariorum Coronæ, ei non præjudicat.*
6 *Prior ſucceſſor in Beneficio Coronæ poteſt excludere intruſum.*
Ibi. *Procurator Coronæ poteſt actionem ſpolii intentare contra intruſos, & contra Prælatum ſuccedentem Prælato, qui ſpoliator fuit, & ita judicatum.*
Ibi. *Tempus non currit Fiſco.*
7 *Sententia lata contra præſentatum Coronæ, non audito illius Procuratore, ei non præjudicat.*
8 *Nec etiam præjudicat Eccleſiæ Sententia lata non audito Procuratore fiſcali.*
8 *Procurator Coronæ poteſt ſe opponere Sententiæ latæ contra Coronam, & Eccleſiam recuperare.*
9 *Ita judicatum.*

1 PRocurator Coronæ eſt principalis defenſor juriſdictionis Regiæ, & jurium Regalium, & ad id tenetur ex officio, juxta Ordinationem *Lib.* 1. *tit.* 12. §. 5. ibi:

E ſe vir, que uſurpaõ noſſa juriſdicçaõ, ou algum direito noſſo, poderá requerer ſobre iſſo, &c.

2 Idem ei præceptum eſt per Diploma Regium anni 1617. de quo *ſupra Reſolut.* 30. *num.* 5. & movere actiones conrta uſurpantes Beneficia juris Patronatûs Regii, & contra ea occupantes ſine præſentatione Priorum ejuſdem Patronatus, quibus dictus Procurator Regius aſſiſtit, tanquam principalis defenſor ex Diplomate Regio, de quo Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 49. *num.* 16. tenoris ſequenti.

Diploma Regium.

3 *Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Alvará virem, que por juſtos reſpeitos, que me á iſſo movem, hey por bem, e me praz, que o meu Procuador da Coroa aſſiſta, e poſſa aſſiſtir em todas as cauſas, que ſe moverem ſobre as Igrejas, e Beneficios do meu Padroado Real, e que nellas poſſa requerer, e requeira tudo o que lhe parecer, que convem ao direito de minha Coroa, ſem para iſſo ſerem neceſſarias Proviſoens particulares; ao qual meu Procurador da Coroa mando, e ás mais Juſtiças á que eſte Alvará for moſtrado, e o conhecimento delle pertencer, o cumpraõ, e guardem inteiramente, como nelle ſe contém; e quero, que valha como Carta, ſem embargo da Ordenaçaõ lib. 2. tit. 20. em contrario. Franciſco Ferreira o fez em Lisboa a 27. de Fevereiro de 1602. Pero da Coſta o fez eſcrever.* Rey.

Quare Procurator Coronæ opponitur contra proviſiones Ordinarias, & Apoſtolicas Beneficiorum Coronæ, & facit omnia reponere in priſtinum cum fructibus eorundem Beneficiorum à tempore indebitæ occupationis uſque ad realem traditionem: DD. *per text. in cap. Conquerente*, *& in cap. Gravis*, *de Reſtitut. ſpoliat.* Rota *in novis deciſ.* 4. *&* 10. *eod. tit. Et* 2. *part. Diverſor. deciſ.* 552. pluribus relatis Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 8. *à num.* 8. *& num.* 9. ubi dicit hanc repoſitionem fieri excluſo proviſo Ordinario, vel Apoſtolico, & conſtituto præſentato per Regem; & affirmat ſe ita pluries obtinuiſſe cum *Procuratoris Regis* officio fungebatur, *& num.* 11. dicit etiam judicatum, *& cap.* 51. *num.* 4. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap. ult. à num.* 140. 4

Non enim Coronæ præjudicat omiſſio, ſive negligentia Priorum, & Donatariorum Coronæ, & Miniſtrorum ejus, prout conſtat ex dicto Diplomate, de quo *ſupra dict. Reſol.* 30. *num.* 5. ibi: *E os naõ querem defender em prejuizo do direito Real, de que os ditos Priores ſaõ como Donatarios no uſo do Padroado Real dos ditos Beneficios, que naõ he juſto ſe perca.* Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 12. *num. ult. & cap.* 28. *num.* 6. *&* 5

& 2. part. deciſ. 80. *num. ult. in fin.* Valaſc. *Conſult.* 167. *à n.* 15. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *à n.* 18. & facit *Regul. text. in L. Rem hæreditariam, in fin. ff. de Eviction.*

6 Ex quo fluit, quòd Prior ſucceſſor in Beneficio poteſt excludere intruſum: ex Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 55. *num.* 3. & Procurator Coronæ, quæ nunquam moritur; ex *Cap. Si graciosæ, de Reſcriptis, in* 6. poteſt mortuo Rege (in cujus vita ſpolium factum fuit, nec ipſius petita reſtitutio) actionem ſpolii intentare; ut per Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 9. *à num.* 3. & etiam contra Prælatum ſuccedentem Prælato, qui ſpoliator fuit, & ita ſe obtinuiſſe teſtatur dict. *Cap.* 9. *num.* 5. *verſ. Sic etiam poteſt.* Tempus enim non currit Fiſco: ex L. *Ait Prætor*, §. *Sed & in Judiciis, ff. de Minoribus.* Phœb. 2. *part. deciſ.* 213. *num.* 15. *&* 21. Cabed. *dict. cap.* 9. *num.* 6. Faciunt reſoluta per Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 3. *à num.* 115.

7 Nec Sententia lata contra Priorem, & præſentatum Coronæ, non audito illius Procuratore, principaliter intereſſato, ei præjudicat: ex reſolutis per Gabriel Pereir. *deciſ.* 91. *num.* 34. Sicut nec etiam Eccleſiæ præjudicat Sententia lata non audito Procuratore Fiſcali: Ludoviſ. *deciſ.* 467. *n.* 2. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 86. ubi plures refert Barboſ. *in Vot. lib.* 3. *vot.* 112. *num.* 26. ubi ita dicit judicatum in Rota coram *Gregorio XV.*

8 Quare dicta Sententia non obſtante, ſe poteſt opponere *Procurator Coronæ*, & Eccleſiarum Patronatum recuperare, prout judicatum eſt in Judicio Coronæ per Sententiam tenoris ſequentis, de qua Cabed. *de Patron. Reg. Coron. areſt.* 8. *pag.* 246.

Sententia Coronæ.

9 *Acordaõ em Relaçaõ, & c. Viſtos eſtes Autos, Libello do Procurador da Coroa do dito Senhor, que o Deaõ, e Cabido da Sé do Biſpado da Guarda, e Chriſtovaõ Ferreira RR. naõ contrariàraõ, papeis de apreſentaçoens, e confirmaçoens juntos, e Autos appenſos. Moſtra-ſe, que por no anno de* 1516. *vagar o Priorado, e Abbadia da Igreja de Santa Maria do Paul, ſita no termo da Covilhãa do dito Biſpado, por morte de Affonſo de Guimarães, e ſer do Padroado, e apreſentaçaõ dos Reys deſtes Reinos, apreſentar ElRey Dom Manoel por Abbade, e Prior della a Lopo do Rio, ſeu Capellaõ, em* 17. *do mez de Novembro do dito anno, e por ſua apreſentaçaõ, e proviſaõ ſer o dito Lopo do Rio inſtituido, e confirmado na dita Igreja pelo Prelado Ordinario do dito Biſpado, e metido em poſſe della, e a poſſuir deſde o dito tempo até o anno de* 1557. *em que faleceo; e aſſim ſe moſtra, que por outro ſy a Igreja tornar a vagar por falecimento do dito Lopo do Rio, prover, e apreſentar ElRey Dom Sebaſtiaõ, que Santa Gloria haja, por Prior, e Abbade della ao Bacharel Chriſtovaõ Nunes, e ſer iſſo meſmo confirmado na dita Abbadia por bem da dita apreſentaçaõ por D. Joaõ de Portugal, Biſpo que foy do dito Biſpado, em* 26. *de Mayo do dito anno de* 1557. *e por o dito Chriſtovaõ Nunes, ultimo, e immediato poſſuidor, falecer depois do anno de* 1582. *e por a dita Igreja ficar vaga por ſua morte, e apreſentar ſua Mageſtade, continuando ſua poſſe, e dos Reys ſeus anteceſſores ao Licenciado Pedro Nunes Coelho, por Abbade, e Prior da meſma Igreja de Santa Maria de Paul, e ſua apreſentaçaõ, de que lhe foy paſſada Proviſaõ em* 17. *de Dezembro do dito anno de* 1582. *e ſer inſtituido, e confirmado a* 27. *do dito mez pelo Doutor Martim Pinheiro, ſendo por authoridade Apoſtolica Governador do dito Biſpado da Guarda. E moſtra-ſe mais, que eſtando aſſim Sua Mageſtade na dita poſſe, quieta, e pacificamente de apreſentar Abbades, e Reitores na dita Igreja, quando va-*

gava, por tantas apreſentaçoens, que ſortîrão effeito; e eſtando outro ſy o dito Pedro Nunes, ſeu apreſentado, em poſſe da dita Igreja, por virtude do dito titulo Canonico, e de curar, e adminiſtrar os Sacramentos aos Freguezes della, o dito Deaõ, e Cabido RR. apreſentàraõ ora novamente nella ao dito Chriſtovaõ Ferreira R. e o fizeraõ prover da dita Abbadia, ſem fazerem mençaõ do dito direito Real, e poſſe taõ antiga, em que o dito Senhor per ſi, e pelos Reys ſeus anteceſſores eſtá de ultima, e immediatamente apreſentarem os ditos Abbades na dita Igreja; e pela dita nulla, e injuſta apreſentaçaõ dos RR. ſer o dito Chriſtovaõ Ferreira metido de poſſe della, e Sua Mageſtade privado da poſſe de ſeu Padroado, e o dito Pedro Nunes, por elle apreſentado, eſbulhado de ſeu Beneficio ſem Sua Mageſtade, nem o Procurador de ſua Coroa ſer citado, nem ouvido de ſua juſtiça, ſendo eſte negocio de tanto ſeu prejuizo. O que tudo viſto, e como os ditos RR. naõ provaõ, que o dito Cabido deſde o anno de 1473. apreſentaſſe Abbade algum na dita Igreja, e as peſſoas, que depois foraõ Priores, e Abbades della ſerem apreſentados pelos ditos Reys, e por Sua Mageſtade; e viſto outro ſy, como a Sentença dada contra o dito Pedro Nunes naõ pode prejudicar ao dito Senhor, e à diſpoſiçaõ de direito em tal caſo, com o mais que dos Autos conſta: julgaõ, e pronunciaõ, que Sua Mageſtade ſeja reſtituido ao direito, e poſſe em que eſtà de apreſentar os ditos Abbades, e Reitores na dita Igreja, e ſeja nella conſervado; e aſſim condemnaõ ao dito Chriſtovaõ Ferreira, naõ impida o effeito de apreſentaçaõ, que o dito Senhor fez, nem na poſſe, que por virtude della, e da inſtituiçaõ, e confirmaçaõ do Ordinario foy dada da dita Igreja ao dito Pedro Nunes nella apreſentado, e lhe reſtitúa a dita poſſe, de que tambem depende a força, e esbulho, que pela dita maneira neſſe caſo ſe cometteo contra o dito Senhor, com os frutos, e rendimentos do tempo da indevida occupaçaõ, e ſeja ſem cuſtas, ficando aos RR. reſervado ſeu direito ſobre a propriedade ſe o pertenderem ter. Lisboa, 9. de Novembro de 1587. No feito do Procurador da Coroa de Sua Mageſtade contra o Cabido da Sé da Guarda, e o Padre Chriſtovaõ Ferreira, ſeu apreſentado. Eſcrivaõ, Pedro Lamirante.

RESOLUTIO XLV.

An Eccleſiaſtici, & Regulares Priores, & Beneficiati Patronatûs Regii recurrentes ad Coronam in pœnas Bullæ *In Cœna Domini* incurrant, & propter hunc recurſum poſſint à Judicibus Eccleſiaſticis carcerari?

SUMMARIUM.

1 *Clerici non poſſunt recurrere ad Tribunalia ſæcularia per viam juriſdictionis, nec in eis alios Clericos convenire.*

2 *Nec etiam Religioſi, quibus etiam hoc prohibetur per ſpeciales conſtitutiones.*

3 *Poſſunt tamen extrajudicialiter recurrere per modum auxilii.*

4 *In hoc caſu juſté, & licité recurrunt, quin in Cenſuras Bullæ* Cœnæ *incurrant, & ita judicatum.*

5 *Bulla* Cœnæ *reſpectu hujus recurſûs recepta non fuit in Hiſpania.*

Ibi. *Hic recurſus, non eſt in damnum Eccleſiaſticæ libertatis, ſed in favorem.*

6 *Incurritur in Cenſuras Bullæ* Cœnæ, *quando recurſus eſt intentatus judicialiter.*

7 *Non tamen per viam extrajudicialis cognitionis.*

Ibi. *Refertur Bulla Pontificis* Martini V. *in materia.*

8 *Recurſus per viam violentiæ competit omnibus Regibus Chriſtianis.*

9 *Competit de jure Divino.*

10 *De*

10 *De jure Canonico.*
11 *De jure Regio.*
12 *Ex immemorabili conſuetudine.*
13 *Hæc protectio eſt de Regalibus, competens Regibus inſignum ſuæ ſupremæ poteſtatis.*
Ibi. *Reges ſunt Protectores, & conſervatores Vaſallorum, & eos tenentur defendere ab oppreſſionibus.*
14 *Reges tenentur defendere Clericos, & Religioſos oppreſſos, ſicut laicos.*
15 *Onias Summus Sacerdos ad Regem recurrit.*
16 *Idem fecit D. Paulus, qui ad Cæſarem appellavit.*
17 *Idem fecit* Doctor Dom. Georgius à S. Auguſtino *in recurſu ad Regem.*
18 *Decretum Regium.*
19 *Eccleſiaſtici, & Religioſi in cauſis correctionis, & viſitationis appellare non poſſunt.*
Ibi. *Nec recurrere ad ſæcularia Prætoria.*
Ibi. *Niſi quando in correctione modus exceditur: tunc enim poſſunt appellare.*
20 *Non tamen in his caſibus recurrere ad Coronam, quamvis modus excedatur.*
21 *Poſſunt tamen in negotiis, quæ exeunt extra Clauſtra.*
22 *Decretum Regium.*
23 *Non poſſunt Eccleſiaſtici carcerari propter hunc recurſum.*
Ibi. *Qui operatur jure approbante, nemini facit injuriam.*
25 *Sententia Coronæ.*

1 Clerici non poſſunt appellare, nec recurrere per viam juriſdictionis ad tribunalia ſæcularia, nec in eis alios Clericos convenire: Cap. 1. cap. 2. cap. *Continuâ lege*, cap. *Nullus, cum ſeqq.* 11. *quæſt.* 1. cap. *Si quis Epiſcopus* 23. *quæſt.* 8. *Cap. At ſi Clerici, de Judiciis*, cap. 1. & 2. cap. *Si deligenti, de Foro competent.* Bulla in Cœna Domini, de qua Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 50. *à num.* 57. & de Clauſul. *clauſul.* 13. *num.* 70. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 48.

2 Nec etiam Religioſi, quibus, ultra jus commune, hoc eſt interdictum per ſpeciales Conſtitutiones *Bonifacii IX. Leon. X. Gregorii XIII. & Clementis VIII.* quas refert Cherubin. *tom.* 3. *Bullarii* 9. & Barboſ. *in Votis, lib.* 1. *vot.* 4. *num.* 120. Mendes à Caſtro *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 23. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 46. Vide Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 12. *per totum.*

3 Declaratur tamen ſupra dicta procedere, quando Clerici, & Regulares recurrunt ad Coronam per viam juriſdictionis in cauſa principali, & juriſdictionaliter; non tamen quando recurrunt extrajudicialiter per modum auxilii, & per viam extrajudicialis defenſionis ad propulſandam violentiam, quam eis Judices Eccleſiaſtici inferunt de facto, ex abrupto, eos opprimendo contra juris, & ſuarum commiſſionum diſpoſitionem: ut per Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 140. Plures, quos refert, & ſequitur Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 59. & 60.

4 In hoc enim caſu juſtè, & licite recurrunt, quin in Cenſuras Bullæ Cœnæ incurrant: ut per Barboſ. *in Votis, lib.* 2. *vot.* 48. *num.* 6. ubi plures refert, & *num.* 7. dicit ita judicatum in Rota *Seſſ. Navar. & Soar.* quos refert, & ſequitur Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 10. & *num.* 13. ubi ita etiam dicit judicatum in Rota, & *num.* 60. Bovadilh. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 139. *in med.* ubi litera C. refert *Cordu*v*am, Navarrum, & Cenedum.*

5 Quare nunquam illa Bulla *In Cœna Domini* reſpectu hujus recurſûs recepta fuit in Hiſpania, nec in aliis Regnis totius Chriſtianitatis: ut per Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 1. *à n.* 320. Hic enim recurſus non eſt in dam-

num Eccleſiaſticæ libertatis, ſed potiùs in ipſius favorem: ut pluribus relatis ait Salgad. *dict. p.* 1. *à n.* 240.

6 Quin obſtet deciſio Rotæ, quam refert Salgad. *dict. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 31. ubi judicatum fuit recurrentem in pœnas Sententiæ Excommunicationis Bullæ *Cœnæ* incediſſe, quia ille recurſus fuit intentatus judicialiter, & cum cauſæ cognitione: ut per Salgad. *dict. part.* 1. *à num.* 254. maximè *à num.* 258. *cum ſeqq.*

7 Aliàs enim, ſi recurreret per viam extrajudicialis cognitionis, implorando auxilium Regis ad propulſandam violentiam, contrarium erat judicandum: ut reſolvit Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 1. *à num.* 243. *&* 248. ubi plures refert, *& à num.* 250. *&* 288. *verſ. Quæ omnes, & dict.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 59. *&* 60. *& dict. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 290. refert Bullam *Martini V.* quam tranſcripſit *num.* 291. qua idem Summus Pontifex declaravit ſe (per Conſtitutionem, qua graves pœnas ſtatuerat contra Clericos coram Judice ſeculari conveniri patientes) non intellexiſſe de caſibus Regi competentibus, tam de jure, quàm de conſuetudine immemorabili.

8 Hic enim recurſus per viam violentiæ, & extrajudicialis defenſionis competit omnibus Regibus Chriſtianis, tanquam tales, & verè boni: Pereir. *de Man. Reg. cap.* 4. *n.* 1. Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 1. *à n.* 149. prout competit Regibus *Portugaliæ*, *Caſtellæ*, *Franciæ*, *Aragoniæ*, *Navarræ*, & aliis, quos refert Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 1. *à n.* 159.

9 In primis, eis competit de jure Divino: ex Jerem. *cap.* 21. ubi Dominus loquens domui Regis Juda, & ſuo nomine omnibus Regibus Chriſtianis inquit *num.* 12. ibi: *Audite verbum Domini domus David, hæc dicit Dominus: Judicate mane judicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis*; & iterum *cap.* 22. *n.* 3. ibi: *Hæc dicit Dominus, facite judicium, & juſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris.* Salgad. *dict. p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 95. Et de jure naturali Salgad. *proxim. n.* 79. *&* 80. Cevalh. *de Cognitione per viam violent. part.* 1. *Gloſſ.* 1. *à principio.*

Secundò, competit de jure Cano- 10
nico: Cap. *Regum*, *cap. Adminiſtratores*, *cap. Princeps ſæculi* 23. *q.* 30. *cap. Dilecto, in fin. de Sent. Excommunic. in* 6. Salgad. *dict. prælud.* 3. *n.* 96. *& num.* 16. Cevalh. *ubi ſupr. Gloſſ.* 2. *à num.* 1. Bovadilh. *d. n.* 139.

Tertiò, competit de jure Regio 12
Luſitano, juxta noſtram Ordinationẽ *lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. ibi: *Quando ſe aggravarem de notoria oppreſſaõ, ou força, que ſe lhes faça, ou ſe lhes naõ guardar o direito natural, porque neſtes caſos nós como Rey, e Senhor temos obrigaçaõ de acudir a noſſos Vaſſallos.* Emmanuel Barboſ. ad Ordination. *lib.* 1. *tit.* 3. §. 6. *num.* 3. & per Leges *Caſtellæ*, de quibus Salgad. *d. cap.* 1. *n.* 118. Bovadilh. *dict. cap.* 18. *num.* 139. ubi eas refert *in Gloſſ. litera A.*

Quartò competit ex immemo- 12
rabili conſuetudine: ut pluribus relatis refert Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 1. *a n.* 120. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *à num.* 171. *& num.* 250. *& de Cognitione per viam violent. Gloſſ.* 4. *à n.* 1. Bovadilh. *dict. cap.* 18. *num.* 139.

Hæc Regia protectio eſt de Rega- 13
libus, competens Regibus in ſignum ſuæ ſupremæ poteſtatis: ita Salgad. *dict. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 32. Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *tit.* 1. §. 13. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. *& prælud.* 2. *num.* 15. *& cap.* 7. *in princip.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 82. *n.* 2. Bovadilh. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 139. ubi plures refert *litera A.* Sunt enim eorum Protectores conſervatores: Cevalh. *tom.* 5. *de Cognition. per viam violent. Gloſſ.* 1. *num.* 10. *& quæſt.* 11. *n.* 37. *& quæſt.* 20. *num.* 21. *& Gloſſ.* 18. *num.* 124.

Ex quo fluit, quòd Reges tenentur 14
defendere Clericos vi oppreſſos, & Religioſos, ſicut Laicos; utrique enim

Digitized by Google

enim ſunt Vaſalli, cives, & membra Reipublicæ, ut pluribus relatis Salgad. *Part.* 1. *cap.* 1. *à num.* 57. Caſtr. *alleg.* 2. *n.* 152. 153. *&* 154. & ideo Eccleſiaſtici oppreſſi ad Reges recurrunt protectionis gratiâ: plures per Salgad. *dict. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 49.

15 Ita fecit *Onias* Summus Sacerdos Jeruſalem, qui ut propulſaret violentiam, & ſeditionem cauſatam à *Simone*, ad Regem ſe contulit: Machab. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. ibi: *Ad Regem ſe contulit, non ut civium accuſator*; & ibi: *Videbat enim ſine Regali providentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari.*

16 Idem fecit *Div. Paulus*, qui conſiderato inſtante mortis periculo, & Phariſæorum violentia auxilium à Tribuno poſtulavit: *Actuum Apoſtolorum*, *cap.* 23. & appellavit ad Cæſarem, *cap.* 25. *&* 26. & plura alia exempla adducit Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 140. Salgad. *p.* 1. *cap.* 2. *à num.* 50.

17 Idem fecit Doctor *D. Georgius à S. Auguſtino* Canonicus Regularis Religioſus probatæ vitæ, qui cum ſinè cauſa, & culpa à ſuæ Religionis Superioribus per ſpatium duodecim annorum generali omnium ſcandalo vexaretur, & à Religione expelleretur, ſuas Invictiſſimo Regi *Joanni IV.* propoſuit querimonias, me patrocinante, ut eum protegeret; & conſideratis negotii circunſtantiis, ipſum reponi juſſit in Monaſterio *S. Vincentii* hujus Civitatis ejuſdem Ordinis, & in effectu fuit reſtitutus, & ſuâ hodie fruitur libertate, prout conſtat ex Decreto tenoris ſequentis, cujus fuit executor Illuſtriſſimus Dominus *D. Petrus de Alencaſtre.*

Decretum Regium.

18 *Tendo mandado acudir à controverſia, que havia entre o Geral de Santa Cruz de Coimbra, e o Doutor D. Jorge de S. Agoſtinho, Religioſo della, e cometido o conhecimento do negocio, e compoſiçaõ de ambos ao Meſtre do Principe meu ſobre todos muito amado, e preſado filho, e Infantes, eleito Biſpo da Guarda, por deſejar acomodallos em fórma, que de todo ceſſaſſem as controverſias, e eſcandalos, que da contumacia do Geral ſe tinhaõ cauſado, tanto para reparar em Religioſos, de quem ſe devia eſperar exemplo mais ajuſtado com a razaõ, e juſtiça; ſe averiguou, que a Sentença da expulſaõ de D. Jorge era notoriamente injuſta, nulla, e dada contra as Leys, e direito, como manifeſtamente pelo meſmo Biſpo eleito foraõ convencidas as partes em preſença de ſeu Advogado Clemente Felix, e havendo eu no negocio por meyo do dito eleito Biſpo interpoſto a minha authoridade para quietaçaõ de huma, e outra parte, precedendo as diligencias feitas por elle, de cujas letras, e inteireza tenho toda a ſatisfaçaõ, accreſcendo juntamente as boas informaçoens, que ha do procedimento de Dom Jorge, juſtificado por alguns Religioſos ſeus, e outros, onde eſteve recolhido paſſante de onze annos, que ha anda fóra da ſua Religiaõ, donde foy lançado, procurando ſempre ſer admittido a ella com grande ancia, e fervor, ſem lhe ſer poſſivel conſeguillo, andando todo aquelle tempo avexado, e opprimido dos mayores poderes daquelles, q̃ tanto ſem razaõ o naõ querem na Ordem. Nos quaes termos, por ſer taõ juſto, e conveniente à boa adminiſtraçaõ da juſtiça, e paz da Religiaõ desforcallo da violencia, que ſe lhe faz, por naõ ter outrem, a quem recorra, e quem lhe valha contra partes taõ poderoſas; encomendo muito ao Preſidente do Paço meu muito amado Sobrinho, eleito Arcebiſpo de Evora, que eſtranhando muito de minha parte ao Geral, e Diffinidores da Congregaçaõ de Santa Cruz o modo, com que na materia ſe tem havido, e moleſtado ſem razaõ ao dito Dom Jorge, o faça reſtituir à ſua Religiaõ com todas as preminencias antiguas, de maneira que ſeja nella conſervado, e indemne, entregando-o*

ao

ao Prior do Moſteiro de Saõ Vicente de Fóra, onde por alguns reſpeitos, que me foraõ preſentes, hei por bem eſteja na fórma referida, fazendo-o aſſim notificar ao Geral, Diffinidores, e Prior de Saõ Vicente. Almeirim, em 31. *de Dezembro de* 1655. Rubrica de ElRey. *Ao Preſidente do Paço.*

19 Quanvis enim Eccleſiaſtici, & Religioſi in cauſis correctionis, & viſitationis appellare non poſſint: ex Cap. *Licet*, *cap. Irrefragabili*, *de Offic. Ordinar.* Concil. Trident. *Seſſ.* 13. *cap.* 1. *verſ. Cum igitur*, *de Reformat. & Seſſ.* 24. *cap.* 10. *de Reformat.* & ob eandem cauſam non poſſint recurrere ad ſæcularia Prætoria: ex Salgad. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 2. §. 5. *à num.* 10. niſi quando in correctione, & viſitatione modus exceditur, quia tunc permittitur appellare: ut pluribus relatis Salgad. *ubi proxim. num.* 18. Sanch. *Decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *à num.* 102.

20 Nunquam tamen in his caſibus poſſunt recurrere ad *Coronam* per viam violentiæ, quanvis Superiores Regulares modum excedant, nec etiam in electionibbs, & aliis cauſis, quæ geruntur inter Religioſos intra Clauſtra: ut per Salgad. *ubi proximè num.* 21. *&* 22. ubi reprobat Cevalh. *de Cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 95. *à principio*; & ſequitur Barboſ. *in Votis*, *lib.* 1. *vot.* 4. *à num.* 124.

21 At verò in negotiis, quæ exeunt extra Clauſtra, de quibus cognoſcunt Ordinarii Delegati, & Conſervatores, poſſunt Religioſi recurrere pro notoria violentia ad *Tribunal Coronæ*, ut per Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 2. §. 5. *num.* 24 *&* 25. Plures per Dian. *part.* 1. *tract. de Immunit. Eccleſiaſtic. reſol.* 13. *verſ. Sed eum.* Fraſ. *de Patron. Reg. cap.* 38. *n.* 33. *&* 34. & ita declaratum eſt per Decretum Regium tenoris ſequentis.

Decretum Regium.

Em declaraçaõ do Decreto, que mandey paſſar ſobre ſe naõ tomar conhecimento no Juizo dos feitos de minha Coroa de queixas de Religioſos a titulo de força, ou as cauſas ſejaõ julgadas por ſeus Prelados, ou por Juizes Apoſtolicos. Tenha o Regedor, e Miniſtros da Caſa da Supplicaçaõ entendido, que aquelle Decreto tem ſo lugar nos mais procedimentos, que os Prelados tem com os Religioſos ſeus Subditos intra Clauſtra, *aſſim como mudanças de Religioſos, caſtigo de culpas, e ſemelhantes, e naõ nos procedimentos, que os Juizes Apoſtolicos tem nas cauſas dos ditos Religioſos; porque deſtes ſe (interpretando mal, e abuſando dos Breves) ſizeraõ força, e violencia a algum Religioſo, ou Religiaõ, ſe poderá aggravar, e tomar conhecimento no Juizo da Coroa. Alcantara*, 9. *de Mayo de* 1654. Rubrica de Sua Mageſtade. 22

Ex quo etiam fluit, quòd non poſſunt Eccleſiaſtici carcerari, nec vexari propter hunc recurſum, cum ſit permiſſum de jure Divino, & jure Eccleſiaſtico, & ſæculari approbatum, ex ſupra dictis *à n.* 9. Bovadilh. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 140. Qui enim utitur jure ſuo, & juris approbatione, nemini vim, nec injuriam infert: ex L. *Factum* 197. *verſic. Non videtur*, *ff. de Regul. jur. cap. Cum Eccleſia Vulterana*, *de Elect.* Surd. *Conſ.* 323. *num.* 42. *& conſ.* 473. *num.* 25. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 29. 23

Et ideo, cum *Collector* hujus Regni carcerari juſſiſſet *Emmanuelem de Fontes Caldeira*, præſentatum per Regem in Eccleſia *S. Michaelis de Matto*, quia gravamen interpoſuerat ad *Coronam* ab *Epiſcopo Vizenſi* propter denegationem gravaminis; *Procurator Coronæ* ad illud Judicium gravamen interpoſuit, & in eo proviſus fuit per Sententiam tenoris 24

Digitized by Google

ris ſequentis, cui *Collector* obtemperavit.

Sententia Coronæ.

25 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos os Autos de aggravo, que o Procurador da Coroa tirou do Reverendo Colleitor, por ter mandado (em odio das Sentenças dadas neſte juizo da Coroa, e da juriſdicçaõ Real) prender ao Padre Manoel de Fontes Caldeira no Aljube deſta Corte, e ao Promotor da Legacia, que procedeſſe contra elle por recorrer ao Juizo ſecular, tendo havido Sentença contra o Biſpo de Vizeu, por lhe negar a collaçaõ, eſtando apreſentado por mim na Igreja de Saõ Miguel do Matto, que he do meu Padroado, em razaõ do dito Biſpo ter feito apreſentaçaõ da dita Igreja em hum Antonio da Veiga ſeu criado, contra o qual o dito Padre Manoel de Fontes houve Sentenças ſobre o poſſeſſorio com reſtituiçaõ, as quaes Sentenças ſe mandàraõ executar no Deſembargo do Paço, ſem embargo de que por aſſento delle ſe tinha determinado ſerem as Cartas mal paſſadas; e querendo-o fazer o dito Manoel de Fontes Caldeira, e cobrar as cuſtas no Juizo ſecular, ſe procedeo contra elle a priſaõ, accumulandolhe, que tinha feito termo de naõ recorrer a elle, nem executar a Sentença, condemnando-o ſem o ouvirem em degredo, e penas pecuniarias, negando-lhe a defenſa natural, que por todo direito lhe compete: e ſendo o Procurador de minha Coroa admittido à juſtificaçaõ deſte aggravo, conſtou delle, e ſe houve por juſtificado, com a exuberante prova; que deu por naõ cumprir as Cartas, que deſte Juizo ſe paſſàraõ, nem dar os Autos; no que o dito Colleitor excedeo os termos de direito, uſurpando a juriſdicçaõ Real, e o recurſo pelas Leys do Reino, concordatas, e eſtylo antiquiſſimo permittido; no que fez notorio aggravo, força, e violencia manifeſta, e o faz em reter ao dito Clerigo na priſaõ em que eſtà. O que viſto, mando ſe paſſe Carta para o dito Reverendo Colleitor, porque ſe lhe roga, e encommenda, deſiſta da dita força, mandando ſoltar ao dito Padre Manoel de Fontes Caldeira da priſaõ em que eſtá, e naõ proceda contra elle pelas Sentenças dadas de degredo, e penas pecuniarias, nem lhe impida o recurſo da Coroa; e remetta os Autos, quando pelas Cartas deſte Juizo lhe forem pedidos; e naõ o fazendo aſſim (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, Mandados, nem procedimentos, nem o prendaõ, nem evitem, nem levem penas de excommungado. Lisboa, 8. de Outubro de 1637. Juiz o Doutor Manoel Coelho de Vaſconcellos.*

RESOLUTIO XLVI.

An Præſtimonia creari poſſint in Beneficiis Patronatûs Regii ſine Regis conſenſu?

SUMMARIUM.

1 *Præſtimonium quid ſit?*
2 *An ſit Beneficium?*
3 *Prima Sententia affirmat.*
4 *Secunda negat.*
5 *Conciliantur opiniones.*
6 *Præſtimonia domus Villæ Regalis in mera temporalitate conſiſtunt.*
Ibi. *Quot ſint.*
7 *Præſtimoniarii Villæ-Regalis gaudent Privilegiis Commendatorum.*
8 *Rex Joannes IV. conceſſit, ut haberentur cum Habitu Chriſti.*
9 *Idem Rex donavit eandem domûm Villæ Regalis Sereniſſimo Infante D. Petro, & Succeſſoribus.*
10 *Donatio Regia.*
11 *Præſtimonia Coronæ erigi non poſſunt ſine Regis conſenſu.*
12 *Sententia Coronæ.*
13 *Si Rex præſtet conſenſum ex poſt facto, erectio valida eſt prout ex nunc.*
14 *Diploma Regium.*

1 Præ-

Digitized by Google

1 PRæſtimonium eſt ſtipendium, ſeu penſio ſeparata à pingui Beneficio, inſtitutum per Summos Pontifices pro Studentibus, ſeu Militantibus pro Chriſtianæ fidei defenſione, ſeu Hoſpitalibus, & aliis cauſis Summo Pontifici benè viſis, & dicitur *Præſtimonium*, quaſi præſtans munium: ita pluribus relatis Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 1. *&* 2. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 201. *num.* 56. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 5. §. 2. *à num.* 3. Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 59. *num.* 1.

2 An Præſtimonia ſint verè Beneficia, & eorum appellatione comprehendantur, & per eorum naturam regulentur? Duplex eſt Sententia.

3 Prima Sententia affirmat *per text. in cap. ultim. de Conceſſ. Præbend. in* 6. Concil. Trident. *Seſſ.* 14. *cap.* 9. *de Reformat. & Seſſ.* 23. *cap.* 18. *de Reformat.* Plures per Garc. *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 117. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. §. 2. *à num.* 7. Barboſ. *dict. cap.* 8. *num.* 4. ubi plures refert, *& de Poteſt. Epiſc. alleg.* 4. *n.* 49. Sanch. *dict. cap.* 2. *dub.* 59. *num.* 2. Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *à n.* 1.

4 Secunda Sententia negat, plures per Garc. *dict. cap.* 2. *n.* 118. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. §. 2. Barboſ. *dict. cap.* 8. *num.* 3. Menoch. *dict. Caſ.* 201. *n.* 56. Sanch. *dict. Dubitation.* 59. *n.* 1.

5 Sed pro concordia utriuſque diſtinguendum eſt, quòd ſi Præſtimonia dentur Clericis in titulum perpetuum cum aliquo onere ſpirituali, tunc procedit prima opinio; ſi verò dentur Scholaſticis, & Militibus laicis, ſine illo onere, & in mera temporalitate conſiſtant, tunc procedit ſecunda Sententia: ita conciliant Gonzal. *d. Gloſſ.* 5. §. 2. *n.* 10. *&* 11. Menoch. *dict. caſ.* 201. *à n.* 57. Barboſ. *dict. cap.* 8. *num.* 5. ubi plures refert Vivian. *de jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 102.

6 In hac mera temporalitate conſiſtunt Præſtimonia domûs *Villæ-Regalis*, quæ erecta fuerunt per Sedem Apoſtolicam ad inſtantiam Marchionis *D. Petri à Menezes*, 11. Kalendas Junii 1555. ſuper Beneficiis, & Eccleſiis Patronatûs ejuſdem domûs, prout ſunt Eccleſia *S. Salvatoris de Gamfei*, *S. Mariæ de Caminha*, *S. Joannis de Araga* cum ſua annexâ, *S. Salvatoris de Covas*, *S. Petri de Moledo*, *S. Petri de Seixas*, *S. Martini de Canclas* cum ſua annexâ, *S. Mariæ de Riba Dancora*, *S. Petri de Varaes*, *S. Petri de Riba de Mouro em Valladares*, *S. Michaelis de Meſegans*, *S. Salvatoris de Mouro* cum ſua annexâ, *S. Joannis de Badiaõ*, *S. Salvatoris de Tangil*, *S. Salvatoris de Mouços* in terris Villæ-Regalis, *S. Chriſtophori de Parada*, *S. Joannis de Covas*, *S. Mariæ da Ermida*, *e Baltar* cum ſua annexa, *S. Mariæ de Aguda*, *S. Mariæ de Chain de Couce*, *S. Salvatoris de Friamonde*; quæ omnes ſitæ ſunt in Archiepiſcopatu *Bracharenſi*, Epiſcopatu *Portuenſi*, *& Conimbricenſi*.

Per aliam Bullam Apoſtolicam conceſſum fuit, Marchionem ejuſdem domûs, ut perſonæ proviſæ per illos in his Præſtimoniis gauderent Commendatorum Privilegiis; & per aliam Bullam, ut ea poſſent conferre in ſatisfactionem ſervitiorum, & quòd, ſi vellent, ea poſſent in proprios uſus, & utilitates convertere, quia conſiſtunt in mera temporalitate. 7

Per confiſcationem Marchionatûs ſupra dicti, & incorporationem ejuſdem domûs cum univerſitate bonorum in Corona: ex dictis *ſupra reſol.* 3. *à num.* 15. Sereniſſimus Rex *Joannes IV.* decrevit, quòd dicta Præſtimonia cum Habitu Chriſti haberentur, prout conſtat ex Diplomate tenoris ſequentis. 8

Diploma Regium.

Eu ElRey, como Governador, e perpetuo Adminiſtrador, que ſou do Meſtrado 9

trado, Cavallaria, e Ordem de Noſſo Senhor Jeſus Chriſto, faço ſaber aos que eſte Alvarà virem, que pela obrigação, que me corre de accreſcentar quanto me for poſſivel a meſma Cavallaria, e Ordem, hey por bem, que os Preſtimonios, que forão da Caſa de Villa-Real, de cuja proviſão, aſſim como de todos os mais bens daquella Caſa tenho feito mercé ao Infante D. Pedro, meu muito amado, e preſado filho, os proveja elle, e ſeus Succeſſores daqui em diante, com os Habitos da meſma Ordem, de que faço mercé às peſſoas, que elle nomear, para por eſte modo ficarem Commendas, e ſe proverem aſſim, e da maneira que ſe provèm, os que pertencem à Caſa de Bragança, e para as Igrejas, em que eſtão ſituadas ficarem tambem da meſma Ordem, ſegundo a natureza das outras, que della ſão, ſe ſupplicarà a Sua Santidade, como tambem ſe farà parecendo, que para ſe concederem com os Habitos não baſta mercé, e faculdade minha; e para bom effeito do que fica referido ſe paſſarão aos Procuradores do Infante os deſpachos, que pedirem, de que mandei paſſar o preſente Alvarà, que valerà como Carta, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno, ſem embargo de qualquer Proviſão, ou Regimento em contrario, e ſe cumprirà ſendo paſſado pela Chancellaria da Ordem. João Carvalho de Souſa o fez em Lisboa aos 22. de Dezembro de 1654. Rey.

Hanc domùm *Villæ-Regalis* cum Civitate de *Beja*, donavit idem Rex dicto Infanti *D. Petro*, ejus filio, & ejus deſcendentibus in perpetuum, prout conſtat ex donatione tenoris ſequentis.

Donatio Regia.

10 *Dom João por Graça de Deos Rey de Portugal, e dos Algarves, dàquem, e dàlem, mar em Africa, Senhor de Guinè, e da Conquiſta navegação, Comercio de Ethiopia, Arabia, Perſia, e da India, &c. Faço ſaber aos que eſta minha Carta virem, que tendo reſpeito a que ſou obrigado, como Pay, a dar ſuſtentação, e Caſa aos filhos, que Deos por ſua Miſericordia me concedeo, e a que o ſou tambem como Rey a accreſcentar meus deſcendentes, para conſervação, e defenſa da Coroa, procurando, que vivão no Reino, e tenhão nelle Caſas, e muitos Succeſſores, em que ſe perpetúe, e dilate, o mais que pode ſer, o ſangue, e Familia Real, em que tanto conſiſte o eſplendor do Reino, e a união com os eſtranhos, lembrandome, que ſuccedi neſta Coroa por deſcendente do Senhor Rey Dom Manoel, meu treſavò, deſejando conſervar, como devo, ſua memoria (não ſó a de Rey, que ſe perpetúa em mim, e meus Succeſſores primogenitos, mas ao Duque de Beja, que o foy antes de ſucceder na Coroa) no Infante Dom Pedro, meu muito amado, e preſado filho, e ſeus deſcendentes, multiplicando em meus filhos as memorias de tão grande Principe, tendo por certo do Infante, que o ſaberà imitar como deve, e que me ſaberà ſeguir à mim, e ao Principe meu ſobre todos muito amado, e preſado filho, e meus Succeſſores na Coroa deſtes Reinos, toda a honra, e mercè, que lhe fizer. Hey por bem de o declarar Duque de Beja, e de lhe dar aquella Cidade com toda ſua juriſdicção Crime, e Civel, Datas, Padroados, Rendas, Foros, e Tributos, aſſim, e da maneira, e no modo, e forma, em que a teve, e houve o dito Senhor Rey Dom Manoel, pela Carta de doação, que della lhe fez ElRey Dom João o Segundo, e melhor (ſe dentro dos limites da dita Carta, e doação) melhor poder ſer, e iſto de juro, e herdade para o Infante, e ſeus deſcendentes Varoens legitimos, precedendo o Neto filho de filho mais velho defunto (antes de ſucceder) ao filho ſegundo do poſſuidor: e porque os rendimentos daquella Cidade (limitada pelo termo que hoje tem) não baſtão para o Infante ſuſtentar os encargos de ſua Caſa, principalmente depois de tomar eſtado: Hey por bem fazerlhe mais mercê de todas as Villas, Lugares, Caſtellos,*

Digitized by Google

Padroados , Datas , Terras , Foros, Direitos , Tributos , e tudo o mais que ſe confiſcou para minha Coroa, pela condemnação do Marquez de Villa-Real, e Duque de Caminha , ſeu filho , que elle, e os Donatarios daquella Caſa poſſuirão, ou foſſe da Coroa , ou Patrimonial, e iſto ſem prejuizo de terceiro , tudo no modo , e fórma , e com a meſma juriſdicção , preeminencias , e prerogativas, com que lhe faço mercé da Cidade de Beja , e com que ſe fez ao dito Senhor Rey D. Manoel, quando ſe lhe concedeo; em tal maneira , que a dita Cidade , Villas , e Lugares , Caſtellos , e o mais que fica referido , ſe reputarà tudo por huma meſma couſa , e ſe governarà , terà , e poſſuirà por huma meſma doação; advertindo , que por o dito Senhor Rey D. Manoel não conceder a ſeus Ouvidores Correição , e ſer neſta parte menor , que a das Caſas grandes que hoje ha no Reino: Hey por bem conceder aos Ouvidores do Infante , e ſeus deſcendentes a dita Correição , e toda a mais juriſdicção , que hoje tem , e de que uſão os Ouvidores da Caſa de Bragança , que aqui hey por expreſſa , e declarada ; e porque tomando o Infante , e ſeus deſcendentes eſtado , e tendo filhos , he razão , que ſeus Primogenitos hajão logo que naſcerem titulo , e Caſa , conforme à grandeza de ſeus Pays , e aſcendencia , de que procedem , e a Caſa em que hão de ſucceder ; quero , e mando , que o Primogenito do dito Infante , e os mais , que o forem de ſeus deſcendentes ſe chamem logo que naſcerem Duques de Villa-Real , e tenhão , e hajão a juriſdicção , rendas , e datas daquella Villa , uſem , e gozem das preeminencias , graças , e prerogativas , que por aquelle titulo lhe competem , aſſim , e da maneira , que ſeus Pays as hão de uſar , e pelo theor , e fórma de ſuas meſmas doaçoens , e por firmeza de tudo o que dito he lhe mandey dar eſta Carta por mim aſſignada , paſſada por minha Chancellaria , e ſellada com o Sello pendente de minhas Armas. Dada na Cidade de Lisboa aos 11. *dias do mes de Agoſto. Pantalião Figueira a fez anno do Naſcimento de Noſſo Senhor Jeſu Chriſto de* 1654. *Pero Vieira da Sylva o fez eſcrever.* ElRey.

Ita Præſtimonia erigi non poſſunt in Beneficiis juris Patronatûs Regii, ſine Regis expreſſo conſenſu: ex Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 12. *à num.* 5. quia jus Patronatus Coronæ eſt indiviſibile , & dividi non poteſt, prout cætera bona Coronæ: ex Ordinatione *lib.* 2. *tit.* 35. §. 5. 6. *&* 24. Cabed. 2. *p. deciſ.* 65. & *de Patron. Reg. Coron. cap.* 4. *n.* 6. *& cap.* 12. *n.* 6. & Patroni officium eſt Eccleſiam defendere , ut maneat in primæva Conſtitutione, nec Summus Pontifex ſolet Patronatui Regio præjudicare ſine Regis conſenſu, qui ſemper præcedere debet, quando reditus Beneficiorum Coronæ ſeparantur ſub pœna nullitatis; ut per Cabed. *dict. cap.* 12. *num.* 9. & ita judicatum contra Comitem de *Tentugal*, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

Acordão em Relação, &c. Viſtos eſtes Autos , Libello do Procurador da Coroa do dito Senhor A. contrariedade do Conde Dom Nuno Alvares Pereira R. originario , mais artigos recebidos , prova dada. Moſtra-ſe , que entre os mais bens , que pertencem à Coroa deſtes Reinos ſão os Padroados das Igrejas de Santa Maria de Tentugal, Santa Maria Magdalena , São Miguel de Monte Mór o Velho , Santa Maria de Villa Nova Danſos , e Santa Catherina de Anobrega do Biſpado de Coimbra , e Santa Maria de Villa-Ruiva do Arcebiſpado de Evora ; e como taes eſtiverão ſempre os Reys deſte Reino em poſſe delles per ſi , e pelos Reys ſeus anteceſſores , apreſentando em cada huma das ditas Igrejas todas as vezes , que acontecia vagarem. Moſtra-ſe , que eſtando a Coroa neſta poſſe darem-ſe os ditos Padroados das Igrejas referidas

Digitized by Google

pelos Reys deſte Reino ao Marquez de Ferreira Dom Rodrigo de Mello, para que o dito Marquez apreſentaſſe nellas Priores, como apreſentavaõ os meſmos Reys deſte Reino, quando tinhaõ em ſi os ditos Padroados. Moſtra-ſe, que ao tempo da doaçaõ dos ditos Padroados, feita ao Marquez Dom Rodrigo, naõ havia nas ditas Igrejas mais que hum Prior em cada huma, o qual Prior aſſim apreſentado pela Coroa era confirmado como tal, com todos os frutos, rendas, e proventos da dita Igreja, ſem diminuiçaõ alguma. Moſtra-ſe, o dito Marquez Dom Rodrigo impetrar huma Bulla do Santo Padre Paulo III. pela qual ſeparou, e deſmembrou os dous terços dos frutos das ditas Igrejas, para elle, e ſeus Succeſſores apreſentarem nos ditos dous terços huma peſſoa, ou peſſoas, que os comeſſem com pretexto de haver nas ditas Igrejas mais Miniſtros, e ſerem melhor ſervidas, ficando ao Prior de cada huma das ditas Igrejas ſómente hum terço dos ditos frutos, a qual Bulla foy havida, e impetrada pelo dito Marquez Dom Rodrigo ſem conſentimento de ElRey, verdadeiro, e originalmente Padroeiro das ditas Igrejas, e ſem declarar ao Papa, que ellas eraõ do Padroado Real, e elle Marquez ſómente Donatario em vida. Moſtra-ſe, que por virtude da dita Bulla, impetrada pelo modo ſobredito, o Marquez Dom Franciſco ſeu filho apreſentar nos dous terços dos frutos das ditas Igrejas (a ellas applicados) a Dom Alvaro de Mello ſeu Irmaõ, e por ſeu falecimento a Dom Joaõ de Bargança, ſeu filho; no que o dito Marquez prejudicou muito aos Padroados, que a Coroa tinha nas ditas Igrejas, uſando delles em differente fórma da em que lhe foraõ dados, e privando a Coroa da poſſe dos ditos dous terços dos frutos, que tinha nas ditas Igrejas, de que ſe pede a reſtituiçaõ. E poſto, que por parte dos RR. ſe moſtre, que a ſeparaçaõ, que ſe fez dos dous terços dos frutos das ditas Igrejas redunda em proveito do Padroado dellas, e da Coroa, por ter mais Beneficios, que prover, quando eſtes Padroados tornarem a ella; e aſſim ficar eſta deſmembraçaõ de frutos em mais augmento do Padroado da Coroa, que em diminuiçaõ, e prejuizo delle, e em augmento das ditas Igrejas, donde ſe ſepàraõ eſtes dous terços de frutos, para Preſtimonios, e Beneficios, em que poderaõ ficar melhor ſervidas: naõ ſe podiaõ com tudo os ditos frutos deſmembrar dos ditos Priorados ſem conſentimento de ElRey Padroeiro original delles, conforme a direito, e Leys do Reino, pelas quaes ſe naõ podem alhear, nem dividir os bens da Coroa ſem conſentimento dos Reys deſtes Reinos, ſem o qual fica a tal alheaçaõ, e diviſaõ de nenhum effeito; quanto mais, que ſe moſtra, que os Beneficiados, que ſe provem nos dous terços dos frutos deſtas Igrejas naõ reſidirem nellas, nem terem obrigaçaõ de reſidencia por ſerem Beneficios ſimpleces, que naõ requerem aſſiſtencia, e os Priores das Igrejas ficarem com pequenas porçoens para cumprirem a obrigaçaõ dellas. O que tudo viſto, e o mais dos Autos, e diſpoſiçaõ de direito, mandaõ, que eſtes dous terços de frutos, que ſe deſmembràraõ deſtas Igrejas do Padroado da Coroa para os ditos Preſtimonios, e Beneficios ſe tornem às ditas Igrejas, donde foraõ tirados, e que a Coroa ſeja reſtituida a elles para effeito de ſe tornarem às ditas Igrejas de ſeu Padroado; e q̃ os RR. deixem aos Priores dellas comer os ditos frutos ſem diminuiçaõ alguma, e do Commiſſo do Padroado das ditas Igrejas, pedido pelo Procurador da Coroa, abſolvem aos RR. viſto naõ ſer o Conde R. nem o Conde Dom Nuno Alvares, ſeu Pay, os que o começàraõ, e extinguirſe com a morte do Marquez Dom Rodrigo, que nelle cahio conforme a direito; o qual Marquez com a dita alheaçaõ, e ſeparaçaõ de frutos, que fez, naõ podia prejudicar ao ſeu Succeſſor; e ſeja ſem cuſtas por ſer entre o Procurador da Coroa, e Vaſſallo do dito Senhor. Em Lisboa à 29. de Agoſto de 1602. Lopo de Barros. Alvaro Lopes Monis. Doutor Magalhães.

Nota ad num. 13. *& Sententiam ſupra ſcriptam contra Marchionem de Ferreira.*

Poſtquam lata fuit hæc Sententia contra Excellentiſſimum Dominum Dominum Franciſcum de Mello, Comitem de Tentugal, & Marchionem de Ferreira, idem Dominus Regem obnixius exoravit, vel ut denuò licentiam concederet ad prædictam erectionem, & diſmembrationem duarum partium fructuum Eccleſiarum nominatarum, vel aſſenſum, & patientiam præberet Bullæ Pauli III. & diſmembrationi per illum jam factæ; juri ſiquidem pro ſe introducto licitum erat renuntiare, etiam poſt literas creationis Præſtimoniorum expeditas, & Sententiam in contrarium obtentam; ut multis probat Vivianus de *Jure Patronatus*, *lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 17. *&* 47. & latè aſſerit noſter Autor hac eadem Reſolutine.

Philippus III. qui, tunc temporis, Luſitanum Regnum occupaverat, antiquæ, & Regiæ cognationis, non oblitus benignè detulit Marchioni, pro ut quæſierat; & ille ad maiorem ſecuritatem, & cautelam Pauli III. gratiam, à Summo Pontifice Gregorio XV. confirmari poſtulavit ſpeciali confirmatione præinſerta Regiâ facultate, & licentia. Poſtulatis annuit Pontifex, & Bullam expediri mandavit, quam unà cum conceſſione Pauli III. pro maiori hujus negotii intelligentiâ hîc tranſcribimus ex originalibus in Archivo Excellentiſſimi Ducis Cadavalenſis cuſtoditis.

BULLA PAULI III. CUM executoriali Cardinalis Caietani S. R. E. Camerarii.

In nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Noverint univerſi, & ſinguli præſentes noſtras, ſive præſens publicum Tranſumpti inſtrumentum viſuri, lecturi, & audituri; quòd Nos Henricus tituli Sanctæ Pudentianæ Presbyter Cardinalis Caietanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius ad inſtantiam Illuſtris D. Roderici, Marchionis de Ferreira in Regno Portugalliæ principalis, omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diviſim quomodolibet intereſſe putantes ex adverſo principales eorumque procuratores ſiqui ſint in Romana Curia ad videndum ſumptum literarum Apoſtolicarum felicis recordationis Pauli Papæ III. diſmembrationis, & ſeparationis duarum partium ex tribus partibus omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum Beatæ Mariæ de Tentugal, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Michaelis Montis Maioris Veteris, & ejuſdem Beatæ Mariæ Villæ Novæ Danſos, necnon Sanctæ Catharinæ da Nobra, & Sancti Andreæ de Ferreira, ac Sancti Matthæi de Santarem, & ejuſdem Beatæ Mariæ de Villa-Ruiva Colimbrienſis, Viſienſis, Ulixbonenſis, & Elborenſis reſpectivè Diœciſum Parochialium Eccleſiarum, de quibus dictus Illuſtris, & Nobilis D. Rodericus unicus

cus Patronus exiſtit, ac erectionis, & inſtitutionis in ſingulis Eccleſiis prædictis ſingulorum, ſeu ſingularum Præſtimoniorum, ſeu Præſtimonialium portionum, aut Beneficiorum Eccleſiaſticorum hujuſmodi, illiſque pro eorum, ſeu earum dotibus duarum partium diſmenbratarum, & ſeparatarum cuiuslibet Eccleſiarum hujuſmodi reſervationis, conceſſionis, & aſſignationis Apoſtolicâ authoritate ad perpetuam rei memoriam factæ, ac aliorum in eodem ſumpto expreſſorum, aliàs per dictum Illuſtrem D. Rodericum obtentorum clauſum, & ſigillatum more Romanæ Curiæ aperiri, & clauſulas cæteratas in eodem ſumpto contentas juxta ejuſdem Romanæ Curiæ ſtylum extendi, & publicari, ac in publicam Tranſumpti formam redigi mandari, authoritatemque noſtram pariter, & decretum judiciale deſuper interponi, vel dicendum, & cauſam ſi quam haberent rationabilem, quare præmiſſa fieri non debeant allegandum per unum ex Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ curſoribus, & per affixionem ad valvas Cameræ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floris, ut moris eſt, & fieri conſuevit citari fecimus, & mandavimus ad diem, & horam infractas, quibus advenientibus comparuit in Judicio coram Nobis M. Dominus Antonius Gomes Clericus conjugatus Elvenſis dicti Illuſtris D. Roderici in hac parte procurator, & eorumdem citatorum non comparentium contumaciâ accuſatâ, & in eorum contumaciam dictum ſumptum ita clauſum, & ſigillatum facto realiter exhibuit, & præſentavit, illudque aperiri, & clauſulas cæteratas in ipſo appoſitas extendi, & tranſumptari, ac in publicam Tranſumpti formam redigi mandari noſtramque authoritatem pariter, & decretum deſuper interponi debita cum inſtantia poſtulavit. Nos igitur Henricus Cardinalis Camerarius prædictus hujuſmodi juſtis precibus moti, dictis citatis non comparentibus, meritò id exigente juſtitiâ contumacibus reputatis, & in eorum contumaciam dictum ſumptum aperiri, & clauſulas cæteratas in eo appoſitas juſta ſtylum Romanæ Curiæ extendi, & in hujuſmodi publicam Tranſumpti formam redigi mandavimus, & fecimus. Cujus quidem ſumpti tenor eſt qui ſequitur. PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Sacram Beati Petri Sedem, meritis licet imparibus divinâ diſpoſitione vocati, de ſtatu Eccleſiarum quarumlibet ſalubriter dirigendo attentius cogitamus, & ut in illis Divinus Cultus cum populi devotione, & animarum ſalute augeatur, & juxta illarum facultates perſonæ Domino famulantes providè deputentur, operarias manus libenter adhibemus, aliaſque deſuper diſponimus prout pia perſonarum præſertim generis claritate fulgentium, ac Nobis, & Sedi Apoſtolicæ devotarum vota expoſcunt, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane pro parte Dilecti Filii Nobilis Viri Roderici moderni Marchionis de Ferreira in Regno Portugalliæ, nobis nuper exhibita petitio continebat: quòd cùm ipſe Beatæ Mariæ de Tentugal, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Michaelis Montis Maioris Veteris, & ejuſdem Beatæ Mariæ Villæ Novæ Danſos, necnon Sanctæ Catharinæ da Nobra, & Sancti Andreæ de Ferreira, ac Sancti Matthæi de Santarem, & ejuſdem Beatæ Mariæ de Villa-Ruiva Colimbrienſis, Viſienſis, Ulixbonenſis, & Elborenſis reſpective Diœceſum Parochialium Eccleſiarum unicus Patronus, ac in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi juris præſentandi perſonas idoneas ad dictas Eccleſias, dum pro tempore vacant exiſtat, ipſarumque Eccleſiarum fructus, reditus, & proventus benedicente Domino adeo uberes, & abundantes ſunt, ſeu ita excreverint, ut ex fructibus reditibus, & proventibus ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi duo Clerici manuteneri, & ſuſtentari commodé poſſint, dictus Rodericus Marchio cupit duas partes ex tribus partibus omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi ab illis diſmenbrari, & ſeparari, ac ut in ſingulis Eccleſiis prædictis Divinus Cultus, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum numerus augeatur, in eiſdem ſingulis Eccleſiis ſingula,

ſeu

ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica erigi, & inſtitui, illiſque pro eorum, ſeu earum dote duas diſmembrandas, & ſeparandas partes hujuſmodi applicari, & appropriari. Quare pro parte ejuſdem Roderici Marchionis aſſerentis fructus, reditus, & proventus earundem Eccleſiarum inſimul octingentorum ducatorum auri de Camera ſecundùm communem exiſtimationem, ac taxationem tertiarum per dictam Sedem claræ memoriæ Emmanueli Regi Portugalliæ conceſſarum valorem annuum non excedere, ſeque etiam Comitem de Tentugal in eodem Regno exiſtere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut duas partes fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi ab illis diſmembrare, & ſeparare, ac in ſingulis Eccleſiis prædictis ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut perpetua ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica erigere, & inſtituere, ac illis pro eorum, ſeu earum dotibus duas diſmembratas, & ſeparatas partes hujuſmodi perpetuò applicare, & appropriare, ac alias in præmiſſis opportuné providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Divini Cultus augmentum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum propagationem ſynceris deſideramus affectibus, pium deſiderium Roderici Marchionis hujuſmodi in Domino commendantes, ipſumque Rodericum Marchionem à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati à ſingulis Eccleſiis prædictis cumprimum illas per deceſſum, vel ſi dilectorum filiorum modernorum illarum Rectorum ad hoc acceſſerit aſſenſus etiam per ceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem earundem Rectorum, vel alias quovis modo, & ex cujuſcunque perſona etiam apud Sedem eandem ſimul, vel ſucceſſive vacaverint etiam ſi actu nunc vacent, duas partes ex tribus partibus omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi, reliqua illorum tertia parte cum omnibus, & ſingulis oblationibus, offertoriis, & anniverſariis etiam paſſalibus nuncupatis, ac cura animarum dilectorum filiorum illarum Parochianorū, necnon ſervitis etiam Epiſcopali nuncupato, ſeu quocunque alio onere earundem Eccleſiarum illarū Rectoribus pro tempore exiſtentibus remanentibus. Apoſtolicâ authoritate, tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, ac in ſingulis Eccleſiis prædictis ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut Beneficia Eccleſiaſtica hujuſmodi, authoritate, & tenore, prædictis erigimus, & inſtituimus, illiſque pro eorum, ſeu earum dotibus duas partes diſmembratas, & ſeparatas cujuslibet Eccleſiarum hujuſmodi. Ita quòd decedentibus, vel ut præfertur, cedentibus dictis Rectoribus, ſeu Eccleſiis ipſis, ut præmittitur vacantibus, liceat Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentibus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi duarum partium fructuum redituum, proventuum hujuſmodi, & propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuó retinere, Rectorum prædictorum, & Diœceſani loci licentia ſuper hoc minimé requiſita, perpetuó, & reſpectivé applicamus, & appropriamus. Necnon Roderico Marchioni, ac illius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque jus Patronatus ſingulorum, ſeu ſingularum præſtimoniorum, ſeu portionum, aut Beneficiorum hujuſmodi, & præſentandi perſonam, ſeu perſonas ſæculares etiam in Minoribus Ordinibus conſtitutam, ſeu conſtitutas, aut ſufficienti ad id facultate ſuffultas cujuſvis Ordinis Regulares ad ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi, tam hac primâ vice, quæ quoties deinceps illa, ſeu illas quibuſvis modis, & ex quorumcunque perſonis, etiam apud Sedem eamdem vacare contigerit authoritate, & tenore, ac ſcientia præmiſſis reſervamus, concedi-

cedimus, & aſſignamus. Decernentes jus Patronatus, & præſentandi perſonis, ut præfertur idoneas ad Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi Roderico Marchioni, ac hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis competere modo, & forma, quibus eidem Roderico Marchioni ad dictas Eccleſias competit, & hactenus competiit. Non obſtantibus Turonenſis Concilii, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſeparationis, diſmembrationis, erectionis, inſtitutionis, reſervationis, Conſtitutionis, aſſignationis, & Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo. Quarto Nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno octavo. PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Ulixbonenſi, & Feltrenſi, ac Lamecenſis Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie à nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. PAULUS Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad Sacram Beati Petri Sedem, meritis licet imparibus, Divina diſpoſitione vocati, de ſtatu Eccleſiarum quarumlibet ſalubriter dirigendo attentius cogitamus, & ut in illis Divinus Cultus cum populi devotione, & animarum ſalute augeatur, & juxta illarum facultates perſonæ Domino famulantes proinde deputentur operarias, manus libenter adhibemus, aliaſque deſuper diſponimus, prout pia perſonarum præſertim generis claritate fulgentium, ac Nobis, & Sedi Apoſtolicæ devotarum vota expoſcunt, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilecti filii nobilis viri Roderici moderni Marchionis de Ferreira in Regno Portugalliæ nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd cum ipſe Beatæ Mariæ de Tentugal, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Michaelis Montis Maioris Veteris, & ejuſdem Beatæ Mariæ Villæ Novæ Danſos, nec non Sanctæ Catharinæ da Nobra, & Sancti Andreæ de Ferreira, ac Sancti Matthæi de Sanctarem, & ejuſdem Beatæ Mariæ de Villa-Ruiva Colimbrienſis, Viſienſis, Ulixbonenſis, & Elborenſis reſpectivè Diœceſum Parochialium Eccleſiarum unicus Patronus, ac in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi juris præſentandi perſonas idoneas ad dictas Eccleſias, dum pro tempore vacant, exiſtat, ipſarumque Eccleſiarum fructus, reditus, & proventus benedicente Domino adeo uberes, & abundantes ſunt, ſeu ita excreverint, ut ex fructibus, reditibus, & proventibus ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi duo Clerici manuteneri, & ſuſtentari commodè poſſint; dictus Rodericus cupit duas partes ex tribus partibus omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi ab illis diſmembrari, & ſeparari, ac ut in ſingulis Eccleſiis prædictis Divinus Cultus, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum numerus augeatur, & in eiſdem ſingulis Eccleſiiis ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica erigi, & inſtitui, illiſque pro eorum, ſeu earum dote duas diſmembrandas, & ſeparandas partes hujuſmodi applicari, & appropriari. Quare pro parte ejuſdem Roderici Marchionis aſſerentis fructus, reditus, & proventus earumdem Eccleſiarum inſimul octingentorum ducatorum auri de Camera ſecundùm communem exiſtimationem, & taxationem tertiarum per dictam Sedem claræ memoriæ Emmanueli Regi Portugalliæ conceſſarum valorem annuum non excedere, ſeque etiam Comitem de Tentugal in eodem Regno exiſtere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut duas partes fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi ab illis diſmembrare, & ſeparare, ac in ſingulis Eccleſiis prædictis ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut per-

petua

petua ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica erigere, & inſtituere, ac illis pro eorum, ſeu earum dotibus duas diſmembratas, & ſeparatas partes hujuſmodi perpetuò applicare, & appropriare, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignarentur. Nos igitur, qui Divini Cultus augmentum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum propagationem ſinceris deſideramus affectibus, pium deſiderium Roderici Marchionis hujuſmodi in Domino commendantes, ipſumque Rodericum Marchionem à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati à ſingulis Eccleſiis prædictis cum primum illas per deceſſum, vel ſi dilectorum filiorum modernorum illarum Rectorum ad hoc acceſſerit aſſenſus, etiam per ceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem earundem Rectorem, vel aliàs quovis modo, & ex cujuſcunque perſona, etiam apud Sedem eandem ſimul, vel ſucceſſive vacaverint, etiam ſi actu nunc vacent, duas partes ex tribus partibus omnium, & ſingulorum fructuum redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi; reliqua illorum tertia parte cum omnibus, & ſingulis oblationibus, offertoriis, & anniverſariis, etiam paſſalibus nuncupatis, ac cura animarum dilectorum filiorum illarum Parochianorum, necnon ſervitio etiam Epiſcopali nuncupato, ſeu quocunque alio onere earundem Eccleſiarum illarum Rectoribus pro tempore exiſtentibus remanentibus, Apoſtolica authoritate tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia perpetuò ſeparamus, & diſmembramus, ac in ſingulis Eccleſiis præfactis ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut Beneficia Eccleſiaſtica hujuſmodi authoritate, & tenore prædictis erigimus, & inſtituimus, illiſque pro eorum, ſeu earum dotibus duas partes diſmembratas, & ſeparatas, cujuslibet Eccleſiarum hujuſmodi; ita quòd decedentibus, vel ut præfertur, cedentibus dictis Rectoribus, ſeu Eccleſiis ipſis, ut præmittitur vacantibus, liceat Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentibus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi dutrum partium fructuum, redituum, & proventuum hujuſmodi propria authoritate libere apprehendere, & perpetuò retinere, Rectorum prædictorum, ac Diæceſani loci licencia ſuper hoc minimè requiſita perpetuò reſpectivè applicamus, & appropriamus; necnon Roderico Marchioni, ac illius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque jus Patronatus ſingulorum, ſeu ſingularum Præſtimoniorum, ſeu portionum, aut Beneficiorum hujuſmodi, & præſentandi perſonam, ſeu perſonas ſæculares etiam in minoribus Ordinibus conſtitutam, ſeu conſtitutas, aut ſufficienti ad id facultate ſuffultas, cujuſvis Ordinis Regulares ad ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi, tam hac prima vice, quàm quoties deinceps illa, ſeu illas quibusvis modis, & ex quorumcunque perſonis, etiam apud Sedem eandem vacare contigerit authoritate, & tenore, ac ſcientia præmiſſis reſervamus, concedimus, & aſſignamus Decernentes jus Patronatus, & præſentandi perſonas, ut præmittitur idoneas ad Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi Roderico Marchioni, ac hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis competere modo, & forma, quibus eidem Roderico Marchioni ad dictas Eccleſias competit, & hactenus competiit. Non obſtantibus Turonenſis Concilii, & quibusvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſeparationis, diſmembrationis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, reſervationis, conceſſionis, aſſignationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis

Dei,

Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo. Quarto Nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno octavo. Quo circa fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrûm per vos, vel alium, ſeu alios literas prædictas, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Roderici Marchionis illiuſque hæredum, & ſucceſſorum prædictorum, ac Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentium, ſeu alicujus eorundem deſuper fueritis requiſiti ſolenniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciatis authoritate noſtra literas prædictas, & in eis contenta quæcunque firmiter obſervari, ac ſingulos, quos illæ concernunt illis pacifice gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores authoritate noſtra prædicta, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingenteſimo quadrageſimo primo. Quarto nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno octavo. CCXXXXXX. *ſumptum ex Regiſtro Bullarum Apoſtolico collationati per me Jacobum Avila, ejuſdem Regiſtri Magiſtrum. Volentes de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & authoritate noſtri Camerariatus officii ſtatuentes, & mandantes, quòd hujuſmodi noſtro publico Tranſumpti inſtrumento in Romana Curia, & extra eam ubique locorum in Judicio, & extra ſtetur, illique adhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta adhiberetur eiſdem originalibus literis data fuit, & daretur ſi in medium exhibitæ, & oſtenſæ forent. Quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis tanquam ritè, rectè, & legitimè geſtis noſtram, dictique noſtri Camerariatus officii authoritatem pariter, & Decretum judiciale interponendum fore duximus, & interpoſuimus, ac interponimus per præſentes. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum has præſentes noſtras literas, ſive hoc præſens publicum Tranſumpti inſtrumentum fieri, & per infra ſcriptum noſtrum, & Cameræ Apoſtolicæ Notarium publicum ſubſcribi, ſigillique ejuſdem Cameræ, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ in Camera Apoſtolica ſub anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, Indictione duodecima, die verò undecima menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ VIII. anno octavo, præſentibus ibidem Magiſtris Dominis Nicolao Compagno, & Lucio Calderino ejuſdem Cameræ Notariis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis. Locus ✠ Sigilli.*

BULLA GREGORII XV.

GREGORIUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Officiali Elborenſi ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Romani Pontificis conſueta benignitas, pia Fidelium præſertim generis nobilitate pollentium vota, ex quibus Miniſtrorum Eccleſiaſticorum in quibusvis Eccleſiis manutentioni cum Divini Cultus augmento conſulitur, ac eiſdem Fidelibus honor accedit, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittere, & his, quæ per Prædeceſſores ſuos Chriſti Fidelibus eis, & Sedi Apoſtolicæ devotis conceſſa fuiſſe comperit, ut ea firmius ſubſiſtant, nec ab aliquibus impugnari, aut in dubium revocari valeant, roboris ſui partes libenter interponere, eaque favore gratiæ potioris proſequi conſuevit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Paulo Papæ III. Prædeceſſori noſtro pro parte bonæ memoriæ Roderici dum vixit Marchionis de Ferreira expoſito: quòd cum ipſe Beatæ Mariæ de Tentugal, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sancti Michaelis Montis Maioris Veteris, & ejuſdem Beatæ Mariæ Villæ Novæ Danſos, nec non Sanctæ Catharinæ de Nobra, & ejuſdem Beatæ Mariæ de Villa-Ruiva Elborenſis, & Colimbrienſis reſpectivé Diœceſis Parochialium Eccleſiarum unicus Patronus, ex donatione juris Patronatus ſuis Prædeceſſoribus à Regibus Portugalliæ, de eo quod ipſis in dictis Eccleſiis competebat facta, ac in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi juris præſentandi perſonas idoneas ad dictas Eccleſias, dum pro tempore vacabant, exiſteret, ipſarumque Eccleſiarum fructus, reditus, & proventus benedicente Domino adeo uberes, & abundantes eſſent, ſeu ita excreviſſent, ut ex fructibus, reditibus, & proventibus ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi duo Clerici manuteneri, & ſuſtentari commodé poſſent; dictus Rodericus cupiebat duas ex tribus partibus omnium, & ſingulorum fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi ab illis diſmembrari, & ſeparari, ac ut in ſingulis Eccleſiis prædictis Divinus Cultus, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorũ numerus augeretur, in ſingulis Eccleſiis prædictis ſingula, & ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut perpetua ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica erigi, & inſtitui, illiſque pro eorum, ſeu earum dote duas diſmembrandas, & ſeparandas partes hujuſmodi applicari, & appropriari; idem Prædeceſſor ſupplicationibus ſibi pro parte ejuſdem Roderici Marchionis deſuper tunc porrectis inclinatus, à ſingulis Eccleſiis prædictis, ſi tunc exiſtentium illarum Rectorum ad hoc accederet aſſenſus, aut cum primum ille per deceſſum, vel ceſſum, ſeu quamvis aliam demiſſionem dictorum Rectorum, vel alias quovis modo, & ex quorumcunque perſonis, etiam apud Sedem eandem ſimul, vel ſucceſſivè vacaviſſent, etiamſi actu tunc forſan vacarent duas ex tribus partibus omnium fructuum, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarum hujuſmodi, reliqua illarum tertia parte cum omnibus, & ſingulis oblationibus, offertoriis, & anniverſariis, etiam paſſalibus nuncupatis, ac cura animarum illarum Parochianorum, nec non ſervitio etiam Epiſcopali nuncupato, ſeu quocunque alio onere earundem Eccleſiarum illarum Rectoribus pro tempore exiſtentibus remanentibus, Apoſtolica authoritate ex certa ſua ſcientia perpetuó ſeparavit, & diſmembravit, ac in ſingulis Eccleſiis prædictis ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu Præſtimoniales portiones, aut Beneficia Eccleſiaſtica huiuſmodi eâdem authoritate erexit, & inſtituit, illiſque pro eorum, ſeu earũ dotibus duas partes fructuũ, redituum, & proventuum ſingularum Eccleſiarũ prædictarum ſic diſmembratas, & ſeparatas; ita quòd decedentibus, vel, ut præfertur,*

ce-

Digitized by Google

cedentibus, dictis Rectoribus, ſeu Eccleſiis ipſis, ut præfertur, vacantibus, liceret Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentibus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi duarum partium fructuum, redituum, & proventuum hujuſmodi propria authoritate apprehendere, & perpetuò retinere, Rectorum prædictorum, ac Diœceſani loci licentia ſuper hoc minimè requiſitâ perpetuò reſpectivè applicavit, & appropriavit; necnon Roderico Marchioni, & illius Succeſſoribus, ſeu illius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque juris Patronatus ſingulorum, ſeu ſingularum Præſtimoniorum, ſeu portionum, aut Beneficiorum hujuſmodi, & præſentandi perſonam, ſeu perſonas ſæculares etiam in minoribus conſtitutam, ſeu conſtitutas, aut ſufficienti ad id facultate ſuffultas, cujuſvis Ordinis Regulares ad ſingula, ſeu ſingulas Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi, tam eâ primâ vice, quàm quoties deinceps illa, ſeu illas quibusvis modis, & ex quorumcunque perſonis, etiam apud Sedem eandem vacare contigerit authoritate, & ſcientia prædictis reſervavit, conceſſit, & aſſignavit. Decernens jus Patronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi Roderico Marchioni, ac hæredibus, & ſucceſſoribus præfactis competere modo, & formâ, quibus eidem Roderico Marchioni ad dictas Eccleſias competebat, & hactenus competierat, & aliàs prout in ipſius Pauli Prædeceſſoris literis, deſuper expeditis pleniùs continetur.

Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti Filii Nobilis Viri Franciſci de Mello, Comitis de Tentugal, & moderni Marchionis de Ferreira, petitio continebat, literæ præfactæ, & per eas facta diſmembratio, erectio, inſtitutio, & applicatio ſupra dicta plenarium, & integrum effectum ſortitæ fuerint, dictuſque Rodericus, & poſt eum ejus ſucceſſores Marchiones de Ferreira in poſſeſſione præſentandi ad præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia ſic erecta, & erectas extiterint, & occurrentibus illorum, ſeu illarum vacationibus ad illa, ſeu illas perſonas idoneas, juxta facultatem eis per prædictas literas ad id attributam præſentaverint, & ab eis præſentati in illis ad præſentationem hujuſmodi inſtituti fuerint, & fructus ſingulis præſtimoniis, aut portionibus, vel Beneficiis hujuſmodi, ut ſupra applicatos exegerint, illiſque gaviſi fuerint: & licet dictus Franciſcus, Comes, & Marchio, qui dicto Roderico Marchioni ejus Proavo in Marchionatu de Ferreira, ac etiam in dicto jure Patronatus ſucceſſit, uti talis ſucceſſor in poſſeſſione, ſeu quaſi juris præſentandi perſonas idoneas ad Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi quinquaginta circiter annorum ſpatio à maioribus ſuis ad eum uſque continuata exiſtat, & in hujuſmodi poſſeſſione ab eo ad præſtimonia, ſeu portiones, vel Beneficia hujuſmodi præſentandi, ſuper libera exactione fructuum ſingulis præſtimoniis, ſeu portionibus, aut Beneficiis hujuſmodi applicatorum perturbari non debuerint, neque debeant; nihilominus tamen Sanctæ Catharinæ de Nobra, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Montis Maioris Veteris, necnon Sancti Michaelis, & forſan aliarum ſupradictarum Eccleſiarum Rectores, quibus tertia earundem Eccleſiarum fructuum pars remanens ad congruam eorum ſuſtentationem ultra pedem Altaris, & alia emolumenta incerta, ex Curæ animarum exercitio provenientia, abundé ſufficit, certo abhinc tempore validitatem dictarum literarum in dubium revocantes, ſub prætextu, quòd jus Patronatus dictarum Eccleſiarum ad dictum Rodericum Marchionem non uti perpetuum, & gentilitium, ſed ex donatione ei, ſeu ejus Anteceſſoribus olim à Regibus Portugalliæ facta pertineret, & tunc exiſtentis Portugalliæ Regis in diſmembratione, & erectione, ac applicatione præfatis, neque requiſitus, neque præſtitus fuiſſet conſenſus, quem neceſſarium fuiſſe prætenderunt, & fonſan aliis prætextibus præſentatos ad Præſtimonia, ſeu portiones, aut Beneficia hujuſmodi, in illiſ-

que inſtitutos in exactione fructuum, ut præfertur, applicatorum impediſſe, eiſque dictos fructus denegare cæperunt, & deſuper inter eos, dictoſque præſentatos lites excitatæ fuerunt. Cum autem, ſicut eadem ſubjungebat petitio, dictus Franciſcus Comes, & Marchio ad tollendam omnem dubitandi, & altercandi materiam ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Portugalliæ, & Algarbiorum Regem Catholicum recurſum habuerit, idemque Philippus Rex diſmembrationi, erectioni, & applicationi præfatis, aliiſque in dictis literis contentis conſenſerit, nihilominus tamen, quia firmiora ſunt ea, quæ ſæpius Sedis præfatæ patrocinio roborantur. Propterea idem Franciſcus, Comes, & Marchio, qui, ut aſſerit, ex illuſtri genere procreatus exiſtit nobis, humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfatum Franciſcum Comitem, & Marchionem, à quibuſvis excommunicationibus, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Cenſuris, Sententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon quarumcunque litiumſuper præmiſſis motarum, & forſan adhuc pendentium, & inſtructarum ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, juraque, & titulos, ac prætenſiones partium, ac proceſſus deſuper fabricatos, necnon illorum, & Sententiarum deſuper forſan latarum, necnon dictarum literarum, etiam totos, & integros tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, necnon lites præfactas ſuper defectu conſenſus Regis præfati tantum quomodocunque motas in perpetuum extinguentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus literas præfatas, ac per eas diſmembrationem duarum tertiarum partium fructuum à dictis Parochialibus, & in illis earumque ſingulis Præſtimoniorum, ſeu portionum, aut Beneficiorum hujuſmodi erectionem, dictorumque fructuum diſmembrationem, applicationem, ac Roderico Marchioni, ac ejus ſucceſſoribus præfatis juris Patronatus reſervationem hujuſmodi factas, ac omnia, & ſingula in eis contenta attento, quòd dictus Philippus Rex præmiſſit, ut dictus Franciſcus Comes, & Marchio, etiam aſſerit, expreſſé conſenſit, authoritate noſtra ſine alicujus præjudicio perpetuò approbes, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicias, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quàm facti, & ſolemnitatum, etiam quantumvis ſubſtantialium defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenirent, ſuppleas, illaque valida, & efficacia eſſe, ac perpetuo viribus ſubſiſtere, ipſumque Franciſcum, Comitem, & Marchionem, ejuſque ſucceſſores jure Patronatus præfato uti, & gaudere, & dilectum filium Rodericum etiam de Mello, Clericum Elborenſem, dicti Franciſci Comitis, & Marchionis fratrem, ac modernum Præſtimoniorum, ſeu portionum, aut Beneficiorum hujuſmodi poſſeſſorem, ſive ad illa, vel illas præſentatum, ejuſque ſucceſſores illa, ſeu illas pro tempore obtinentes duas tertias partes eorundem fructuum illis, ut præfertur, applicatas exigere, & percipere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere poſſe, & debere, & ſuper liberâ illarum exactione à quoquam, etiam à modernis, & pro tempore exiſtentibus ipſarum Eccleſiarum Rectoribus moleſtari, perturbari, aut impediri non poſſe, quinimo ipſis, & eorum cuilibet de dictis duabus tertiis partibus à dictis Rectoribus, aliiſque, ad quos forſan ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum integré, realiter, & cum effectu debitis temporibus, & omni mora, & dilatione ceſſantibus à die, quo ut præfertur præſentatus fuit, reſponderi, & ſatisfieri debere, illoſque ad id obligatos eſſe, & fore, omnibuſque juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuntios in quacumque

cumque

cumque inſtantia judicari, & definiri debere, dictâ authoritate decernas. Non obſtantibus quacunque litis pendentia, aliiſque præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo. Nono Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri anno primo. Loco ✠ Plumbi.

Harum literarum tenore emanavit Sententia Vincentii Feo Cabral, data 13. Martii anno 1652. qua illas exequi mandavit in omnibus Eccleſiis reſpective, & illarum vigore expeditæ fuerunt plurimæ præſentationes, & nominationes, quibus poſitis ſine ulla inſtitutione Canonica, ſed Apoſtolica benignitate, & indulto ad factum illud perpetuò repetendis, præſentati, & nominati poſſeſſionem arripiunt, & fructus adminiſtrant, ut vidimus in Illuſtriſſimis Dominis Domno Theodoſio, & Domno Nonio Alvares Pereira de Mello, Epiſcopo Lamecenci, & denique in alio pariter Illuſtriſſimo Domino Domno Nonio Alvares Pereira de Mello, qui actualiter omnia dicta Præſtimonia in Bullis contenta pacificè poſſidet ad præſentationem Excellentiſſimi Domini Domni Jametis, Ducis Cadavalenſis, Patris ſui; ſed quia controvertiam paſſus à Vicario, & Officialibus Curiæ Eccleſiaſticæ Collimbrienſis, manuteneri, & conſervari obtinuit in prædicta poſſeſſione, & formâ regendi Præſtimonia hujuſmodi; hic exhibemus ad notitiam tenorem Sententiæ in materia prolata cum allegationibus illam præcedentibus.

Copia Actorum, & Sententiæ Curiæ Eccleſiaſticæ Collimbrienſis.

Diz Dom Nuno Alvares Pereira de Mello, que para bem de ſua juſtiça lhe he neceſſario treslado da nomeaçaõ, que o Excellentiſsimo Senhor Duque Eſtribeiro Mór, ſeu Pay, lhe fez dos Preſtimonios das Igrejas de ſeu Padroado, de que o Supplicante eſtá de poſſe, em virtude dos Indultos Apoſtolicos, ſim preceder collaçaõ; e outro ſy da Petiçaõ, que fez para ſe lhe levantar o Sequeſtro; e dos Embargos, e Sentença, que julgou provados os ditos Embargos, ouvidos os Procuradores da Mitra, e he Eſcrivaõ o da Camera. Pede a V. Mercé Senhor Doutor Proviſor, lhe faça mercé mandar paſſar a dita Certidaõ em fórma. E receberá a mercé. ::::: Paſſe como ſe pede, naõ havendo inconveniente. Doutor Souſa.

Em cumprimento do deſpacho acima poſto, que he do Muito Reverendo Senhor Doutor Manoel dos Reys e Souſa, Prothonotario Apoſtolico de Sua Santidade, Proviſor, e Juiz dos Caſamentos, e Habilitaçoens de Genere em eſta Cidade de Coimbra, e todo o ſeu Biſpado, &c. Certifico eu Leandro Vaſques de Miranda, Eſcrivaõ da Camera Eccleſiaſtica deſta dita Cidade, que para haver de paſſar a preſente vi huns Autos de apreſentaçaõ dos Preſtimonios, ou Beneficios ſimpleces, inſtituidos nas Igrejas de Santa Maria de Tentugal, Santa Maria de Villa Nova Danſos, Santa Catherina de Anobra, Santa Maria Magdalena, de Saõ Miguel de Monte Mór o Velho deſte Biſpado; apreſentados pelo Excellentiſſimo Duque do Cadaval na peſſoa de ſeu filho Dom Nuno Alvares Pereira de Mello: e nos ditos Autos ſe acha hum Inſtrumento de ditos de Teſtimunhas de poſſe, reduzido a publica fórma; e no dito Inſtrumento a folhas ſete dos meſmos Autos, a folhas nove ſe acha a Carta de nomeaçaõ, e apreſentaçaõ, de que a Petiçaõ atraz faz mençaõ; e della o ſeu theor, e fórma he o ſeguinte. Car-

Carta de Apreſentaçaõ.

Dom Jayme, Duque do Cadaval, Marquez de Ferreira, Conde de Tentugal, dos Concelhos de Eſtado, e Guerra de ElRey meu Senhor, ſeu Eſtribeiro Mór, e Preſidente da Meſa da Conſciencia, e Ordens, &c. Faço ſaber aos que eſta minha Carta virem, que eu ſou Padroeiro em poſſe de hum dos Preſtimonios, ou Beneficios ſimpleces, inſtituidos nas Igrejas do Padroado de minha Caſa, e como tal eſtou em poſſe de os apreſentar por mim, e meus anteceſſores; e por quanto ao preſente ſe achaõ vagos, por falecimento do Senhor Biſpo de Lamego, os Preſtimonios inſtituidos nas Igrejas Parochiaes de Santa Maria de Tentugal, Santa Maria de Villa Nova Danſos, Santa Catherina de Anobra, Santa Maria Magdalena de Monte Mór o Velho, e Saõ Miguel da meſma Villa, todos deſte Biſpado de Coimbra, apreſento nelles a Dom Nuno Alvares Pereira de Mello, meu filho, para que os haja na meſma fórma, que os houve ſeu Anteceſſor, conforme a Bulla concedida a minha Caſa, para effeito de os apreſentar: e em virtude della, e deſta minha Carta tomará poſſe dos referidos Preſtimonios por ſeu Procurador. A preſente ſe cumprirá ſendo por mim aſſignada, e paſſada pela minha Chancellaria. Dada em Lisboa Occidental em os vinte e dous de Junho, Caetano Gomes Pereira, Official mayor, a fez, anno de mil ſetecentos e trinta e tres. Ignacio de Carvalho a fiz eſcrever. :::: Duque Eſtribeiro Mór. :::: Joaõ Alvares da Coſta. :::: Carta pela quál V. Excellencia faz mercè ao Senhor D. Nuno Alvares Pereira de Mello, ſeu filho, de o apreſentar nos Preſtimonios inſtituidos nas Igrejas Parochiaes de Santa Maria de Tengugal, Santa Maria de Villa Nova Danſos, Santa Catherina de Anobra, Santa Maria Magdalena, e Saõ Miguel da Villa de Monte Mór o Velho, na fórma acima declarada. Para V. Excellencia ver. :::: Por Deſpacho de Sua Excellencia de vinte e dous de Junho. :::: Lugar do Sello com huma Rubrica. ::: Pagou nada por quitar o Chanceller, e aos Officiaes gratis. Lisboa Occidental, em quatro de Setembro de mil ſetecentos e trinta e tres. Almeida. :::: Regiſtada a folhas ſeſenta e ſeis. Almeida. :::: Regiſtada no livro da Secretaria a folhas trinta e ſeis. Caetano Gomes Pereira. ::: E outro ſy certifico eu ſobre dito Eſcrivaõ, que nos ditos Autos ſe acha a Petiçaõ de Sequeſtros, de que a Petiçaõ do Supplicante atraz faz mençaõ a folhas tres dos meſmos Autos, da qual o theor de verbo ad verbum he o ſeguinte.

Petiçaõ.

Diz Dom Nuno Alvares Pereira de Mello, da Cidade de Lisboa, que por morte do Illuſtriſſimo Biſpo de Lamego, ſeu Tio, vagaraõ os Preſtimonios das Igrejas de Santa Maria de Tentugal, Santa Catherina de Anobra, Santa Maria de Villa Nova Danſos, Saõ Miguel, e Santa Maria Magdalena de Monte Mór o Velho; nos quaes foy o Supplicante apreſentado pelo Excellentiſſimo Duque Eſtribeiro Mór, ſeu Pay, como Padroeiro, que he dos ditos Preſtimonios, que por Bullas Apoſtolicas dos Papas Paulo III. e Gregorio XV. foraõ inſtituidos por deſmembraçaõ das duas partes de frutos para ſe darem, e gozarem até por peſſoas ſeculares, que delles tomaſſem poſſe por ſua propria authoridade, como o Supplicante fez, e conſta do inſtrumento junto; e como além de naõ neceſſitar de Ordens algumas Eccleſiaſticas o Supplicante as tem; e eſtá habilitado para gozar de todos, e quaeſquer Beneficios Eccleſiaſticos, de cuja natureza naõ gozaõ os Preſtimonios, conforme a melhor opiniaõ de Doutores, que neſte Reino ſe pratica nos Preſtimonios da Caſa de Villa-Real; e neſtes aconteceo o meſmo, pois na Camera Eccleſiaſtica ſe naõ achaõ Autos de collaçaõ de ſeu Anteceſſor;

teceſſor; e neſtes termos ſe lhe faz gravame no Sequeſtro de frutos, que ſe lhe mandou fazer por eſte Juizo Eccleſiaſtico; e baſtava eſtàr o Supplicante de poſſe, com titulo colorado, para naõ ſer deſpojado do uſo, e fruto de ſeus Preſtimonios ſem primeiro ſer ouvido, e convencido ordinariamente, e tambem o Padroeiro, ao qual ſe perturba a quaſi poſſe, e liberdade de ſeu Padroado. E para melhor deduzir ſeu direito. :::: Pede a V. Senhoria, lhe faça mercè mandar dar viſta de todos os procedimentos, ſuſpenſo o effeito delles; e eſta offerece o Supplicante por principio dos Embargos, e pede a manutençaõ na melhor forma de direito. E receberà a mercé. :::: Autuada na Camera, junta aos mais requerimentos, que nella ſe achaõ, ſe lhe dê viſta na fórma, que pede. Coimbra, vinte e quatro de Outubro de ſetecentos e trinta e três. ;::: Nobre. :::: E outro ſy certifico eu ſobre dito Eſcrivaõ da Camera, que nos meſmos Autos a folhas dezouto ſe achaõ os Embargos, de que outro ſy a Petiçaõ do Supplicante faz mençaõ; e delles o ſeu theor, e fórma he o ſeguinte.

Embargos.

Primeiramente requeiro ſe paſſe mandado de ſuſpenſaõ de procedimentos na fórma da Petiçaõ, e Deſpacho folhas ſinco. ::: E por artigos de manutençaõ, ou embargos, acabando os começados a folhas cinco, diz Dom Nuno Alvares Pereira de Mello neſta, e na melhor fórma de direito. :::: E ſe cumprir. ::::
1. *Provarà conſta vagarem os Preſtimonios inſtituidos nas Igrejas declaradas a*
folhas cinco, e nove, e ſer o Embargante apreſentado nelles para os gozar,
e poſſuir na fórma dos Indultos Apoſtolicos, concedidos ao Duque Eſtribeiro Mòr,
Padroeiro das Igrejas, e pela meſma fórma, que os houve o Biſpo de Lamego,
2. *ſeu immediato anteceſſor. :::: Provarà, que em virtude da Carta de nomeaçaõ,*
folhas nove, tomou o Embargante poſſe dos ditos Preſtimonios por ſua propria
authoridade, por lha darem os Indultos Apoſtolicos independente dos Prelados
3. *Ordinarios. :::: Provarà, que neſta meſma fórma, ſem outra collaçaõ, ou inſti-*
tuiçaõ Canonica, foy metido de poſſe, e nella ſe conſervou o Biſpo de Lamego
Dom Nuno Alvares Pereira de Mello até a hora de ſua morte; e em prova de
naõ ſer collado, nem metido de poſſe por eſte Juizó, peço a fé do Reverendo Eſ-
crivaõ da Camera Eccleſiaſtica, ſobre achar, ou naõ achar os taes Autos, ou de
ſeus Predeceſſores, que certamente haviaõ de apparecer, como apparecem as col-
laçoens das meſmas Igrejas deſde o tempo da creaçaõ dos Preſtimonios, e deſmem-
braçaõ das duas partes de ſeus frutos, por authoridade dos Papas Paulo III.
4. *e Gregorio XV. para ſempre. :::: Provarà, que a Carta de apreſentaçaõ, fo-*
lhas tres, foy variada pela Carta de nomeaçaõ folhas nove, e o Duque Eſtribei-
ro Mór he Padroeiro Leigo, e podia variar, e variou, por lhe conſtar me-
lhor da natureza dos Preſtimonios depois de haverſe enganado a primeira vez. :::
5. *Provarà, que os Preſtimonios ſaõ Pençoens Leigas, e conſtaõ de frutos deſmem-*
brados, e ſecülariſados, aſſim como ſaõ os Preſtimonios da Caſa de Bragança,
e da Caſa de Villa-Real, incorporada no Infantado, e todos ſe coſtumaõ prover
6. *em peſſoas Eccleſiaſticas, ou Leigas, Seculares, ou Regulares. :::: Provarà, que*
neſta poſſe de apreſentar, independente da collaçaõ do Ordinario, como Padroei-
ro, eſtà o Duque per ſi, e ſeus Predeceſſores ha trinta, quarenta, cem, e mais
annos, ſem contradiçaõ de peſſoa alguma, à viſta, e face dos Priores, e do Ordi-
nario; e por ſerem paſſados tantos annos depois do Concilio Tridentino, ſe deve
7. *ſuppor legitimo o Padroado. :::: Provarà, que o Embargante he Clerigo de Or-*
dens menores, e eſtà diſpenſado para todos os Beneficios Eccleſiaſticos; e no caſo
negado, que neceſſitaſſe de collaçaõ, he apto, e capaz della, e dos frutos Eccle-
8. *ſiaſticos. :::: Provarà, que a nomeaçaõ ſe fez dentro de quadrimeſtre, e ſe ha*

de

de julgar boa, e valioſa para o Embargante ſer manutenido na poſſe, em que eſtá, bem aſſim como eſtiveraõ ſeus Anteceſſores, e melhor ainda podendo ſer. :::: Fama publica. :::: Pede recebimento, cumprimento de Juſtiça, e a manutençaõ em ſeu nome, e do Padroeiro. :::: Com os proteſtos neceſſarios. :::: E cuſtas. :::: Magalhães. E outro ſy certifico eu ſobre dito Eſcrivaõ da Camera, que nos meſmos Autos, a folhas quarenta e ſete ſe acha a Sentença, de que a Petiçaõ atraz, do Supplicante faz mençaõ; e o theor, e fórma della de verbo ad verbum he o ſeguinte.

Sentença.

Viſtos eſtes Autos, Artigos juſtificativos de manutençaõ, Bullas Apoſtolicas, Carta de Ordens, e mais documentos juntos: e como ſe moſtra, que o juſtificante Dom Nuno Alvares Pereira de Mello, natural da Cidade de Lisboa, ſe acha legitimamente preſentado pelo Excellentiſſimo Duque de Cadaval nos Preſtimonios inſtituidos nas cinco Igrejas Parochiaes de Santa Maria de Tentugal, Santa Maria Villa Nova Danſos, Santa Catherina de Anobra, Santa Maria Magdalena, e de Saõ Miguel da Villa de Monte Mór o Velho, deſte Biſpado, e do Padroado da Caſa do meſmo Excmo. Duque, a quem por Bullas Apoſtolicas foy feita a graça, perpetua dos ditos Preſtimonios para os poder in ſolidum *apreſentar nas peſſoas, ou peſſoa, que lhe pareceſſe, e tiveſſe os requiſitos inſinuados nas meſmas Bullas; e ſe achar na quaſi poſſe, e ultimo eſtado de apreſentallos, e terem vagado por morte natural do Illuſtriſſimo Biſpo da Cidade de Lamego, ultimo, e immediato poſſuidor, que foy delles; e que o juſtificante apreſentado dos meſmos, ſe acha de poſſe pela ter aprehendido por virtude da ſua apreſentaçaõ folhas nove, paſſada em tempo habil, e ſem embargo da primeira paſſada, à folhas tres, viſta a qualidade do Padroado. Por tanto, e attendendo aos ultimos eſtados dos referidos Preſtimonios, porque ſe moſtra gozarem-nos os immediatos apreſentados ſem preceder collaçaõ do Ordinario; aos quaes ultimos eſtados ſe deve attender na fórma de direito, quando reſulta duvida ſobre a natureza dos Preſtimonios. Recebo os artigos de manutençaõ folhas, e os julgo por provados; e que o apreſentado Dom Nuno Alvares Pereira de Mello ſe conſerve, e ſeja manutenido na ſua poſſe, em que ſe acha dos taes Preſtimonios, e os perceba na meſma fórma, que os poſſuiaõ, e percebiaõ ſeus immediatos poſſuidores; e mando, que nenhuma peſſoa o perturbe, nem inquiete por algum modo na referida poſſe; para o que hei por ſuſpenſos todos, e quaeſquer procedimentos, que houver obſtativos à conſervaçaõ pacifica da meſma poſſe, e ſe lhe paſſe Sentença querendo-a; e pague as cuſtas ex cauſa. Coimbra, dezaſete de Setembro de mil ſetecentos e trinta e tres. Doutor Manoel dos Reys, e Souſa. :::: E naõ ſe continha mais em a dita Carta de apreſentaçaõ do Excellentiſſimo Duque de Cadaval, feita a ſeu filho Dom Nuno Alvares Pereira de Mello; Petiçaõ de ſequeſtro, embargos de manutençaõ, e Sentença, de que ſua Petiçaõ retro atraz faz mençaõ, que tudo anda junto nos meſmos Autos, que eu ſobre dito Eſcrivaõ da Camera tudo aqui fiz trasladar bem, e fielmente das proprias, às quaes em todo, e por todo me reporto; e vaõ eſcritas em oito meyas folhas de papel, ſem levarem borraõ entre linha, nem couſa, que duvida faça, em fé do que eſta ſob eſcrevi, conferi, e concertei com outro Official de Juſtiça aqui comigo aſſignado. Em Coimbra, aos treze dias do mez de Agoſto de mil ſetecentos e trinta e cinco annos. Pagou-ſe de feitio deſta trezentos e trinta reis. E eu Leandro Vaſques de Miranda, Eſcrivaõ da Camera o ſob eſcrevi, e aſſigney. Leandro Vaſques de Miranda. :::: Concertado com as proprias Certidoens por mim Eſcrivaõ da Camera. Leandro Vaſques de Miranda. :::: E comigo Eſcritor da Camera Eccleſiaſtica. Joſeph Ferreira Ignacio.*

RE

RESOLUTIO XLVII.

An, non admittente Judice Eccleſiaſtico exceptionem rei judicatæ in Judicio Coronæ ſuper Beneficio, aut Præſtimonio Patronatûs Regii committat violentiam, pro qua pateat recurſus ad Coronam?

SUMMARIUM.

1 *Proponitur caſus.*
2 *Sententia Coronæ.*
3 *Refertur altera Sententia Coronæ.*
4 *Actio ſpolii coram Vicario Generali Bracharenſi intentata.*
5 *Exceptio rei judicatæ admittitur, in eodem jure, in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas.*
6 *Hanc exceptionem jubet jus Canonicum admittere in Judicio Eccleſiaſtico, & vice verſa.*
7 *Judicium Coronæ eſt competens in poſſeſſoriis Beneficiorum, & Præſtimoniorum Coronæ.*
8 *Non proceditur in cauſa principali, quin prius plenarié ſpoliatus reſtituatur.*
9 *Gravamen interpoſitum ad Judicium Coronæ à Judicibus Eccleſiſticis diſtrictus domus Portuenſis in eodem Judicio deciditur.*
Ibi. *Non tamen ſi interponatur ſuper Beneficiis Patronatus Coronæ.*
10 *Convincitur reſponſio Vicarii Generalis.*
11 *Gravamen interpoſitum ad Coronam à Judicibus Eccleſiaſticis deciditur per Leges Eccleſiaſticas.*
12 *Sententia Coronæ.*
13 *Chartæ rogatoriæ expediuntur à Corona, ut Judices Eccleſiaſtici à gravamine deſiſtant.*
14 *Decretum Palatii.*
15 *Rex juſſit referre fundamenta Decreti Palatii.*
16 *Primum fundamentum refertur.*
17 *Secundum fundamentum refertur.*
18 *Confutantur fundamenta.*
19 *Sententia Coronæ data per viam actionis ſpolii non eſt ſubordinata Tribunali Palatii.*
20 *Ceſſat fundamentum Palatii.*
21 *Scripturæ in actis præſentatæ per partes, plenam fidem faciunt.*
22 *Ut fundetur juriſdictio Judicis Eccleſiaſtici, debet allegari qualitas, quæ ei tribuit juriſdictionem.*
23 *Sententiæ Coronæ non erant executioni mandatæ.*
24 *Convincitur ſecundum fundamentum.*
25 *Taxa portionis Rectoris fit per Ordinarium in Eccleſiis unitis, & erectis, non minor quinquaginta, nec maior centum ducatorum computatis certis & incertis.*
26 *Ita Doctores.*
27 *Portio per Summum Pontificem aſſignata, non poteſt per Ordinarium alterari.*
28 *Judices qui ſuas revocant Sententias magis de Sapientia commendantur.*
29 *Sententia Palatii revocatoria primæ.*
30 *Huic Sententiæ obtemperavit Vicarius Generalis Bracharenſis, & reponi juſſit omnia in priſtinum.*

Vacante Præſtimonio *S. Salvatoris de Tangil* Patronatûs Regii, Rector illius *Lupus à Caſtro de Figueiredo* in poſſeſſionem domorum, & paſſalium dicti Præſtimonii, propria authoritate ſe ingeſſit: quare *Eduardus Claudius* proviſus per Regem in dicto Præſtimonio actionem ſpolii contra eum intentavit in Judicio *Coronæ domus Supplicationis*, in cujus favorem (me patrocinante tanquam Procuratore Sereniſſimi Infantis *D. Petri*, Donatarii Præſtimoniorum domûs Villæ Regalis) lata fuit Sententia tenoris ſequentis. 1

Sententia Coronæ.

2 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, Libello do A. Duarte Claudio Huet, fol. 7. contrariedade do R. Lopo de Caſtro de Figueiredo, Reitor da Igreja de Saõ Salvador de Tangil do Arcebiſpado de Braga, fol. 23. e ſeu accreſcentamento fol. 29. prova dada, e documentos juntos, de que tudo houve viſta o Procurador da Coroa, que aſſiſte à parte do A. Moſtrà-ſe, que tomando o A. poſſe do Preſtimonio ſito na dita Igreja, em que foy apreſentado pelo dito Senhor, e pertencendo-lhe por razaõ da dita apreſentaçaõ, e poſſe as terras, herdades, e mais poſſeſſoens da dita Igreja, como as tiveraõ ſeus Anteceſſores, e bem aſſim os Campos da Fonte do Geſtal, e da Oliveira; o R. ſendo ſómente Vigario da dita Igreja, e tendo a porçaõ limitada, concedida por Bullas Apoſtolicas, como eſtà julgado, ſe meteo de poſſe dos ditos Campos, de alguns annos à eſta parte, cultivando-os como ſe foraõ ſeus, e da meſma maneira occupa, e retem a poſſe nas Caſas, e Celeiros, no que faz ao dito A. força, e esbulho, e ao dito Preſtimonio, e deve ſer condenado a que deſiſta della, largando tudo ao A. Pelo R. ſe moſtra eſtar de poſſe de annos a eſta parte dos campos, e caſas, que o A. pede em ſeu Libello, e ſempre as poſſuir pacificamente, e que os Preſtimoniarios anteceſſores do A. naõ poſſuiraõ os ditos Campos, e Caſas; e que dos Preſtimonios, que a dita Caſa de Villa-Real teve nas Igrejas daquelle diſtricto, nenhum Preſtimoniario poſſuio os Campos, e Paſſaes das Igrejas, ſenaõ os Reitores dellas, e que o A. naõ tomou poſſe das ditas Caſas contheúdas no Libello; e aſſim, que naõ tinha lugar a acçaõ de força intentada. O que viſto, e o mais dos Autos, e como por elles conſta ſerem os ditos Campos pertencentes ao dito Preſtimonio do A. e a poſſe com que o R. ſe defende ſer como de colono nos ditos Campos, e trazellos por arrendamento, e conſentimento dos Rendeiros, e da maõ de alguns, como ſe colhe da carta do Reo fol. 77. em que lhe pede lhe queira arrendar os ditos Campos; e pelo documento fol. 80. ſe verefica ſerem-lhe concedidos precariamente, e pelas cauſas, e razoens declaradas na dita eſcritura, do que ſe moſtra naõ haver da parte do R. poſſe baſtante para nella haver de ſer conſervado: Condemnaõ ao R. a que deſiſta da força, e retençaõ, que faz em naõ largar ao A. os ditos Campos, e Caſas, e lhas deixe poſſuir, como lhe pertencem, pois o R. naõ póde ter mais na dita Igreja, que a porçaõ, que lhe foy concedida, e julgada; e condemnaõ outro ſy na reſtituiçaõ dos frutos da lide conteſtada em diante, e nas cuſtas dos Autos. Lisboa, 19. de Agoſto de 1653. Souſa. Secco. Vaſconcellos.*

Excluſo Rectore virtute hujus Sententiæ à domibus, & paſſalibus, nec non à poſſeſſione percipiendi centum aureos portionis à tempore vacationis Præſtimonii per alteram Sententiam ejuſdem Judicii Coronæ, de qua *ſupra Reſolut. 22. n. 6.* 3

Dictus Rector actionem ſpolii coram Vicario Generali Bracharenſi intentavit contra eundem *Eduardum* ſuper eiſdem domibus, paſſalibus, & portione centum ducatorum, coram quo dictus *Eduardus* exceptionem rei judicatæ oppoſuit fundatam in dictis Sententiis, quæ in rem judicatam tranſierant: cumque dictus Vicarius Generalis exceptioni non detuliſſet, & ad ulteriora procedi juſſiſſet, dictus *Eduardus* gravatus interpoſuit gravamen ad *Judicium Coronæ Domus Supplicationis*, ubi in favorem aggravantis, cui ex officio aſſiſtebam, obtuli ſequentia fundamenta. 4

Primò, illam exceptionem neceſſariò admittendam, quia erat in eodem jure, in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas: ex L. *Cum queritur, cum ſeqq. ff. de Except. rei judicat.* Gail *lib. 1. obſerv. 70. num. 17.* Surd. 5

Conſ.

Conſ. 165. *num.* 11. *& conſ.* 312. *à n.* 1. Petrus Barboſ. *in L. Divortio*, §. *ult.* 2. *part. num.* 62. *ff. Solut. Matrimon.* Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 25. Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 50. *num.* 1. Gratian. *Forenſ. cap.* 445. *à num.* 10. Mendes à Caſtro *Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num* 2. Themud. 3. *part. deciſ.* 298. *num.* 46.

6 Secundò, quia jus Canonicum hanc exceptionem expreſſé jubebat admittere: in *Cap. ult. de Except. in* 6. *verſ. Similiter*, ibi: *Similiter, Eccleſiaſtici Judices (ſi coram ipſis excipiatur de re per ſæcularem Judicem judicatâ) exceptionem ipſam admittant in his, quæ animarum periculum non inducunt: per Superiores ſuos (niſi fecerint) animadverſione debita caſtigandi.* Sicut etiam è converſo Judices ſæculares admittere tenentur exceptiones rei judicatæ Judicis Eccleſiaſtici; ut per eundem text. & Ordinationem Regiam *lib.* 2. *tit.* 1. §. 25. Marth. *de Juriſd.* 4. *part. caſ.* 169. *n.* 9. *&* 10. Aviles *Prætor*, *cap.* 20. *Gloſſ.* 1. *num.* 13. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 25. *in princ. & lib.* 2. *caſ.* 439. *à num.* 1. Cardoſ. *Prax. verb. Exceptio*, *num.* 18. Valaſc. *Conſ.* 48. *num.* 9. *& conſ.* 65. *num.* 3. Petrus Barboſ. *in dict. L. Divortio*, §. *ult. num.* 62. Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *num.* 5. *in fin.* Auguſt. Barboſ. *in Votis*, *lib.* 2. *vot.* 18. *num. ultim.*

7 Tertiò, quia Judicium Coronæ erat competens ad illam Sententiam proferendam ſuper poſſeſſorio Beneficiorum, & Præſtimoniorum Coronæ: ex Ordinat. Regia *lib.* 2. *tit.* 1. §. 7. & ex dictis ſupra *Reſolut.* 7. *à num.* 1. quare opponente dicto Rectore exceptionem incompetentiæ in dicto Judicio Coronæ ſuper ſpoliatione, ſibi rejecta fuit, & conteſtavit, & proceſſum eſt in cauſa uſque ad diffinitivam, de qua *ſupr. n.* 2.

8 Quartò, quia in illo Judicio Eccleſiaſtico procedi non poterat in cauſa principali, quin prius dictus Præſtimoniarius excipiens reſtitueretur ad fructus, damna, & expenſas, in quibus dictus Rector fuerat condemnatus: ex text. *optim. in cap. ult. de Ordin. cognit.* ibi: *Cum reſtitutionis petitio in hoc privilegiata noſcatur, ut ipſam intentans non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere.* Roland. *tom.* 1. *conſ.* 53. *n.* 25. *& tom.* 2. *conſ.* 6. *num.* 43. Lancelot. *de Attent. cap.* 31. *num* 82. Surd. *Conſ.* 28 *num.* 31. Menoch *Remed.* 1. *Recuper. num.* 329. Poſth. *Deciſ* 436. *n.* 3. Emmanuel Barboſ *ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 58. *in princip. n* 16.

Quintò, quia non obſtabat aſſertio Vicarii Generalis dicentis, non eſſe cognoſcendum de gravamine in Judicio Coronæ Domûs Supplicationis; quia Præſtimonium ſitum erat in diſtrictu Domûs Portuenſis, ad cujus Judicium Coronæ pertinebat deciſio gravaminum Domûs illius diſtrictûs: ex Ordinatione Regia *lib.* 1. *tit.* 37. *in principio.* Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap* 10. *n.* 97. quia, cum agebatur de Patronatu Regio, cognitio pertinebat ad Judicium Coronæ Domûs Supplicationis, quanvis Præſtimonium eſſet in diſtrictu Domûs Portuenſis: ex eadem Ordinatione *lib* 1 *tit* 9. § 13. *& tit.* 40. *in princip.* & ita ſemper obſervatum. 9

Sextò, quia non obſtabat alia reſponſio Vicarii Generalis aſſerentis, ſe de proprietate cognoſcere, & non de poſſeſſione; quia expreſſé loquebatur contra Proceſſum, & Libellum dicti Rectoris, in quo nihil de proprietate egit, ſed tantùm de poſſeſſorio, petendo reſtitutionem de ſpolio ſibi facto. Sed dato, quod de proprietate ageretur, etiam illud judicium erat incompetens, quia tunc pertinebat cognitio ad judicium Capellani Maioris, & Auditoris Capellæ Regiæ, juxta Breve *Leonis X.* prout diximus reſolutionibus præcedentibus, ad quod judicium 10

cium idem Eduardus poſtulavit ſuam exceptionem remittendam.

11 Ex quibus aggravanti erat providendum, & gravamen decidendum per Leges Canonicas, quas dictus Vicarius Generalis tenebatur obſervare: ut pluribus relatis tenet Salgad. *Part.* 1. *cap.* 2. §. 3. *num* 4. & 2. *part. cap.* 4. *num.* 30. & ob eaſdem rationes aggravanti dellatum fuit, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

12 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de Aggravo, que Duarte Claudio Huet, a quem aſſiſte o Procurador da Coroa, tirou do Doutor Miguel Pinheiro, Vigario Geral do Arcebiſpado de Braga, ſua repoſta, e Autos appenſos. Moſtra-ſe, que ſendo o Aggravante provido em o Preſtimonio da Igreja do Salvador de Tangil, que pelo dito Senhor pertence à caſa de Villa-Real, por ſer da Coroa, e eſtar de poſſe delle: o Vigario da dita Igreja Lopo de Caſtro Figueiredo ſe levantou com quarenta mil reis de porçaõ, e com hum Coadjutor, a quem dava oito mil reis das rendas do dito Preſtimonio; e por ſer contra a fórma das Bullas de ſua creaçaõ, e erecçaõ, o Aggravante deu contra o dito Vigario acçaõ de força neſte Juizo da Coroa, a quem pertencia, ſobre a qual foy julgado por Sentença final, que paſſou em couſa julgada, que o dito Vigario fazia força, e naõ podia levar mais, que doze mil reis, e que naõ era obrigado a pagar oito mil reis para o Coadjutor, ſendo condemnado a que reſtituiſſe o que mais havia levado do tempo da demanda conteſtada em 28. de Março de 1653. Moſtra ſe, que da meſma maneira o dito Vigario ſe levantou com certas Caſas, e Campos da Igreja, que por tambem lhe naõ pertencerem deu o Aggravante neſte Juizo acçaõ de força, ſobre a qual ſe julgou, que o dito Vigario lha fazia, e foy mandado deſiſtir della, e largar ao Aggravante os Campos, e Caſas, de que ſe tratava, por o dito Vigario naõ ter mais na dita Igreja, que a porçaõ, que lhe fora concedida, e julgada, e foy condemnado na reſtituiçaõ dos frutos do tempo da demanda conteſtada em 19 de Agoſto de 1653. Por bem das quaes Sentenças, e em execuçaõ dellas, o Aggravante entrou de poſſe dos Paſſaes, e Caſas referidas. Moſtra-ſe, que ſem embargo das ditas Sentenças, e poſſe do Aggravante, o dito Vigario o foy demandar perante o Vigario Geral pelas meſmas couſas, deduzindo força, e esbulho, aſſim da porçaõ dos quarenta mil reis, que pertendia levar, como de haver de ter Coadjutor com oito mil reis pagos pelos frutos do dito Preſtimonio, e bem aſſim as meſmas terras, e Caſas, que pelas Sentenças deſte Juizo haviaõ ſido julgadas ao Aggravante, pedindo reſtituiçaõ das ditas couſas, e que ſe lhe tornaſſem a dar, e tudo quanto de antes recebia, de que o Aggravante ſe fizera intruſo com as ditas Sentenças. Moſtra-ſe, que opondo o Aggravante excepçaõ de couſa julgada ao procedimento do Libello, por eſtarem as ditas queſtoens de força decedidas, e julgadas em Juizo competente, qual he o da Coroa em as cauſas, que lhe pertençaõ, e ao Padroado Real (como he o dito Preſtimonio, e a dita Igreja) aonde o Aggravado foy ouvido de ſeu direito: e tendo o dito Vigario Geral obrigaçaõ de admittir a dita excepçaõ, e de a haver por provada; com tudo, ſem embargo della, o mandou contrariar em ſeu Juizo, com fundamento, de que nella ſe tratava da cauſa da propriedade, e as Sentenças ſerem dadas em cauſa de força, em que o dito Vigario Geral excedeo a ſua juriſdicçaõ, e uſurpa a que lhe naõ compete, e faz ao Aggravante manifeſta oppreſſaõ, e moleſtia: por quanto, em dizer, que na cauſa ſe trata agora da propriedade, he notoriamente contra o que o meſmo Aggravado articula; e quando della ſe trataſſe era ſeu Juizo incompetente, por ſer a dita Igreja Preſtimo-*

nio

nio do Padroado Real, cujas cauſas tem Juizo certo, e determinado; e aſſim, em naõ receber a dita excepçaõ, uſurpa a juriſdicçaõ, que lhe naõ pertence, e naõ dà cumprimento às Sentenças, que nas cauſas de força dadas neſte Juizo devia guardar conforme as Leyes, e Concordatas. O que viſto, mandaõ, que ſe paſſe Carta para o dito Vigario Geral, em que o dito Senhor lhe roga, e encommenda, deſiſta da dita violencia, e ſe abſtenha do conhecimento da Cauſa, que lhe naõ toca, antes receba a dita excepçaõ, e a haja por provada, naõ procedendo mais na Cauſa; e naõ o fazendo aſſim (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares naõ cumpraõ, nem guardem neſta parte ſuas Sentenças, Cenſuras, e procedimentos, nem evitem ao Aggravante, nem lhe levem penas de excommungado. Lisboa, 28. de Novembro de 1654. A Souſa. Pinheiro de Brito. Secco.

13 Cùmque Chartæ rogatoriæ expedirentur, juxta formam Regiæ Ordinationis *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6. quibus Vicarius Generalis non obtemperavit, & vocatus ad Tribunal *Palatii*, in ejus auſentia (quia tempore debito non apparuit) judicatum eſt, Chartas fuiſſe malè expeditas, & non eſſe ſervandas, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Aſſento do Paço.

14 *Foraõ ouvidos neſta Meſa do Deſembargo do Paço o Procraudor da Coroa, e Juiz della à reveria do Vigario Geral de Braga (que ſendo apregoado na fórma do eſtylo naõ appareceo) e aſſentou-ſe, que as Cartas foraõ mal paſſadas, e ſe naõ deviaõ cumprir. Lisboa, 29. de Novembro de 1655. Dom Pedro, Preſidente. Marçal Caſado Jacome. Franciſco de Carvalho. Pantaliaõ Rodrigues Pacheco. Fernaõ de Mattos Carvalhoſa.*

15 Contra hanc inopinatam *Palatii* reſolutionem, nullo juris, vel facti fundamento enarrato, prout præciſum erat, juxta formam ſtyli, de quo infra *Reſolutione* 48. oppoſui exceptionem nomine Sereniſſimi *Infantis*, & aliam oppoſuit *Procurator Coronæ*, & informato Sereniſſimo Rege *Joanne IV.* hujus reſolutionis, juſſit, ut Senatores *Palatini* illius referrent fundamenta, & in effectu relata fuerunt, quæ ſequuntur.

Primum Fundamentum.

Quòd in Judicio Coronæ cogno- 16
ſci non poterat de portionibus Rectorum, Domibus, Campis, & Paſſalibus Eccleſiarum, ſub prætextu violentiæ, quia dictus Rector omnia poſſidebat cum portione centum ducatorum per plurium annorum decurſum, & ſic Sententias Coronæ nullas eſſe.

Secundum Fundamentum.

Quòd cauſa principalis intentata 17
per dictum Rectorem coram Vicario Generali Bracharenſi erat ſuper proprietate, & diverſa ab illis, de quibus actum fuerat in Judicio Coronæ ſuper poſſeſſione, & Sententias dicti Judicii Coronæ jam ſuum plenarium effectum habuiſſe, & aſſignationem congruæ portionis ad Ordinarios pertinere, & ad eorum Vicarios Generales, ex Decreto Concilii Tridentini, & eſſe conſuetudinem inveteratam aſſignari quadraginta ducatos pro congrua portione.

Cùmque mihi horum fundamen- 18
torum daretur copia, ea evidenti demonſtratione confutavi, in jure, & in facto. Quo ad primum ex ſequentibus.

Primò, quia illæ Sententiæ latæ 19
fuerunt in poſſeſſoris Beneficii, & Præſtimonii Patronatùs Regii, ſuper quod Judicium Coronæ Supplicationis eſt competens: ex Regia Ordinatione

Digitized by Google

dinatione *lib.* 1. *tit.* 9. §. 13. *& tit.* 40. & ex dictis ſupra *Reſolut.* 7. quo caſu illæ Sententiæ non ſunt ſubordinatæ Tribunali *Palatii*, quia fuerunt latæ per viam actionis judicialis, & ideo revocari non poterant, niſi per exceptionem in eodem Judicio, aut per ſupplicationem in gradu reviſionis: ex dicta Ordinatione *lib.* 3. *tit.* 95. & non per viam recurſus, & extrajudicialis defenſionis, tunc enim pertineret cognitio Tribunali *Palatino*: ex Ordinat. *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6

20 Secundò, etiam ceſſabat in facto illud fundamentum, quia dictus Rector ſolum tempore vacationis Præſtimonii, & non antea illam portionem centum ducatorum percepit, prout conſtabat per plures teſtes in actis de proprio facto, quos retuli, affirmantes dictum Rectorem ante ſpolium ſolùm portionem viginti ducatorum percepiſſe, nec domos, nec paſſalia ante ſpoliationem poſſediſſe.

21 Idem confeſſus eſt dictus Rector per plures Epiſtolas ſuâ manu ſcriptas in actis præſentatas, & per eundem recognitas, quæ contra illum plenam faciebant probationem: ex L. *Publia*, *in fin. ff. Depoſit.* DD. *per text. in cap.* 2. *de Fide inſtrum.* Gratian. *Deciſ* 156. *num.* 1. Riccius 3. *part. deciſ.* 264. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 94. *à num* 9. Barboſ. *p.* 1. *deciſ.* 97. *n.* 19. Gabr. Percir. *Deciſ.* 97. *à num.* 3.

22 Ad ſecundum fundamentum reſpondi, ceſſaſſe etiam in jure, & in facto. Primò, quia evidenter conſtabat ex actis, & Libello per Rectorem oblato, fuiſſe tantum intentatum in poſſeſſorio, & non in proprietate; in illo enim allegabat dictus Rector, quòd cum eſſet in poſſeſſione domorum, paſſalium, & portionis centum ducatorum, & habendi Coadjutorem, dictus Eduardus eum ſpoliaverat virtute Sententiæ Judicis ſæcularis incompetentis, petens in fine Libelli omnium reſtitutionem, quin aliquid contra titulum dicti Præſtimoniarii in proprietate allegaret, prout erat præciſum, ut fundaret juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici: ex Ordinat. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 6. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 4. *n.* 45. Barboſ. *in L. Si quis ex aliena*, *ff. de Judic. à num.* 129. & hoc fuit unum ex fundamentis Sententiæ Coronæ, de quo *ſupra num* 2. ibi: *Por quanto em dizer que na cauſa ſe tratava da Propriedade, he notoriamente contra o que o meſmo Aggravado articula.*

Secundò, quia notoriè conſtabat ex actis Sententias Coronæ latas in poſſeſſorio in favorem dictis *Eduardi* non eſſe plenariè executioni mandatas; conſtabat enim ex certitudine in actis productâ, earum liquidationem actualiter pendere, quare dictus Rector non erat audiendus ante plenariam reſtitutionem: ex dictis *ſupra num.* 8. 23

Tertiò, qui in Judicio Coronæ actum non fuerat de taxatione, vel aſſignatione portionis, ſed tantum de ſpolio, quòd dictus Rector commiſit in præceptione centum ducatorum, cum ante vacationem Præſtimonii, & per Bullas erectionis, ſolum triginta ducatos ſibi aſſignatos, pede Altaris perceperat. 24

Nec diſpoſitio Concilii Tridentini *Seſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reformat.* fuit bene applicata; procedit enim ſolum in Eccleſiis unitis, vel erectis per Ordinarios: tunc enim portionis taxa eis competit, ita ut non ſit minor quinquaginta ducatorum, nec maior centum, computatis certis, & incertis, prout conſtat ex *Conſtitut. Pii V.* incipit: *Ad exequendum*, *fol. mih* 71. *verſ.* ibi: *In aſſignatione portionis ipſis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipſorum Prælatorum arbitrio facienda, ita ſe continere, & arbitrari debere, ut non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum aureorum ſummâ computatis omnibus etiam,* 25

etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus, communiter percipi ſolitis, eis omninò aſſignetur.

26 Quam reſolutionem, pluribus relatis, ſequitur Barboſ. *de Offic. Paroch. cap. 2. num. ult.* & in *Collect. ad Trid. dict. Seſſ. 7. cap. 7. n. 34. de Reform.* Farinac. 2. *part. Recent. deciſ.* 449. *num. ult.* Gutier. *Conſ.* 8 *n.* 3.

27 Nec in illo Judicio Vicarii Generalis agi poterat de aſſignatione, & taxatione portionis: tum quia dictus Rector eam non petivit in ſuo Libello; tum quia, cùm eſſet jam per Summum Pontificem aſſignata triginta ducatorum cum pede Altaris in Bullis erectionis, non poterat Vicarius Generalis in hoc ſe intromittere; portio enim ſemel aſſignata, nec minui, nec augeri poteſt, & ſibi imputet Rector, qui tenue Beneficium acceptavit, ut pluries judicatum in Rota, & in hoc Regno oſtendimus: *Supra Reſolut.* 28. *à num.* 1.

28 Ex quibus, & aliis rationibus conſideratis, & allegatis in dictis exceptionibus, *Senatores Palatii* ſuam retractaverunt Sententiam, in quo magis ſunt de ſapientia commendandi: ex *Authentic. de Nuptiis, verſ. Non enim erubeſcimus, Collat.* 4. *cap. Qualiter, & quando* 2. *de Accuſat.* Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 5. *n* 63. Surd. *Conſ.* 167. *num.* 10. Valaſc. *in Perfidia Alemaniæ, lib.* 1. *tit.* 4. *verſic. Ni podia, pag. mihi* 147. prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Secunda Sententia Palatii revocatoria primæ.

29 *Recebem os Embargos do Procurador da Coroa, e do Procurador do Senhor Infante, e os julgaõ por provados, e revogaõ o aſſento tomado, havendo as Cartas do Juizo da Coroa por bem paſſadas; e mandaõ ſe dem à ſua execuçaõ. Lisboa* 15. *de Dezembro de* 1656 *Pantaliaõ Rodrigues Pacheco. Fernaõ de Mattos Carvalloſa. Pedro Fernandes Monteiro. Diogo Marchaõ Themudo.*

Cui Sententiæ Vicarius Generalis Bracharenſis obtemperavit, & juſſit, nè ulterius procederetur in cauſa contra dictum *Eduardum*, qui actualiter pacificè ſuo fruitur Præſtimonio. 30

RESOLUTIO XLVIII.

An Senatores Palatini, quando revocant Sententias latas in Judicio Coronæ per viam recurſus declarando Chartas fuiſſe male expeditas, teneantur fundamenta revocationis referre?

SUMMARIUM.

1 *De jure communi non eſt neceſſe, quòd fundamenta condemnationis, vel abſolutionis in Sententia referantur.*
2 *Non tamen attento jure Regio.*
3 *Idem obſervatum in Tribunali Palatii.*
4 *Exempla à num.* 4. *uſque ad* 8.
9 *Extractus ab Eccleſia, quin prius agatur de immunitate juxta formam Ordinationis, ad eandem reſtituitur.*

QUanvis de jure communi non ſit neceſſe, quòd fundamenta abſolutionis, vel condemnationis in Sententia referantur: L. *in Summa* 59. *ff. de re judicat. cap. Sicut. Eodem tit.* plures per Mendes à Caſtro *in Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *in princip.* & per Emmanuelem Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 66. §. 7. 1

Attamen attento jure Regio, tenentur fundamenta revocationis referre, ut eis viſis, & conſideratis 2

per

Per partes, cognoſcant, ſi ſint juri conſona, an debeant aliter recedere, aut aliàs ab eis appellare, vel aggravare, vel excipere: ita Ordinatio Regia *lib. 1. tit. 6. §. 21. in fin.* ibi: *Declarará as cauſas, porque ſe aſſim movem; & lib. 3. tit. 66. §. 7. ibi:*

> *Declarem eſpecificadamente em ſuas Sentenças definitivas, aſſim na primeira inſtancia, como no caſo da appellaçaõ, ou aggravo, ou reviſta, as cauſas, em que ſe fundaõ a condemnar, ou abſolver, confirmar, ou revogar, &c.* ſub pœna ibi impoſita.

Ita *Lanfrancus*, & *Azeved.* quos refert, & ſequitur Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. lib. 1. tit. 6. §. 21.* Mendes à Caſtro *in Prax. dict. lib. 3. cap. 17. in princip.*

3 Idem obſervatur in Tribunali *Palatii*, quando in eo revocantur Sententiæ Coronæ, & quia in caſu præcedentis reſolutionis *Senatores Palatini* fundamenta non retulerunt, ea Rex inferre juſſit ex dictis *dict. Reſolut. num.* 15. ut ſervaretur ſtylus, in ſimilibus caſibus obſervatus in dicto *Tribunali*, prout conſtat ex ſeqq. ex exemplis.

Primum Exemplum.

4 *Foy ouvido o Doutor Bartholomeu do Valle, Auditor do Cardeal Infante, como Juiz, e Procurador dos feitos da Coroa, e foraõ viſtos os Autos, e aſſentou-ſe, que o Auditor mandaſſe abſolver ao Juiz ſupplicante das Cenſuras, e excommunhoens, por naõ ter culpa alguma, e fazer o que ſeu Superior lhe mandava, por lhe naõ conſtar, que eſtava preventa a juriſdicçaõ no foro Eccleſiaſtico; e porém viſto conſtar neſta Meſa eſtar já preventa a juriſdicçaõ no dito Juizo ao tempo, que o dito Juiz ſe intrometteo na cauſa, como conſtou dos Autos, que o Autor mandou, que pendiaõ em ſeu Juizo; mandaõ, que o dito Juiz ſe naõ intrometta mais na cauſa, por aſſim pertencer ao dito foro Eccleſiaſtico. 1574. Gama. Pedro Barboſa. Paulo Aſſonſo. Figueiredo.*

Secundum exemplum.

5 *Na cauſa de Antonio Velloſo Sequeira com D. Antonio de Alencaſtre, foraõ ouvidos na Meſa do Deſembargo do Paço, o Auditor da Legacia, com o Juiz, e Procurador da Coroa, ſobre as Cartas, que ſe paſſáraõ do dito Juizo, que o dito Procurador naõ cumprio; e aſſentou-ſe, que a Sentença dada no Juizo da Legacia ſe devia cumprir, e naõ as Cartas do Juizo da Coroa, viſto como a cauſa, de que ſe trata he meramente Eccleſiaſtica, e o conhecimento della pertencer ao Juizo Eccleſiaſtico, e naõ ao Secular. Em Lisboa, o primiro de Janeiro de 1596. O Biſpo Preſidente. Almeida. Doutor de Aguiar. Pereira.*

Tertium Exemplum.

6 *Foraõ ouvidos na Meſa do Deſembargo do Paço o Juiz, e Procurador da Coroa, com o Vigario Geral deſte Arcebiſpado, ſobre naõ cumprir as Cartas, e Sentenças dadas neſtes Autos a favor de Dona Maria de Faria, mulher do Doutor Pedro Moniz, e naõ dar os proprios Autos, que ſe lhe pediaõ. Aſſentou-ſe, que o Vigario era obrigado a dar os proprios Autos, viſta a poſſe, e coſtume immemorial, em que o dito Senhor eſtá, e que as Cartas foraõ bem paſſadas; & mandaõ, que ſe cumpraõ, e os precatorios. Lisboa, 25. de Fevereiro de 1597. Jeronymo Pereira. Almada. Fonſeca.*

Quartum Exemplum.

7 *Foraõ ouvidos na Meſa do Deſembargo do Paço, o Juiz e Procurador da Coroa, com o Vigario Geral deſte Arcebiſpado, ſobre a materia deſte aggravo, e aſſentou-ſe, que as Cartas naõ foraõ bem paſſadas, nem ſe deviaõ*

cum-

cumprir, viſto os Clerigos eſtarem em poſſe na Villa de Setuval de naõ pagarem impoſiçaõ. Lisboa, 10. de Abril de 1614. Franciſco Vaz Pinto. Machado. Entre partes, Domingos Fernandes, Rendeiro. E o Padre Bras Pires.

Quintum Exemplum.

8 *Foraõ ouvidos neſta Meſa, o Juiz, e Procurador da Coroa, com o Vigario Geral do Biſpado do Porto, ſobre o caſo contheúdo neſtes Autos. E aſſentou-ſe, que as Cartas do Juizo da Coroa naõ eraõ bem paſſadas, nem ſe deviaõ cumprir, viſto ſer tirado o prezo a principio da dita Igreja, ſem ſe guardarem os requiſitos da Ordenaçaõ; e por eſſa razaõ neſte caſo deve ſer reſtituido à meſma Igreja, donde foy tirado, para ſe guardar a fórma da dita Ordenaçaõ. Lisboa, 24. de Janeiro de 1632. Cabral. Salazar. Barreto.*

9 *Entre partes, o Doutor Lourenço Coelho Leitaõ, Corregedor do Crime do Porto, e eu ſendo Promotor do dito Biſpado, por ſe tirar o prezo do Moſteiro do Carmo ſem ſe guardar a fórma da Ordenaçaõ do Reino, lib. 2. tit. 5. §. 7. e inſtey, que havia ſer reſtituido à meſma Igreja, para ſe tratar da immunidade conforme a Conſtituiçaõ do meſmo Biſpado, tit. 23. conſt. 6. §. ult.* Abb. *in cap. Inter alia, num. 26. de Immunit. Eccleſiaſtica.* Cabed 2. *part. areſt.* 53. Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 94. & 98. Emmanuel Barboſ. *ad Ordin. dict.* §. 7. Gabr. Pereir. *de Man Reg. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. *ad fin.* Gutier. *Practicar. lib.* 1. *quæſt.* 2. *num. ultim.* Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 113. & 114. *ſendo Vigario Geral o Doutor Amaro de Meireles Freire.*

Sextum Exemplum.

10 *Foraõ ouvidos neſta Meſa o Juiz, e Procurador da Coroa, com o Vigario Geral do Porto, ſobre o caſo contheúdo neſtes Autos. E aſſentou-ſe, que as Cartas naõ eſtavaõ bem paſſadas a reſpeito do Juiz de Fóra, e ſeus Officiaes, que naõ fizeraõ mais, que levar o prezo para ſe fazer immunidade em huma Igreja, das que eſtavaõ mais perto, conforme ao cuſtume, precedendo recado do Vigario Geral, e eſtar o prezo com effeito reſtituido à meſma Igreja donde o Corregedor a principio o havia tirado. Lisboa, 2. de Abril de 1632. Cabral. Salazar. Barreto.*

Septimum Exemplum.

Foraõ ouvidos neſta Meſa o Juiz, e Procurador da Coroa, com o Juiz das tres Ordens Militares, ſobre o caſo contheúdo neſtes Autos; e aſſentou-ſe, que as Cartas do Juizo da Coroa naõ eraõ bem paſſadas, nem ſe deviaõ cumprir viſto ſerem bens das ditas Ordens. Lisboa, 19. de Junho de 1637. Pinto Pereira. Franciſco Leitaõ. Carvalho. 11

Plura alia exempla antiqua, & moderna præſentavit Procurator Coronæ, quæ omitto, quia ad intentum ſufficiunt præcedentia. 12

RESOLUTIO XLIX.

An Reges Portugalliæ ſint veri Patroni Eccleſiarum Cathedralium ad præſentandos Archiepiſcopos, & Epiſcopos?

SUMMARIUM.

1 *Reges Portugalliæ, ſunt Patroni Eccleſiarum Cathedralium hujus Regni.*

2 *Sunt etiam Reges Caſtellæ Cathedralium in ſuo Regno.*

3 *Hoc jus competit omnibus Regibus Chriſtianis intra limites ſuorum Regnorum.*

4 *Hoc jus Regibus Portugalliæ, & Caſtellæ competit ex juris communis diſpoſitione.*

Ibi. *Ideo dicitur jus Regale.*

5 *Competit hoc jus dictis Regibus ex con-*

conſuetudine inveterata, & tolerata.

6 Competit ex Privilegio, & poſſeſſione immemorabili.

Ibi. Fruſtra precibus impetratur, quòd jure conceditur.

7 Reges Portugalliæ, & Caſtellæ fundaverunt, & dotaverunt Cathedrales, & propriis ſumptibus exornarunt, & à Maurorum poteſtate vendicarunt.

8 Succeſſores Pelagii ubi primum Civitates reſtaurabant, ſtatim in illis Epiſcopos collocabant.

Ibi. Idem fecit Rex D. Alphonſus Henriques.

9 Circa jus eligendi Epiſcopos in Hiſpania, fuit varietas, & variis perſonis fuit à Sede Apoſtolica hæc conceſſa facultas.

10 Poteſtas eligendi Epiſcopos fuit conceſſa Apoſtolis à Chriſto Domino.

Ibi. Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt.

11 Apoſtoli creaverunt Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos in præcipuis urbibus.

12 Poſt mortem Apoſtolorum, jus eos eligendi ad Romanum Pontificem fuit devolutum.

13 Fuerunt electi per Populum, & Clerum, ex conceſſione Summorum Pontificum.

14 Ita obſervatum in Luſitania ante invaſionem Maurorum, & poſt expulſionem eorum.

15 Hæc poteſtas poſtea abrogata fuit.

16 Ratio, quia aliqui indigni pretio eligebantur.

17 Poſtea hæc poteſtas manſit pœnes Clericos, & Religioſos.

18 Religioſi ſeparati à Clericis eligebant Abbates, & Priores, & Capitula Cathedralium ſuos Epiſcopos.

19 Poteſtas eligendi Epiſcopos continuavit in Capitulis uſque ad tempus Bonifacii VIII. & Clementis V.

20 Jus iſtud eligendi per Capitula revocatum fuit, & reſervatum Sedi Apoſtolicæ per Regulam ſecundam Chancellariæ.

Ibi. In Alemania non fuit admiſſa hæc reſervatio.

21 Hæc electio olim pertinebat Imperatoribus.

22 Aliis hæc poteſtas conceſſa fuit per Sedem Apoſtolicam.

23 Idem conceſſum eſt per Sedem Apoſtolicam Regibus Hiſpaniæ.

24 Hac poteſtate utebantur etiam Gothorum Reges.

25 Poſt reſtaurationem Hiſpaniæ Capitula poſtulabant Regibus licentiam ad electionem faciendam, quâ factâ, electum Regi præſentabant, ut ſuum electioni præſtaret aſſenſum.

26 Quòd ex eo fuit, quia habebant jus Patronatus Cathedralium, & in Capitula illud jus tranſtulerunt, dummodò eorum præcederet approbatio.

Ibi. Idem obſervatum in hoc Regno, & Caſtellæ.

27 Refertur exemplum.

28 Refertur Epiſtola Regis Alphonſi III.

29 Archiepiſcopi Bracharenſes tanquam Primates Hiſpaniæ confirmabant, & conſecrabant Epiſcopos ſibi præſentatos per Reges Caſtellæ.

30 Reges Caſtellæ reaſſumpſerunt jus nominandi Epiſcopos in Capitula tranſlatum, nè per Regulam ſecundam Chancellariæ hoc jus nominandi ad Sedem Apoſtolicam deferretur.

31 Rex Caſtellæ noluit illi regulæ reſervatoriæ acquieſcere.

32 In hac poſſeſſione præſentandi, & nominandi Epiſcopos reperiuntur Reges Portugalliæ.

33 Regulæ reſervatoriæ non comprehendunt Reges Portugalliæ, & Caſtellæ.

34 Reges Portugalliæ hodie eligunt Epiſcopos, & eos offerunt Pontifici confirmandos.

35 Hoc

35 *Hoc jus præſentandi Epiſcopos competit Regibus Hiſpaniæ à tempore Papæ Agathonis, & Ervigii, Gothorum Regis.*

36 *Regibus Portugalliæ dicunt aliqui competere à tempore Regis Alphonſi V.*

37 *Sed verius competere ab origine Regni.*

Ibi. *In hac poſſeſſione præſentandi reperiuntur hodie Reges Portugalliæ.*

1 REges *Portugalliæ* ſunt Patroni Eccleſiarum Cathedralium hujus Regni: ita Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap. 37. à n. 1. & part. 1. deciſ.* 84 *n.* 2. D. Roderic. à Cunha *in Collect. ad cap. Qui Epiſcopus, diſt. 23. n.* 8. *& 9. & in cap. Cum longè, num. 2. 3. & 7. & in cap. Reatina, n. 1. diſt. 63.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 27. & alleg. 57. num.* 88. *& de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. num.* 82. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap. 22. num. 43. & cap. 66. à num.* 2. Larrea *Allegat. Fiſc. 2. part. alleg. 67. n. 17.* Barboſ. *in Collect. ad cap. Cum terra, num.* 8. *de Elect. & in cap. Cupientes, n. 3. eodem tit. in 6.*

2 Idem affirmant DD. de Regibus Caſtellæ: Vivian. *de Jur. Patr. lib. 3. cap. 1. num. 37. & lib. 11. cap. 12. n.* 6. Salgad. *de Protect. Reg. 3. p. cap. 10. à n. 223.* Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 215. ubi litera H.* refert XVII. DD. Covar. *in Reg. poſſeſſor. 2. part.* §. 10. *n. 5. & Pract. lib. 3. quæſt. 13. num. 72. verſ. Veruntamen, poſt medium, & verſ. Quæ ſententia.* Garc. *de Beneſ. 5. part. cap. 1. à num.* 214. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *n.* 307. 308. *&* 380. ubi plures refert Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 11. num.* 2. Parej. *de Inſtrum. edit. tit. 2. tom.* 1. Salſed. *de Leg. Polit. lib. 2. cap. 11. à num. 13. & num.* 31. ubi XXXV. DD. refert, *& cap. 13. per totum.*

3 Qui omnes affirmant hoc jus, non ſolùm competere Regibus *Portugalliæ*, & *Caſtellæ*, ſed etiam omnibus Regibus Chriſtianis intra limites ſuorum Regnorum, ſequuntur Barboſ. *dict. lib. 1. cap. 8. à n.* 84. D. Roder. à Cunh. *in Cathalog. Epiſcopor. Portuenſ. 2. p. cap. 15. pag. 127. colum.* 1. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap. 10. num.* 223. 237. *&* 238. Salſed. *ubi ſupr.*

Quod jus eis competit ex ſequentibus.

I. Ex diſpoſitione juris commu- 4
nis: ex Salgad. *dict. 3. part. cap. 10. n.* 239. Covar. *In dict. Reg. poſſeſſor. 2. part.* §. 10. *n.* 5. Barboſ. *dict. lib. 1. cap. 8. n. 77. in fin. & 78.* D. Roder. à Cunh. *in dict. cap. Cum longè, n. 3. diſt.* 63. Gabr. Pereir. *dict. cap. 66. num. 2. verſ. Secundum tempus*; & ita conſtitutum eſt per *L. 1. tit. 6. lib. 1. Recopil.* de qua Gutier. *Pract. lib. 3. quæſt. 13. num. 72. verſ. Veruntamen, in fin.* cuius tenor eſt, ibi:

> *Por derecho, y antigua coſtumbre, y juſtos titulos, y conceſſiones Apoſtolicas, ſomos Patron de todas las Igleſias Cathedrales deſtos Reinos: y nos pertenece la preſentacion de los Arçobiſpados, y Obiſpados, y Prelaſias, y Abadias Conſiſtoriales deſtos Reynos, aunque vaguen en Corte Romana.*

Idem etiam declaratum eſt *in L. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilat.* relata per Cevalh. *dict. quæſt. 897. à num.* 308. & ideo dicitur jus Regale, ut Borrel. *de Regis Catholici præſtant. cap. 5. n. 7. & 27.* Cabed. *part. 1. deciſ. 84. n.* 2. Salgad. *d. cap. 10. n.* 226. Salſed. *de Leg. Polit. lib. 2. cap. 13. à n. 4. & à n.* 8.

II. Ex conſuetudine inveterata, 5
& tolerata: Salgad. *d. cap. 10. n. 222. & à num.* 237. Cabed. *de Patronat. Reg. Cor. cap. 37. à num.* 1. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. n.* 76. Vivian. *de Jur. Patron. lib. 3. cap. 1. num.* 37. Gabr. Pereir. *dict. cap. 66. num.* 3. & quæ diximus *ſupra Reſol. 5. à n. 2. & Reſol. 3. num.* 19. Barboſ. *in Collect. ad cap. Cum terra 14. à n. 7. de Elect.*

6 III. Ex privilegio, & poſſeſſione immemorabili, ex DD. ſupra, & ex dictis *Reſol.* 3. *à num.* 19. quanvis tali non indigeant privilegio; fruſtra enim privilegio impetratur, quod eſt jure communi conceſſum: ex *L.* 1. *Cod. de Theſaur. lib.* 10. Thom. Vaz *Alleg.* 72. *n.* 25. Surd. *Conſ.* 409. *num.* 20. Barboſ. *ubi ſupra n.* 7. *&* 8. *in dict. cap. Cum terra*, *& in cap. Cum inter* 18. *n.* 5. *de Elect.*

7 Ratio eſt, quia Reges Portugalliæ, & Caſtellæ fundaverunt, & dotaverunt Cathedrales, & propriis ſumptibus exornaverunt, & à Maurorum poteſtate vendicarunt: ex dictis *Reſol.* 3. *à n.* 5. *ita L.* 18. *tit.* 5. *partit.* 1. ibi:

> *Eſta mayoria, y honra han los Reyes de Eſpaña por tres razones. La primera, porque ganaron las tierras de los Moros, y fizieron Igleſias de las Meſquitas, y echaron de alli el nombre de Mahoma, y metieron el de Nueſtro Señor Jeſu Chriſto. La ſegunda, porque las fundaron de nuevo en lugares donde nunca las huvo. La tercera, porque las dotaron, e demàs le fizieron mucho bien.*

Quam legem, & juris diſpoſitionem refert, & multis approbat Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 223. Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 37. *num.* 2. *& part.* 1. *deciſ.* 84. *num.* 2. Barboſ. *dict. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 78. & *de Poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. & *Alleg.* 57. *n.* 88. D. Roder. à Cunh. *in Collect. ad cap. Cum longè*, *num.* 2. *diſt.* 63. Covar. *in Reg. poſſeſſ.* 2. *part.* §. 10. *num.* 5. Bovad. *Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 217. Gabr. Pereir. *dict. cap.* 66. *num.* 2. *verſ. Secundum tempus*, *& verſ. Unde.*

8 Hac ratione Reges ſucceſſores *Pelagii*, ubi primum Civitates reſtaurabant, ſtatim in illis Epiſcopos præſentabant: ut per D. Roder. à Cunha *in vita Archiepiſcop. Bracharenſ. p.* 1. *cap.* 103. *n.* 3. prout etiam fecit Rex *D. Alphonſus Henriques*, qui cum Civitatem *Lamecenſem* à Maurorum poteſtate vendicaſſet, eam in priſtinam præeminentiam reſtituit eligendo *D. Mendum* in ipſius Civitatis Epiſcopum: ut per D. Roderic. à Cunha 2. *p. Archiepiſc. Brachar. cap.* 17. *num.* 3. idem etiam fecit recuperata Civitate *Eborenſi* eligendo in ipſius Epiſcopum *D. Paium*, virum virtute, & literis inſignem: ut per Eduardum Nunes de Leaõ *in Chronica ipſius Regis fol.* 48. *colum.* 1.

Sed quia in proviſionibus Epiſcoporum totius Hiſpaniæ, & circa jus eos eligendi fuit varietas, & per Sedem Apoſtolicam variis perſonis fuit hæc conceſſa facultas: ex Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *à princip. & in Collect. ad cap. Nullus* 63. *diſtinct.* Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 3. *cap.* 1. *à n.* 18. *&* 24. Salgad. *d.* 2. *p. cap.* 10. *num.* 227. Operæ pretium erit referre modos electionis Epiſcoporum à tempore *Chriſti Domini*, ut noſtra reſolutio clariùs pateſiat. 9

I. Hæc poteſtas eligendi Epiſcopos à *Chriſto Domino* Apoſtolis conceſſa fuit, conſtituens eos Principes ſuper omnem terram, regere Eccleſiam Dei, & ideo idoneos præfecerunt Paſtores Eccleſiarum, qui eorundem Apoſtolorum locum tenuerunt, & iis ſucceſſerunt: ut *in Cap. In novo* 21. *diſt. cap. Quorum vices*, *diſt.* 68. Vivian. *de Jur. Patr. lib.* 3. *cap.* 1. *à n.* 18. Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 29. 10

Apoſtoli enim ex vi poteſtatis ſibi à *Chriſto* conceſſæ in præcipuis Urbibus Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos creaverunt: ex *Cap. Urbes*, *diſt.* 80. Vivian. *de Jur. Patr. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 24. 11

II. Mortuis Epiſcopis, & aliis Dignitatibus creatis ab Apoſtolis, totum jus eos eligendi, & creandi ad Romanum Pontificem, tanquam ad ſucceſſorem Petri Apoſtolorum Principis, pertinuit: ex *Cap. Omnes*, *diſt.* 22. ubi D. Roder. à Cunh. *in Collect. n.* 3. Summa enim poteſtas *Petro*, & ejus ſucceſſoribus à *Chriſto Domino* da- 12

data fuit: dict. *Cap. Omnes*. Vivian. *de Jur. Patron. lib. 3. cap. 1. à n. 20.*

13 III. Electi fuerunt per populum, & Clerum ex conceſſione Summorum Pontificum Stephani I. *in cap. Noſſe*: Celeſtini I. *in cap. Cleris*. Leonis I. *in cap. Vita, cum ſequentib. diſt. 63. & in cap. ult. §. Sed nec, diſt. 51. cap. Epiſcopos, cap. Lectis, diſt. 62. cap. Suffrag. 7. q. 1. cap. Qui Epiſcopus, diſt. 23.* & ibi D. Roderic. à Cunha *in Collect. num. 5.* Vivian. *de Jur. Patron. lib. 3. cap. 1. num. 25.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 8. n. 65.* Salſed. *de Leg. Polit. lib. 2. cap. 11. à n. 14.*

14 Quòd obſervatum fuit in *Luſitania* ante invaſſionem Maurorum, præcipuè in *Archiepiſcopatu Bracharenſi*; ut per D. Roder. à Cunh. *in vita Archiepiſcopor. Brachar. p. 1. cap. 19. n. 4 in fin. & cap. 42. in princip. & cap. 52. in principio, & cap. 57. & 96. in princip. & 101. n. 3.* & poſt expulſionem eorum, ut per eundem Roder. *2. p. cap. 2. n. 1.* & alibi.

15 Hæc poteſtas conceſſa Clero, & Populo, & conſuetudo eos Epiſcopos eligendi, abrogata fuit poſtea per *text. in cap. Non eſt permittendum, diſt. 63.* & in Concilio Sardicenſi ſub Julio I. in *Cap. Oſius 2. de Elect. cap. Sacroſancta, verſ. Attendentes, cap. Cum terra, cap. Quiſquis, cap. Maſſana, de Elect.* Vivian. *de Jur. Patron. lib. 3. cap. 1. n. 29.* Barboſ. *in Collect. ad cap. Nullus, 63. diſt. n. 5.*

16 Quòd ex eo factum eſt, quia plures eligentium ſinceram fidem non habentes, pretio corrupti indignos eligebant: ex dicto *cap. Oſius*. Petrus Greg. relatus per Barboſ. *dict. lib. 1. cap. 8. num. 67.*

17 IV. Abrogata hac facultate, poteſtas eligendi remanſit pœnes omnes Clericos, & Religioſos Diœceſis: ex *Cap. Abeuntibus, diſt. 63.* Vivian. *de Jur. Patr. lib. 3. cap. 1. n. 30.* Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. dict. lib. 1. cap. 8. n. 68.* & *in Collect. ad dict. cap. Nullus, diſt. 63. num. 6.*

18 V. Quia poſtea ſeparati ſunt Clerici à Religioſis, & conſtitutum fuit, ut Religioſi ſuos eligerent Abbates, & Priores, Capitula verò ſuos Epiſcopos: ex *Cap. 1. Cap. Cum terra, & quaſi per totum, de Elect.* Barboſ. *ubi proximè.* D. Roder. à Cunha *in Collect. ad cap. Cum longè, n. 6. diſt. 63.* Lancelot. Conrad. *in Templo Judic. lib 2. § 4 verb. Dignitates, à num. 4.* Plures per Vivian. *de Jur. Patronat. lib. 3. cap. 1. n. 31. 32. & 34.* Barboſ. *in dict. cap. Nullus, num. 7.*

Hæc poteſtas eligendi Epiſcopos 19
per Capitula continuavit uſque ad tempus Bonifacii VIII. & Clementis V. ut per Barboſ. *dict. lib. 1. cap. 8. n. 71. & de Poteſtat. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 3. num. 27.* Vivian. *de Jur. Patron. lib. 3. cap. 1. n. 34.* Barboſ. *in Collect. ad cap. Cum inter 18. num. 3. de Elect & in Collect. ad dict. cap. Nullus, diſt. 63. n. 9.*

Sed quia in his electionibus plu- 20
res oriebantur diſcordiæ, ideo jus iſtud Capitulis ſublatum fuit, & Sedi Apoſtolicæ reſervatum per *Reg. 2. Chancel.* ut per Vivian. *dict. lib. 3. cap. 1. n. 35.* Barboſ. *dict. p. 1. de Jur. Eccleſ. cap 8. n. 71. & 72. & de Poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. cap. 3. n. 27. & alleg. 57. num. 85. & in Collect. ad d. cap. Nullus, n. 9.* Sed in Alemannia non fuit admiſſa dicta reſervatio, & uſque adhuc obſervatur conſuetudo eligendi Epiſcopos per Capitula: ut per Barboſ. *dict. cap. 8. n. 73. & in dict. cap. Nullus, num. 17.* Vivian. *dict. lib. 3. cap. 1. n. 36.* D. Reder. à Cunha *in dict. cap. Archiepiſcopus, n. 8. diſt. 23. & in Cathalog. Epiſcop. Portuenſ. 2. part. cap. 15. pag. 127. column. 1.* ibi: *Como ainda hoje dura em Alemanha.*

Varietas etiam extitit in electio- 21
ne per Imperatores, & Reges facta, aliquando enim propria authoritate Epiſcopos eligebant, prout Imperator *Conſtantius*, Conſtantini Magni filius: ut ex Petro Gregor. *in tract. de Elect. cap. 5. n. 5.* & ex aliis refert Barboſ. *dict. lib. 1. cap. 8. n. 66. & in dict.*

dict. cap. Nullus, *n.* 3. forſan ex eo, quia ejus pater *Conſtantinus* Eccleſias fundavit, & dotavit, & ſuis propriis bonis exornavit, & jus Patronatus earum acquiſivit permittens, ut unicuique liberum eſſet bona ſua Eccleſiis donare: *Cap. Futuram. Cap. Videntes* 12. *quæſt.* 1. Vivian. *de Jure Patronat. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 33.

22 Idem fecerunt alii Imperatores, quibus à Sede Apoſtolica hæc poteſtas conceſſa fuit, ut de *Adriano* Papa conſtat, qui *Carolo* Magno, remunerationis cauſa ob benemerita in Sedem Apoſtolicam collata, hanc facultatem conceſſit, in *cap. Adrian.* 2. *diſt.* 63. *& in cap. Hinc eſt* 16. *q.* 1. Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 66. *& in Collect. ad dict. cap. Adrianus*, *n.* 2.

23 Idem conceſſum eſt *Regibus Hiſpaniæ*, *in Cap. Cum longè*, *diſt.* 63. deſumpto ex Concilio *Tolet.* 12. *cap.* 6. celebrato in anno 719. quod refert Garcia Loaiza *fol.* 595. *Conciliorum Hiſpaniæ*, confirmatum per Regem Ervigium, ut per eundem Loaizam *fol.* 603. *Idem in annot. ad d. cap.* 6. *fol.* 607. *in fin.* Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 245. *&* 246. Barboſ. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 66. Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 217. *&* 218. Barboſ. *in Collect. ad dict. cap. Nullus*, *n.* 10.

24 Hac poteſtate utebantur etiam *Gothorum Reges*, ut per Salgad. *dict. cap.* 10. *num.* 227. Covar. *in Regul. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 10. *n.* 6. Bovadilh. *dict. cap.* 18. *n.* 223. Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 216.

25 Poſt reſtaurationem Hiſpaniæ, Capitula nuntiabant Regi, Epiſcopum eſſe mortuum, & ab eo licentiam poſtulabant ad electionem faciendam, qua facta (dicta præcedente licentia) eam Regi præſentabant, ut ſuum etiam præſtaret aſſenſum: ut ex aliis refert Salgad. *dict. cap.* 10. *à num.* 229. *per text. in cap. Cum terra*, *cap. Cum inter univerſas*, *cap. Innotuit*, *de Elect.* Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 75. Covar. *dict.* 2. *p.* §. 10. *n.* 5. *verſ. Olim.* Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 1. *n.* 216. Gutier. *Pract. lib.* 3. *quæſt.* 13. *n.* 72. *verſ. Neque Superioribus.* D. Roder. à Cunha *in Collect. ad cap. Reatina*, *n.* 1. *diſt.* 63. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. tit. de Concordiis*, *cap.* 28. *n.* 76. *fol.* 273. *verſ.* Barboſ. *in dict. cap. Nullus*, *n.* 4.

Quòd ex eo factum fuit, quia Reges jus Patronatus dictarum Cathedralium obtinebant, & in Capitula jus eligendi transtulerunt, ut ex aliis refert Barboſ. *d. Cap.* 8. *n.* 79. dummodo eorum præcederet approbatio, & ita obſervatum eſt in Hiſpania, & ab ipſa origine Regni Portugaliæ. Conſtat etenim *Alphonſum VI.* Caſtellæ Regem cum conſenſu Comitis *D. Henrici* generis ſui, poſt expulſionem Maurorum, eligiſſe in *Archiepiſcopum Bracharenſem*, *Giraldum*, ut per Cunham *in vita Archiepiſcopor. Bracharenſ.* 2. *p. cap.* 2. *n.* 1. 26

Conſtat etiam *Alphonſum III.* hujus Regni præſentaſſe Archiepiſcopo Bracharenſi *Vincentium* Magiſtrum, electum per Capitulum *Portuenſe* in Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ, ut dictus Archiepiſcopus eum confirmaret, cui ſcripſit Epiſtolam, quam tranſcripſit D. Roder. à Cunh. *d.* 1. *p. cap.* 31. *n.* 2. tenoris ſequentis. 27

Carta de ElRey D. Affonſo III.

Affonſo pela Graça de Deos Rey de Portugal, ao Reverendiſſimo em Chriſto Padre, e Amigo Cariſſimo Martinho, pela meſma Graça Arcebiſpo de Braga, ſaude, e affecto de verdadeiro amor: Sabei, que Meſtre Vicente, eleito do Porto, e o Arcediago de eſſa voſſa Sé D. Pedro Garcia, vieraõ por ordem do Cabido do Porto inviados a Nós, fazendonos a ſaber, como eſtando vaga a meſma Igreja do Porto, o ſeu Cabido por todos os votos elegera a Meſtre Vicente em Biſpo; e porque à Nós nos pertence o Padroado da meſma Igreja, nos pediaõ humildemente, quizeſſemos 28

dar

dar conſentimento à tal eleição, eſcrevendovos, e rogandovos, como fazemos, a queirais tambem haver por boã, e Canonica. Dada em Coimbra, por mandado de ElRey, em 2. de Dezembro, Joaõ Soeyro a fez, era de 1299.

29 Prout etiam antiquitùs iidem *Archiepiſcopi Brachareńſes*, tanquam Primates *Hiſpaniæ* confirmabant, & conſecrabant *Epiſcopos* ſibi præſentatos per *Reges Caſtellæ*: ut teſtatur idem D. Roder. à Cunha *de Primatu Bracharen. cap.* 4. *à num.* 24. ubi tranſcripſit Epiſtolas miſſas à Regibus Caſtellæ eiſdem Archiepiſcopis.

30 Sed quia Sedes Apoſtolica, ſublatis electionibus Capitulorum, omne jus creandi, & nominandi Epiſcopos ſibi privativè reſervavit per dictam regulam Secundam Chancellariæ, ortæ fuerunt contentiones inter Pontifices, & Reges, qui iterum jus antiquum præſentandi reaſſumpſerunt, nè Epiſcoporum nominatio ad Sedem Apoſtolicam deferretur: ut per Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 79. Salgad. *dict. cap.* 10. *n.* 228. Gutier. *Pract. lib.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 72. *verſ. Neque Superioribus, ante medium.* Pareja *de Inſtrum. Edict. tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 3. *n.* 12. *in fin.*

31 Et nunquam Rex *Ferdinandus III.* voluit illi reſervationi acquieſcere, ut referunt *Zurita*, & *Mariana*, quos refert Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 79. donec ceſſavit controverſia tempore *Xyſti IV.* qui de novo in perpetuum hoc jus iterum Regibus conceſſit: ut per Barboſ. *dict. cap.* 8. *num.* 80. Salgad. *dict. cap.* 10. *n.* 234. Garc. *de Benefic. cap.* 1. *n.* 218.

32 In hac poſſeſſione, etiam conſervantur Reges Portugalliæ, ut per Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 82. *& DD.* relati ſupra *à num.* 1. non obſtantibus regulis reſervatoriis: ut per Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 223. *in fin.* D. Roder. à Cunha *in dict. cap. Cum longe, num.* 9. *diſt.* 63.

33 Illæ enim regulæ reſervatoriæ non comprehendunt Reges Portugalliæ, & Caſtellæ, quanvis eis hoc jus præſentandi Epiſcopos ex ſola conſuetudine, & privilegio pertineret: Plures per Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 90. *Et de Poteſt. Epiſcop. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *&* 32. Vivian. *de Jur Patron. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 40. Lancelot. Conrad. *in Templo omnium judicum, lib.* 2. *cap.* 4. § 4. *verb. Dignitatis, à n.* 8. Garc. *de Benefic.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 219. *&* 220.

Quare hodie eligunt Epiſcopos, & eos offerunt Summo Pontifici confirmandos: ut per Barboſ. *dict. cap.* 8. *n.* 74. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 37. *à n.* 1. Bovadilh. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 223. Vivian. *dict. lib.* 3. *cap.* 1. *à n.* 37. Salgad. *dict. cap.* 10. *num.* 231. 34

Hoc jus competere Regibus Hiſpaniæ à tempore Papæ *Agathonis*, & *Ervigii*, Gothorum Regis, teſtantur Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 244. *&* 246. Bovadilh. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 223. Salſed. *de Leg. Pol. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 24. 35

Regibus autem Portugalliæ à tempore Alphonſi V. ut per Cabed. *de Patron. Reg. Coron. dict. cap.* 37. *n.* 1. D. Roderic. à Cunh. *in Collect. ad cap. Cum longe, num.* 1. 2. *&* 3. *diſt.* 63. Barboſ. *dict. cap.* 8. *num.* 82. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. tit. de Concordiis, n.* 76. *ad fin. fol.* 234. 36

Sed veriùs eſt competere ab ipſa origine Regni: ex dictis *ſupr. à n.* 26. *& à num.* 8. & à tempore *Alphonſi V.* conſtat de plano elegiſſe in Archiepiſcopum Bracharenſem *D. Joannem Galvaõ*, ut per Cunham *dict.* 2. *part. cap.* 62. *n.* 8. & Regem *Joannem II.* elegiſſe Cardinalem *D. Georgium à Coſta* in Archiepiſcopum Bracharenſem, & *D. Martinum*, fratrem ejuſdem Cardinalis in Archiepiſcopum Ulyſſipponenſem, quorum electiones *Innocentius VIII.* magno admiſit applauſu, ut per Cunham *dict.* 2. *part. cap.* 65. *in princ.* & in hoc jus præſentandi, & eligendi Epiſcopos 37

con

continuaverunt cæteri Reges Portugalliæ, tanquam veri Patroni Cathedralium, & in hac reperiuntur poſſeſſione.

RESOLUTIO L.

An Epiſcopi electi per Regem Portugalliæ poſſint adminiſtrare ante confirmationem Pontificis?

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi electi non poſſunt adminiſtrare de jure communi ante confirmationem Pontificis.*

2 *Poſſunt tamen ultramontani per privilegium Innocentii III. & n. 4. & 6.*

3 *Eccleſiæ ex diuturna vacatione multa damna patiuntur.*

4 *Privilegio concedi poteſt, ut electus ante confirmationem adminiſtret.*

5 *Privilegium inſertum in corpore juris eſt probatio probata efficax ad fundandam juriſdictionem; inducit probationem evidentiſſimam, & excludit omnem juris communem præſumptionem.*

6 *Probatur reſolutio per Gloſſas, & num. 7.*

8 *Gloſſæ authoritas magna eſt, omnes authoritates antecellit, & per eas ſemper eſt ſtandum.*

Ibi. *In judicando eſt ſervanda Gloſſæ opinio, maximè quando habet pro ſe unum magni nominis Doctorem.*

Ibi. *Eſt periculum ab ejus opinione recedere, & ſufficit pro textu, ubi textus non reperitur.*

9 *Reſolutio principalis probatur per Doctores.*

10 *Cauſa finalis conceſſionis Privilegii, ut electi adminiſtrent, eſt utilitas, & neceſſitas Eccleſiarum.*

11 *Hoc Privilegio antiquitùs utebatur in hoc Regno, & num. 12. 13. 14. & 15.*

Ibi. *Qui operatur jure permittente, nullam pœnam incurrit.*

13 *Privilegium inſertum in corpore juris, non dicitur contra jus commune, ſed de jure communi, & num. 21.*

16 *Illud Privilegium fuit conceſſum Eccleſiis, & non perſonis, & num. 46.*

Ibi. *Privilegium conceſſum Civitati, eſt de Patrimonio Civitatis.*

17 *In jure contra illud Privilegium Innocentii III. inſertum in corpore juris non reperitur aliquid expreſſé cautum in contrarium.*

18 *Nec in jure antiquo, nec in novo.*

19 *Leges generales non tollunt Privilegia ſpecialiter, & expreſſé conceſſa, quanvis ex diametro eiſdem Legibus adverſentur.*

20 *Pontifex non cenſetur derogare privilegio clauſo in corpore juris, quin expreſſé declaret.*

21 *Privilegia inſerta in corpore juris, non privilegia, ſed jus commune reputantur, & difficilius tolluntur, & indigent ſpeciali derogatione, & num. 13.*

22 *Privilegia inducta in favorem Eccleſiarum, non variantur, ſed inviolabiliter obſervantur.*

23 *Privilegia conceſſa Civitatibus, & Communitatibus, ſunt favorabilia, & perpetua.*

25 *Leges poſteriores generaliter loquentes, declarantur per Legem antiquam, & recipiunt interpretationem ab ſpeciali, in caſu particulari lata, & num. 26.*

27 *Iſta intelligentia eſt ſequenda, nè detur juris correctio.*

28 *Expedit jura juribus concordare.*

Ibi. *Intelligentia, qua diſpoſitio reducitur ad jus commune, eſt favorabilis.*

29 *Intelligentia favorabilis Eccleſiæ eſt ſequenda in judicando, & conſulendo.*

30 *Hoc Privilegium obſervatur in plu-*

in pluribus Regnis, & Provinciis Chriſtianitatis.

31 *Obſervatur in Alemannia.*

32 *Epiſcopi transferri non poſſunt de uno ad alium Epiſcopatum, ſine licentia Pontificis.*

Ibi. *Legatus à latere poteſt confirmare Epiſcopos electos.*

33 *Obſervatur in Indiis Caſtellæ.*

34 *Archiepiſcopus Limanus fuit reprehenſus à Rege Caſtellæ, quia nunciavit Pontifici in Indiis Epiſcopos electos ante confirmationem miniſtraſſe.*

35 *Idem obſervatum fuit antiquitùs in hoc Regno.*

Ibi. *Privilegium in favorem Eccleſiarum, non amittitur per non uſum*

36 *Extenditur privilegium etiam ad Eccleſias, poſt illud ædificatas.*

Ibi. *Latè interpretatur contra Pontificem concedentem.*

37 *Ampliatur etiam ad Epiſcopos conſecratos, qui poſſunt adminiſtrare in Epiſcopatibus, ſeu Archiepiſcopatibus, ad quos ſunt electi, non ſolum ea, quæ ſunt juriſdictionis, ſed Ordinis.*

39 *Prima objectio proponitur.*

40 *Plura damna ex multorum gubernatione ſequuntur.*

Ibi. *Quando concurrit eadem ratio, eadem diſpoſitio obſervatur.*

Ibi. *Cap.* Nihil, *quanvis contineat diſpenſationem, extenditur ex eadem ratione.*

41 *Reges loco Capituli ſucceſſerunt.*

42 *Privilegium fundatum in favore publico, pia cauſa & favorabili, extenditur de una perſona ad aliam ex paritate rationis.*

Ibi. *Verba textus ibi:* electi in concordia, *denotant cauſam impulſivam.*

Ibi. *Cauſa finalis, eſt quæ regit, & gubernat diſpoſitionem.*

43 *Privilegium abrogatur per uſum contrarium.*

44 *Non tamen quando eſt conceſſum in publicam utilitatem.*

47 *Electorum negligentia Eccleſiis præjudicare non poteſt.*

48 *Clerici renuntiare non poſſunt privilegio Canonis, & fori.*

49 *Privilegiū non amittitur per nō uſum illius, qui ei non poteſt renuntiare.*

50 *Privilegium, quod habet tractum ſucceſſivum, non amittitur per non uſum, nec per actus contrarios.*

51 D. Rodericus à Cunha *refert Sixtum IV. noluiſſe expedire Bullas* D. Joanni Galvaõ, *electo in Archiepiſcopū Bracharenſē, quia ante confirmationem adminiſtraverat.*

52 *Dictus Archiepiſcopus talis appellatur in Chronicis.*

53 *Fuit poſtea confirmatus per Sedem Apoſtolicam.*

54 *Dictus Archiepiſcopus in ſubſcriptionibus ſe nominabat Electum, & confirmatum.*

55 *Epiſcopus confirmatus poteſt adminiſtrare.*

56 *Dictus Archiepiſcopus in adminiſtratione continuavit.*

58 *Novitates diſcordiam pariunt.*

59 *Electi non adminiſtrant, niſi literis expeditis.*

61 *Opinio communis dicitur, quæ habet pro ſe ſeptem Doctores.*

63 *Ex electione Regia nullum ſpirituale jus acquiritur electo.*

Ibi. *Jus adminiſtrandi non competit electo ex vi electionis, ſed ex privilegio Pontificis.*

Ibi. *Arbitri electi non acquirunt juriſdictionem ex electione, ſed ex juris diſpoſitione.*

64 *Poteſtatem adminiſtrandi ante confirmationem, poteſt ſolus Papa concedere.*

Ibi. *Eandem poteſtatem poteſt concedere aliis, quàm electis.*

Ibi. *Poteſt concedere juriſdictionem ſpiritualem ſæcularibus.*

65 Solorſanus *dicit electos adminiſtrare vice Capituli.*

Ibi. *Sed veriùs adminiſtrare authoritate Apoſtolica.*

66 *Declaratur* Pareja.

67 *Illa opinio ſequenda eſt, quæ diſtinguendo concordat opiniones contrarias.*

68 *Dicit* Pareja *extravagantem*: Injunctæ *non procedere in Cardinalibus electis in Epiſcopos.*

69 *Sed contrarium verius, ſi non ſint electi ad Epiſcopatus ultramontanos.*

Ibi. *Comprehenduntur in diſpoſitionibus generalibus, favorabilibus, & odioſis.*

70 *Per electionem Canonicam acquiritur jus in re, & non poteſt variari.*

71 *Sed verius acquiri ſolum jus ad rem, ſicut etiam per præſentationem, & nominationem.*

72 *Poſt electionem Canonicam non datur vacatio, quia jam res non eſt integra.*

Ibi. *Si electus obtineret, jus in re, vacaret Beneficium, quod eſt falſum, quia vacat, ut prius.*

73 *Concilium Tridentinum non facit differentiam inter electionem, præſentationem, & nominationem.*

Ibi. *Præſentatio, & nominatio habent vim electionis.*

74 *Electio, & præſentatio, à pari procedunt, & præſentatio dicitur electio.*

75 *Archiepiſcopi Bracharenſes, qui electi, ante confirmationem adminiſtraverunt, ante diſpoſitionem: cap.* Avaritiæ, *de Elect. in 6.*

76 *Quia adminiſtraverunt poſt diſpoſitionem dict. cap.* Avaritiæ.

77 *Quando aliquid conceditur pro aliqua determinata cauſa durat, quatenus id in cujus gratiam introducitur.*

78 *Eccleſiæ Cathedrales non poſſunt ultra trimeſtre vacare.*

Ibi. *Electi intra trimeſtre tenentur petere confirmationem Pontifici, ſub pœna nullitatis juris quæſiti per electionem.*

79 *Privilegium conceſſum intuitu pietatis, & in favorem animarum eſt irrevocabile, & perpetuum.*

80 *Reſpondetur objectionibus Concilii Tridentini* Seſſ. 24. cap. 16. de Reformat.

81 *Reſolutio Authoris.*

PRo parte negativa, ſcilicet quòd Epiſcopi electi ante confirmationem non poſſunt adminiſtrare, extant plura jura in *Cap. Noſti* 9. & ibi Gloſſ. *verb. Confirmata. Cap. Qualiter* 17. *de Elect. Cap. Avaritiæ* 5. *eod. tit. in* 6. *Extravag. Injunctæ, de Elect. inter commun.* quibus juribus expreſſé talis adminiſtratio ante confirmationem prohibetur ſub pœna privationis ipſo jure, & amiſſionis juris acquiſiti per electionem: ita Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. *&* 9. *& cap.* 57. *n.* 214. *& de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 239. *& cap.* 19. *n.* 247. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 15. *n.* 51. Garc *de Benef.* 5. *p. cap.* 4. *à n.* 242. Solorſan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 38. Themud. 3. *p. deciſ.* 319. *n.* 1. Barboſ. *in cap.* 2. *num.* 2. *De in integr. reſtit.* 1

Hoc tamen non obſtante, dico, ſub correctione S. Matris Eccleſiæ, & ex illius mente affirmativam partem eſſe ſequendam, propter privilegium à Summo Pontifice *Innocentio III.* conceſſum in celeberrimo Concilio generali Lateranenſi, celebrato anno 1215. cum aſſiſtentia Patriarcharum *Hieruſalem*, & *Conſtantinopolis*, & cum LXX. Archiepiſcopis Metropolitanis, & cum CCCCXII. Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus DCCC. & cum multis, eruditiſſimis Viris ex tota Chriſtianitate concurrentibus, & cum Oratoribus, & Legatis *Græci*, & *Romani* Imperii, & Regum Hyeruſalem, Franciæ, Galeciæ, & Angliæ, & aliorum Regnorum, omnibus numerum 1215. ſuperantibus, ut refert Platina, & Laurentius Surius *in introductione ejuſdem Concilii, de quo tom.* 4. *Concilior. Generalium, pag. mihi* 209. *&* 211. *cum ſeqq.* de quo etiam meminit Barboſ. *in cap.* 1. *de Summa Trinitat. num.* 3. 2

Conſideratis in eodem Concilio (per tot, tantoſque viros eminentiſſimos) graviſſimis damnis, & calamitatibus ex diuturna vacatione 3

pro-

provinientibus, ut in *Cap. Quam ſit, de Elect. in* 6. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 11. *num.* 45. Vivian. *in Prax. Juris Patronatus, deciſ.* 101. *num.* 14. & nullam poſſe eſſe Paſtoris excuſationem, ſi lupus oves comedat, & Paſtor neſciat:
4 *Regul. Quanvis, de Reg. juris, in antiq.*

Concordi omnium Patrum approbatione decretum fuit in cap. 26. ejuſdem Concilii poſſe Epiſcopos electos ultra Italiam, & ab Eccleſia Romana, valdè remotos, ante confirmationem adminiſtrare, ſi fuiſſent electi in concordia, quòd privilegiū, propter utilitates, & neceſſitates Eccleſiarū fuit poſtea inſertū in corpore juris: Cap. *Nihil* 44. *de Elect. in fin.* ibi:

Ita quòd interim valdè remoti, videlicet ultra Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſative propter neceſſitates Eccleſiarum, & utilitates in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrent, ſic tamen, ut de rebus Eccleſiaſticis, nihil penitus alienent. Ita textus.

5 Non eſt dubium poſſe Privilegio concedi, ut electus ante confirmationē adminiſtret: Oldrad. *Conſ.* 146. *n.* 6. *per text. in c* 1. *de Suppl. negl. Prel.*

6 Hoc privilegium, cum ſit inſertum in corpore juris, eſt probatio probata: ex Cap. *Accedentibus, de Privileg.* Plures per Valenzuel. *Conſ.* 71. *num.* 34. & efficax ad fundandam intentionem electorum, ut poſſint ultra Italiam miniſtrare: ex Cap. *Quoniam, de Privileg. cap.* 1. §. *In eos, eodem tit. in* 6. *cap. Licet cauſam, de Probat.* maximè Valenzuel. *d. conſ.* 71. *num.* 37. & *conſ.* 79. *num.* 106. inducit enim probationem evidentiſſimam: DD. *per text. in dict. cap. Licet cauſam*, & excludit omnem juris communis præſumptionem, ut deineeps non attendatur, quis in eo ſe fundet, ſed ſolum perſona privilegiata, prout ſunt ipſi electi: Felin. *in dict. cap. Licet cauſam num.* 10. Capic. *Deciſ.* 77. *n.* 5. Valenz. *conſ.* 71. *n.* 60.

Hanc reſolutionem ſequuntur 6
Gloſſ. *in dict. cap. Nihil, verb. Adminiſtrent*, Gloſſ. *verb. Eccleſiarum, in dict. cap. Avaritiæ, de Election. in* 6. Gloſſ. *verb. Diſponendi, in cap. Immine Domini, diſt.* 23. Gloſſ. *ultim in fin. in additione*, & ibi Joannes Francus *in dict. Extravag. In juncte, de Elect.* Gloſſ. *verb. Conſuetudinem, in cap. Cum venerabilis, de Conſuetudin.* Gloſſ. *verb. Concedendi, in d. cap. Noſti, de Elect.* Gloſſ. *verb. Authoritate, in cap Indemnitatibus*, §. *Sanè, verſ. Si verò, de Elect. in* 6. ubi refert varios caſus, in quibus electus ante confirmationem adminiſtrat, & inter eos enumerat noſtrum textum in dict. *Cap. Nihil*, & *Philippus Peruſius*, ſeptem caſus refert, in quibus quis adminiſtrare poteſt ante confirmationem: ad *text. in cap. Avaritiæ, de Elect. in* 6. quem refert Rebuf. *in Prax. Beneficial. tit. de Miſſion. num.* 10.

Quæ omnes Gloſſæ in dictis juribus excipiunt à regula, & prohibitione juris communis (de quo *ſupra num.* 1.) Epiſcopos electos *ultra Italiam*, propter dictum privilegium, de quo faciunt ſpecialem mentionem, ne interim Eccleſiæ ultramontanæ in ſpiritualibus, & temporalibus diſpendium patiantur. 7

Harum Gloſſarum authoritas magna eſt, & ſufficiebat una, ut communi Doctorum opinioni præferretur: ex Barthol. *in L. Ut vim, ff. de Juſtit. & jure.* Gail. *Lib.* 1. *obſerv.* 157. *n.* 7. Barboſ. *in Votis lib.* 3. *vot.* 121. *num.* 40. & *in Collect. ad cap.* 1. *n.* 17. *de Conſtitut.* Immò omnes authoritates anteceellit, & per eas ſemper eſt ſtandum: Decius *Conſ.* 146 *num.* 7. Bald. *in L. Cum hæreditas, Cod. Depoſiti, & in cap. Dilecti, de Maiorit. & in L. ultim.* §. *Neceſſitate, col.* 2. *Cod. de Bonis, quæ liberis.* Butrius *in L.* 1. *Cod. qui pro ſua juriſd.* ubi dicit in judicando ſervandam eſſe opinionem Gloſſæ, maximè quando habet unum magni nominis Doctorem pro ſe; 8

ſe: ſequuntur Jaſon. *in dict. L. Ut vim, ff. Quemadmod. in loco à contrario ſenſu, fol.* 527. *num.* 42. *& in loco ab authoritate, fol.* 590. *num.* 38. & eſt periculoſum ab ejuſopinione diſcedere, ut per *Alexand.* relatum per Valaſc. *Conſult.* 13. *num.* 2. *in fin.* & ſufficit pro textu, ubi textus non reperitur. Barboſ. *dict. vot.* 121. *n.* 40. *in fin.*

9 Et quamvis tot Gloſſæ & unaquæque per ſe eſſet ſufficiens ad noſtram reſolutionem corroborandam, & ſequendam ex proxime dictis; nihilominus eam plurimorum Doctorum authoritate roboramus; cam ſecuti ſunt Abbas *in dict. cap. Nihil, num.* 4. *&* 8. Innocent. *n.* 2. *ad fin.* Immol. *n.* 3. *&* 6. Rebuf. *de Subrogand. Gloſſ.* 4. *num.* 7. Angel. *in Summa, verb. Confirmatio electi, in principio.* Silveſter. *verb. Confirmatio humana, n.* 2. *verſ.* 4. *& num.* 3. *in princip.* Caniſ. *in Summa juris Canon. lib.* 1. *tit. de Confirmat. electi*, §. 1. *&* 2. Anton. Cucus *Inſtit. Canon. lib.* 1. *tit. de Confirmat. electi*, §. *Siquis* Archidiachon. *in dict. cap. Avaritiæ, num.* 1. Oldrad. *Conſ.* 9. *per totum.* Navar. *in cap. Accepta, de Reſtit. ſpoliat. Oppoſit.* 8. *n.* 31. noviſſime. Solorſan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 39. *& cap.* 15. *à n.* 112. cum pluribus Doctoribus, quos referunt Barboſ. *in Collect. ad text. in dict. cap. Nihil, num.* 1. *& num.* 5. Cardin. Tuſchus *tom.* 6. *litera P. concluſ.* 384.

10 Hoc privilegium conceſſum fuit in dicto Concilio generali in favorem Eccleſiarum, *ultra Italiam*, à Curia Romana valdè diſtantium, nè ex diuturna vacatione diſpendia paterentur, quæ hodie experiuntur in toto Regno, & hæc fuit cauſa finalis conceſſionis dicti privilegii, in dict. *Cap. Nihil, in fin.* ibi: *Propter neceſſitates Eccleſiarum, & utilitates, &c.* Rebuf. *de Subrogand. dict. Gloſ.* 4. *num.* 7. *in fin.* Oldrad. *dict. conſ.* 9. *in fin.* Gloſſ. *dict. verb. Conſuetudinem, in fin. in dict. cap. Cum venerabilis, de Conſuetud.* Gloſſ. *verb. Concedendi, in dict. cap. Noſti, de Elect.*

Ob prædictam rationem hoc privilegium antiquitùs in uſu fuit in hoc Regno, in quo Electi per ſe, & Vicarios ſuos in ſpiritualibus, & temporalibus miniſtrabant, quin in pœnas privationis juris ſibi quæſiti per electionem incurrerent; ex eo, quia utens jure, & privilegio ſibi conceſſo, & jure permittente nullam pœnam incurrit: ex L. *Factum, verſ. Non videtur, ff. de Regul. jur.* Valenzuel. *dict. Conſ.* 71. *num.* 40. Surd. *Conſ.* 323. *num.* 42. *& conſ.* 473. *num.* 25. 11

Ita eveniſſe in facti contingentia in hoc Regno teſtatur Oldrad. *Conſ.* 9. *per totum*, in quo conſuluit in favorem cujuſdam *Archiepiſcopi Bracharenſis*, contra quem proponebatur coram Sanctiſſimo, à jure per electionem ſibi quæſito cecidiſſe, ex eo quia ante confirmationem adminiſtraverat, & contra juris communis diſpoſitionem. 12

Archiepiſcopus excipiendo propoſuit hoc ſibi à jure communi conceſſum eſſe per dictum privilegium in dict. *Cap. Nihil*, quòd cum eſſet inſertum in corpore juris non poterat dici contra jus commune, ſed de jure communi: ex L. 1. *ff. de Conſtitut. Princip.* Valenzuel. *Conſ.* 71. *num.* 39. & eſſe introductum in favorem Eccleſiarum *ultra Italiam*, in quarum utilitatem multa ſtatuebantur, & hanc eſſe mentem Summi Pontificis concedentis, prout multis juribus reſoluit idem Oldrad. *dict. Conſ.* 9. *à num.* 1. 13

Addens num. 4. ultra rationes per dictum Archiepiſcopum electum oblatas, hanc eſſe, & fuiſſe totius Regni conſuetudinem, ibi: 14

> *Item proponit dictus Dominus electus, quòd in toto Regno Portugalliæ, in quo eſt dicta Eccleſia, eſt, & fuit conſuetudo, & obſervantia ibidem, & in locis circumvicinis*

vicinis obtenta ſervata in Eccleſiis Cathedralibus Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectis, quòd quandocumque tales Eccleſias vacare contingerit, & aliqui concorditer eligantur, & illi ſic electi poſt conſenſum præſtitum ante confirmationem obtentam adminiſtrant, & adminiſtrare conſueverant bona, & res Eccleſiæ, per ſe, & per alios, ſpiritualia, & temporalia, & ſic eſt, & fuit obſervatum in partibus illis, & vicinis per quadraginta annos, & amplius, & poſt tantum tempus cujus contrarium memoria non exiſtat, etiam Domino Papa citra montes reſidente, & ſic etiam ſervierunt plures, & per plures, electos tempore Domini Papæ Clementis, quòd nunc eſt, ſervatum, & factum palam, & publicè; unde licuit, & licet dicto Electo propter talem conſuetudinem adminiſtrare, conſuetudo quidem jus facit, & dat juriſdictionem, & adminiſtrationem, ubi aliàs non liceret. Ita Oldrad. *ubi ſupra*, quem ſequitur Cardinalis Tuſchus *tom. 6. litera P. concluſ.* 384. ibi: *Electus in Epiſcopum de conſuetudine Portugalliæ poteſt adminiſtrare abſque confirmatione.*

15 Idem etiam reſolvit *Navarrus* approbando dictum conſilium Oldradi *in dict. cap. Accepta oppoſitione* 8. *de Reſtitut. ſpoliat. num.* 31. ibi:

Sexto infertur eum, qui eligeretur unanimiter à Capitulo, eſſetque immediatè Papæ ſubjectus, ſimul, & à Curia Romana longe remotus, recipi poſſe à Capitulo, & adminiſtrare, etiam hodie, literis non expeditis ſuper electionis confirmatione: tum quia etiam nullatenus confirmata electione recipi poſſet, & adminiſtrare per text. in cap. Nihil, de Election. tum quia illa Extravagans non debet extendi, ut prædictum eſt, ultra ea quæ continet, & ſolum continet prohibitionem apprehendendo poſſeſſionem adminiſtrandæ dignitatis, virtute proviſionis Apoſtolicæ: ergo non extenditur ad apprehenſionem poſſeſſionis virtute alicuius medii legitimi, quale habet hujuſmodi electus: tum quia Oldrad. Conſ. 9. propoſito, ſine præjudicio, determinat Archiepiſcopum Bracharenſem, noſtrum Primatem, qui eſt immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectus, diſtans à Romana Curia ultra triginta dietas, ad magnam inſtantiam ſui Capituli, & propter Eccleſiæ ſuæ neceſſitatem urgentem, nondum obtenta confirmatione à Sede Apoſtolica, adminiſtrando, & bonorum Eccleſiæ adminiſtrationi ſe immiſcendo, non incurrere pœnas illius Extravagantis, quod etiam annotavit Joannes Francus in Gloſſ. fin. illius extravag. Ita Navarr.

Concludit etiam Oldrad. *d. Conſ.* 9. 16
n. 7. hoc privilegio utendum eſſe in favorem Eccleſiarum, propter earum utilitates, & neceſſitates, cum ſit conceſſum non perſonis electis, ſed Eccleſiis, de quarum patrimonio eſt dictum privilegium, prout etiam eſt de patrimonio Civitatis privilegium illi conceſſum: ex Rebuf. *Reſponſ* 147. *verſ. Verum.* Valenz. *Conſ.* 79. *num.* 23.

Cum ergo Privilegium iſtud ſit 17
clauſum in corpore juris, obſervandum eſt, quia contrarium expreſſè in jure non cavetur, ut per Oldrad. *ubi ſupra*, & ſequuntur pluribus relatis Surd. *Conſ.* 325. *num.* 8. Gratian. For. *cap.* 48. *num.* 30. ubi ſic teſtatur judicatum in Rota. Cabed. 2. *part. deciſ.* 86. *num.* 2. Menoch. *lib.* 6 *præſumpt.* 40. *num.* 25. Phœb. 2. *part. deciſ.* 146. *n.* 4. *& deciſ.* 214. *à num.* 7. Rodrig. *tom.* 1. *de Regular. quæſt.* 9. *art.* 3. *verſ. Sed ut ſupra dicta.* Garc. *de Benef.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 72. ubi plures refert.

Planè nec in jure antiquo, nec 18

in

in novioribus in dict. *Cap. Avaritiæ*, *de Elect.* in 6. nec in dicta Extravaganti *Injunctæ*, *de Elect.* inter communes reperitur contrarium expreſſé cautum circa Epiſcopos electos *ultra Italiam*; immò *Gloſſæ* in dictis juribus relatæ *ſupra num.* 6. declarant generalem prohibitionem illorum, & antiquiorum jurium non procedere *ultra Italiam*: ergo illud privilegium ſtat in ſuo robore, & eo utendum eſt, quia non reperitur expreſſé per poſteriores Leges revocatum.

19 Leges enim generales poſteriores (prout eſt dictum *Cap. Avaritiæ*, & dicta Extravagans *Injunctæ*) non tollunt privilegia expreſſé, & ſpecialiter conceſſa, quanvis ex diametro, eiſdem legibus adverſentur: ut per Petrum Barboſ. *p.* 1. *L.* 1. *n.* 1. *poſt medium*, & *n.* 5. *ff. de Solut. Matr.* alter Barboſ. *in Collect. in proœm Cod. tit. de Juſtinian. confirmand. num.* 9. Thom. Vaz *Alleg.* 65. *num.* 54. Phœb. 2. *p. areſt.* 75. *verſ. Planè quando datur.*

20 Nec Summus Pontifex viſus eſt illi privilegio clauſo in corpore juris velle derogare, quin expreſſé declararet: ex Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *commiſſ.* 2. *cap.* 1. *n.* 15. Flor. de Men. *Var.* 2. §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 25. Phœb. *ubi proximè.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 36. *à num.* 34. Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 44. *n.* 2. D. Roder. à Cunha *in Collect. ad cap. Quoniam, diſt.* 18. *n.* 4. DD. *per text. in L. Si quando, in fin. princip. Cod. de inofficioſ. teſt.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 106. *in fin.* ubi pluribus relatis reſolvit Summum Pontificem in ſuis diſpoſitionibus uti poteſtate Ordinaria, quin habeat intentionem revocandi privilegia inſerta in corpore juris.

21 Tunc enim non privilegia, ſed potius jus commune reputantur: ut per Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 40. *num.* 25. Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 83. *n.* 5. & 6. ubi dicit, quòd privilegia inſerta in corpore juris difficilius tolluntur, & indigent ſpeciali derogatione, & ibi plures refert.

Maximè ſi dicta privilegia ſint introducta in favorem Eccleſiarum, & in bonum publicum; tunc enim inviolabiliter obſervantur, nec aliqua ratione variantur: ita DD. *per text optim. in cap. Privilegia* 1. & 2. *cap. Si ea deſtruerem*, *cap. Intentionis*, & *paſſ.* 25. *quæſt.* 2. Pluribus relatis Mart. 4. *part. caſ.* 52. *à num.* 15. & per Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 5. *n.* 355. ibi:

> *Privilegium conceſſum in favorem Eccleſiæ, à Principe revocari non poteſt: ut tenet Lucas de Peña, in L. fin. num. 64. Cod. de locand. prædiis Civilib. lib. 11. Innocent. in cap. Novit, pro quo Felin. in cap. Ad Apoſtolicam, n 1. de Simon. dicit, eſſe ibi de hoc caſum. Iſſ. in L. Non amplius, §. Si certum n. 14 ff. De legat. 1. dicens, iſtam opinionem in conſulendo, & judicando eſſe tenendam. Comprobat aliquibus rationibus Mart. de juriſdict. 4. p. cent. 1. caſ. 52. à num. 15. cum ſeqq.*

Idem etiam affirmat Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 64. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 9. §. 2. *n.* 18. *in fin.*

Prout etiam ſunt favorabilia, & perpetua privilegia conceſſa Civitatibus, & Communitatibus, & tranſeunt in omnes ſucceſſores: ex L. *Vectigalia quæcumque, Cod. de Vectigalib. & commiſſ.* ibi: *Forma his, atque ad habendum perpetua manere præcipimus, nec ullam contrariam ſupplicantium ſuper his moleſtiam formidari.* Plures per Aviles *Prætor. cap.* 19. Gloſſ. *verb. Privlegio*, *num.* 3. & per Valenzuel. *Conſ.* 79. *num.* 22. & 25. 23

Cum ergo iſtud privilegium, ſit clauſum in corpore juris, nec ſit expreſſé revocatum per dictas Leges poſteriores, nunquam cenſetur revocatum, quanvis in poſterioribus generaliter talis adminiſtratio prohi- 24

hibeatur electo ante confirmationem, & exhibitionem literarum: intelligendæ enim ſunt, & declarandæ per *text. in cap. Nibil, in fin.* procedere ſolum *intra Italiam*, & non ultra, ut declarant *Gloſſæ* in dictis juribus relat. *ſupr. num.* 6. quarum authoritas magna eſt, & ſequenda: ex *ſupra dictis num.* 8.

25 Hæc declaratio procedit ex mente Pontificis, quam expectare debemus in Eccleſiarum utilitatem: ut per Oldrad. *dict. Conſ.* 9. *à n.* 2. Surd. *Conſ.* 553. *num.* 3. & etiam ex ipſa juris diſpoſitione, qua attenta, quanvis leges poſteriores indiſtinctè, & generaliter loquantur, declarantur per legem antiquam, & recipiunt interpretationem ab ſpeciali lata in caſu particulari: ex L. *Sciendum*, & ibi Gloſſ. I. *ff. Qui ſatiſdare cogantur.* Petrus Barboſ. *in L.* 1. *part.* 1. *num.* 8. *ff. de Solut. Matr.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel.* §. 5. *Proœm. n.* 129. *& Gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 65. *& Gloſſ.* 8. *num.* 75. Sanch. *de Matrimon. lib.* 2. *diſp.* 24. *num.* 6. *verſ. Et confirmatur.* DD. per *text. in L. Sed & poſteriores*, *ff. de Legib.* Gutier. *in authent. Sacramenta puerum*, *Cod. Si adverſus vendition. num.* 76. *& de jurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. *& Pract. lib.* 2. *quæſt.* 96. Covar. *Lib.* 2. *var. cap.* 5. *n.* 6. Menoch. *d. lib.* 6. *præſumpt.* 38. *num.* 17. Barboſ. *Axiom.* 60. *n.* 5.

26 Ergo dictum *Cap. Avaritiæ*, & dicta Extravagans *Injunctæ*, quæ ſunt Leges poſteriores, interpretari, & declarari debent per diſpoſitionem dicti *Cap. Nibil, in fine*; procedere ſcilicet *intra*, & non *extra Italiam*, ut ſic Eccleſiarum ultramontanarum favor conſervetur; illis enim, & non perſonis electis, fuit conceſſum dictum privilegium: ex *ſupra dictis num.* 16.

27 Quæ intelligentia eſt ſequenda ex ſupra dictis, & ex Oldrad. *d. Conſ.* 9. Alexand. *in L. Si cum dotem*, §. *Maritus*, *num.* 7. *ff. Solut. Matr.* Barboſ. *Axiom.* 127. *num.* 2. nè detur juris correctio, ex Alexand. *Lib.* 4. *conſ.* 123. *à num.* 9. Barboſ. *Axiom.* 60. *à num.* 1. *& num.* 5.

Expedit enim jura juribus concordare: ex *Cap. Cum expediat*, *de Elect. in* 6. iſta enim interpretatio eſt favorabilis, quia reducitur res ad illud primævum jus, quo utebantur electi in hoc Regno virtute dicti privilegii: ex Gloſſ. *verbo*, *Numerandum*, *in cap. Statutum*, *de Præbend. in* 6. Plures per Surd. *Conſ.* 242. *num.* 11. Gratian. Forenſ. *Cap.* 544. *num.* 32. 28

Tum etiam quia eſt favorabilis Eccleſiæ: ex Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 67. *num.* 8. & debet ſequi in judicando, & conſulendo: ut pluribus relatis tenet Salgad. *dict. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 355. cum aliis ſupra relatis *n.* 22. & ſemper in dubio interpretatio facta in Eccleſiarum favorem eſt ſequenda: Gloſſ. *in cap. Sciant* 12. *de Elect. in* 6. cum aliis per Gratian. Forenſ. *tom.* 1. *cap.* 88. *n.* 6. Barboſ. *in Votis*, *lib.* 2. *voto* 57. *num.* 11. *&* 12. 29

Ex eiſdem rationibus, & fundamentis, hoc privilegium obſervatur actualiter in pluribus Regnis, & Provinciis ultramontanis, in quibus Epiſcopi electi ante confirmationem adminiſtrant, quin à Sede Apoſtolica reprehendantur, aut prohibeantur. 30

In primis obſervatur in *Alemannia* à Sede Apoſtolica valdè remota; in illa enim Provincia Epiſcoporum electio facta per Capitulum uſque adhuc obſervatur, ubi nunquam fuit admiſſa reſervatio *Reg.* 2. *Chancell.* ex dictis *Reſol.* 49. *num.* 20. *poſt medium*; & DD. *per text. in cap. Cum venerabilis*, *de Conſuetud.* Barboſ. *in Collect. ad cap. Cum inter* 18. *num.* 4. *de Elect.* 31

Quanvis enim in eodem textu *in Cap. Cum venerabilis*, fuit reprobata adminiſtratio, & tranſlatio electi de uno ad alium Epiſcopatum ſine licentia, & confirmatione *Pontificis*, 32

cis, vel *Legati à latere*, ut per Menoch. *Lib.* 6. *Præſumpt.* 34. *num.* 11. *& num.* 20. non ex eo fuit, quia ille electus non poterat ante confirmationem adminiſtrare ſecundùm conſuetudinem illius regionis, & privilegium dicti *cap. Nihil*; ſed ex eo, quia in illo territorio exiſtebat actualiter *Legatus Cardinalis*, ad quem electus poterat facilè recurrere pro confirmatione conſequenda, quæ dicto *Legato* de jure competebat: ex textu in terminis *in cap. Si Abbatem* 36. §. *Hujuſmodi*, *de Elect. in* 6. Barboſ *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 74. Menoch. *ubi proxim.* Speculator. *part.* 1. *tit. De legato*, §. *Supereſt*, *num.* 10. *per text. in cap. Per venerabilem*, *de elect.*

33 Secundò obſervatur etiam actualiter *in Indiis Caſtellæ*, ubi Electi ante confirmationem adminiſtrant: ut per Solorſan. *de Jur. Indiar. Edict. Matriti anno* 1639. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 35. *& num.* 37. *&* 39. *per text. in noſtro cap.* Nihil, & ibi plures refert, *& num.* 40. teſtatur de eadem obſervantia in *Indiis*, prout etiam utebatur in hoc Regno, & *cap.* 15. ubi, poſtquam retulit damna Sedis vacantis *à num.* 107. concludit *num.* 112. ibi:

> *Quod juſtificat conſuetudo Portugalliæ, per quam electi capiunt gubernationem Eccleſiarum ante confirmationem; ut per Oldrad. Conſ.* 9 *num.* 5. *Tuſchus liter. P. concluſione* 384. *vol.* 6. *quorum memini ſupra ad juſtificandam ſimilem conſuetudinem in noſtris Indiis receptam.*

34 Concludit idem Solorſan. *d. lib.* 3. *cap.* 4 *num.* 41. quòd cum quidam *Archiepiſcopus Limanus* ſcripſiſſet Papæ de tali conſuetudine, & privilegio, cujus virtute Epiſcopi Indiarum electi ante confirmationem, & literarum expeditionem præſidebant, & adminiſtrabant, fuit acriter reprehenſus per Regem Caſtellæ per quandam ſcedulam ei ſcriptam anno 1593. & uſque adhuc in *Indiis Occidentalibus* talis conſuetudo fundata in dicto privilegio obſervatur, quæ dicto privilegio purificatur: ut ait Barboſ. *in cap. Novit*, *num.* 7. *de Judiciis.*

Tertiò obſervatum fuit antiquitùs in hoc Regno, *ex dictis à num.* 11. virtute dicti privilegii, quod cum habeat tractum ſucceſſivum in favorem Eccleſiarum vacantium, nunquam amitti poterat per non uſum, nec per actos contrarios: ex L. *Voluntariè*, *Cod. de Excuſat. tutor.* Jaſon. *in L. ult. num.* 57. *ff. de Conſt. Princip.* Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent*, *de Conſt. n.* 29. & ibi Decius *à n.* 82. Decian. *Vol.* 3. *reſponſ.* 43. *n.* 30. Joan. Garc. *de Nobilitat. Gloſſ.* 6. *num.* 29. *&* 30. quos refert, & ſequitur Valenzuel. *Conſ.* 79. *num.* 134. quod etiam confirmabis ex refendis infra *à n.* 39. 35

Ampliatur primò principalis reſolutio, non ſolum quoad Eccleſias Cathedrales fabricatas tempore dicti privilegii, ſed etiam ad poſtea ædificandas: ex reſolutis per Surd. *Conſ.* 262. *n.* 48. & per Barboſ. *Lib.* 3. *vot.* 126. *n.* 294. *&* 295. & ideo latè interpretandum illud privilegium: DD. *per text. in cap. Si motu proprio*, *de Præbend. in* 6. Surd. *Conſ.* 140. *n.* 60. Maximè contra Pontificem concedentem, quando ei ſoli aliquod reſultat præjudicium: ex *text. in cap. Ex parte* 1. *de verbor. ſignif. L. Si quando*, *Cod. De bonis vacantibus*, *lib.* 10. Plures per Surd. *Conſ.* 140. *num.* 73. Barboſ. *in cap. Porro*, *n. ult. in fin. de Privileg.* 36

Ampliatur ſecundò, quòd ſi electus ad aliquem Epiſcopatum fuerit jam Epiſcopus conſecratus, poteſt in Epiſcopatu, vel Archiepiſcopatu, ad quem electus eſt, adminiſtrare virtute dicti privilegii non ſolum ea, quæ juriſdictionis exiſtunt, ſed etiam quæ ſunt Ordinis: ita expreſſè *text. in cap. Is cui.* 42. *de Elect. in* 6. ibi: *Poteſt omnia, quæ juriſdictionis Epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt* 37

ele-

electus exequi confirmatus, libere exercere.

38 Contra ſupra dicta quatuor principaliores proponuntur objectiones, ſed ex reſponſionibus noſtra reſolutio clarius patifiet.

Prima Objectio.

39 Dicent aliqui, quòd illud privilegium tunc practicabatur, quando electio fiebat per Capitulum *In concordia*, in terminis dicti *Cap. Nihil*, prout hodie fit actualiter in *Alemania*, & prout factum fuit uſque ad tempus *Bonifacii VIII.* & *Clementis V.* ex dictis *ſupra à num.* 11. *& à n.* 14. & *Reſolut.* 49. *n.* 19. non verò nunc, quia in hoc Regno ſunt electi, & nominati per Reges: ex dictis *Reſolut.* 49. *à num.* 1.

40 Quia reſpondetur, quòd eadem ratio, & eadem cauſa finalis, & idem favor Eccleſiarum in utroque caſu concurrit, nè ex diuturna vacatione detrimentum patiantur, licet enim textus *in dict. Cap. Nihil*, contineat diſpenſationem, extenditur ex eadem ratione, & æquitate: ex Tuſch. *tom.* 1. *litera C. concluſ.* 44. *num.* 5. quem refert, & ſequitur Barboſ. *in dict. cap. Nihil*, *num.* 5. *in fin.* damnoſa enim eſt Sedis vacantis adminiſtratio, propter inconvenientia, quæ ex multorum gubernatione reſultant: ut per Petrum Gregor. *Lib.* 5. *de Republic. cap.* 3. DD. pre textum *in cap. Nè pro defectu, de Elect.* ubi Bald. dicit, quod Eccleſia vacante lupus exultat: Cap. *Oblatæ* 57. & ibi Gloſſ. *verb. Periculum*, *de Appellat. cap. Quàm ſit periculoſum*, *de Elect. in* 6. Solorſan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 107. & quando concurrit eadem ratio, eadem diſpoſitio obſervatur: ex *Cap. In cauſis*, *de Re judicat. L. Cum ratio*, *ff. de Bonis damnator.*

41 Ergo ſicut Epiſcopus ultramontanus, electus à Capitulo poterat ante confirmationem adminiſtrare ratione dicti privilegii, ita etiam electus per Reges hujus Regni, qui loco Capituli ſucceſſerunt: ex Surd. *Conſil.* 152. *n.* 23. *& conſ.* 269. *n.* 30. Gratian. *Forenſ. Cap.* 706. *n.* 67. *& cap.* 766. *num.* 37. Valaſc. *Conſ.* 132. *num.* 26. quia antiquum jus præſentandi translatum in Capitula recuperarunt: ex dictis *Reſol.* 49. *n.* 26. *& num.* 30. cum ſequentibus.

Quando enim privilegia fundantur in favore publico, vel piâ cauſâ, & favorabili, ut in præſenti, ampliantur de una perſona ad aliam ex paritate rationis: ita Fr. Emmanuel Rodrig. *tom.* 1. *Quæſt. regul. q.* 11. *art.* 5. & Petrus Barboſ. *de Solut. Matr. in L.* 1. *n.* 19. *&* 20. ubi plures refert, nec verba *text. in dict. cap. Nihil*, ibi (*Electi in concordia*) denotant cauſam finalem, ſed impulſivam, qua ceſſante non ceſſat diſpoſitio, ſed ceſſante cauſa finali, quæ eſt neceſſitas Eccleſiarum, & hoc fuit fundamentum illius diſpoſitionis, quæ eam regit, & gubernat, tanquam forma, & ſubſtantia illius: ut per Menoch. *Lib.* 4. *Præſumpt.* 24. *num.* 3. Larrea *de Alleg. Fiſcal.* 1. *alleg.* 81. *num.* 5. 42

Secunda Objectio.

Quòd quanvis olim tali privilegio uteretur in hoc Regno, abrogatum fuit per uſum contrarium: ex reſolutis per *text. in cap. Cum acceſſiſſent*, *de Conſtitut.* Gabr. Pereir. *Deciſ.* 91. *num.* 26. *&* 30. Gratian. *Deciſ.* 14. *in addit. n.* 11. Plures per Surd. *Conſil.* 419. *num.* 5. & per Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 33. *num.* 10. Sed hæc objectio confunditur ex ſequentibus. 43

Primò, illam non procedere, quando privilegium eſt conceſſum in publicam Eccleſiarum utilitatem, ut in præſenti: tunc enim non derogatur per non uſum: *Cap. Quæ ad perpetuam* 25. *quæſt.* 1. ibi: *Quæ ad perpetuam generaliter ordinana ſunt utilitatem, nullâ commutatione varientur;* 44

rientur; & ita reſolvunt generaliter DD. *per text. in cap. Privilegia* 1. 2. *&* 3. *cap. Quæcumque* 25. *quæſt.* 2. Silveſter *verb. Conſuetudo*, *num.* 9. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 355.

45 Secundò, quòd ideo electi non ſe ingerebant in adminiſtratione ante confirmationem, quia breviter à Summo Pontifice confirmabantur, nec dabatur occaſio damnorum, quæ hodie experiuntur ex diuturna vacatione ab hinc 15. 20. & 25. annis, & ultra.

46 Tertiò, quia privilegium iſtud, non fuit conceſſum electis, ſed Eccleſiis: in dict. *Cap. Nihil*, *in fin.* ibi: *Propter utilitates Eccleſiarum*, *& neceſſitates.* Oldrad. *dict. Conſil.* 9. *n.* 7. *in fin.* & quæ ſupra diximus *num.* 10. *& num.* 16.

47 Quare Electorum negligentia Eccleſiis præjudicare non poterat: Gloſſ. *verb. Abjuraſſe*, *in cap. Cum veniſſent*, *de Inſtitutionib.* Gam. *Deciſ.* 206. *num.* 18. Phœb. 2. *p. deciſ* 163. *num.* 10. Larrea *Allegat. Fiſcal. alleg.* 16. *num.* 35. & faciunt reſoluta per Gabr. Pereir. *Deciſ.* 91. *à num.* 31.

48 Nec tali privilegio renuntiare poterant tacitè, nec expreſſè ex eo, quia non eis principaliter fuit conceſſum, ſed ipſis Eccleſiis ex *ſupra dictis*, prout nec etiam Clerici tacitè, nec expreſſè privilegio Clericali, tam fori, quàm Canonis renuntiare poſſunt, quia principaliter conceſſum eſt in favorem Ordinis Eccleſiaſtici, ſeu Clericatus: ita DD. per *text. in cap. Si deligenti*, *de For. competent. cap. At ſi Clerici*, *de Judiciis.* Soar. *de Legib. lib.* 8. *cap.* 33. *num.* 2. *& cap.* 35. *num.* 5. ubi privilegio non renuntiatur, niſi per perſonam, quæ illi poſſit renuntiare.

49 Nec amittitur per non uſum illius, qui ei non poteſt renuntiare: ex Larrea *Alleg. Fiſcal. alleg.* 16. *n.* 35. *&* 37. Soares *de Legibus*, *lib.* 8. *cap.* 35. *num.* 5. ubi dicit, quòd impotens ad renuntiandum privilegio multò magis ad illud deſtruendum per ſuos actus contrarios, quia tales actus nec recipiunt efficatiam ex voluntate operantis, nec ab aliquo jure, quod imo prohibet tales actus.

Quartò, quia cum iſtud privilegium habeat tractum ſucceſſiuum in favorem Eccleſiarum vacantium, non amittitur per non uſum, nec per actus contrarios: ex Valenzuel. *Conſ.* 134. & DD. *ſupra num.* 35. 50

Tertia Objectio.

Hæc declaratur ex Illuſtriſſimo Domino Archiepiſcopo D. Roder. à Cunha 2. *p. Archiepiſcoporum Bracharenſ. cap.* 62. *num.* 8. ubi dicit, quod cum *D. Joannes Galvaõ*, eſſet electus per Regem *Alphonſum V.* in Archiepiſcopum Bracharenſem, ipſe ſine confirmatione, & Pallio adminiſtravit, ut per eundem *Roderic. ibidem*, *num.* 13. ex Regni antiqua conſuetudine, & ex privilegio dicti *Cap. Nihil*, quod ibi refert in margine, & ideo *Sixtum IV.* noluiſſe ei literas confirmationis expedire. 51

Reſpondetur enim primò, dictum Archiepiſcopum inter Archiepiſcopos Bracharenſes nominari, & ita appellari in Chronicis, ut per Roderic. de Pina *in Chronica Alphonſi V. cap.* 6. & Reſendium *in vita Regis D. Joannis II. cap.* 29. quæ allegari poſſunt ad deciſionem cauſarum, ex dictis *Reſolut.* 5. *num.* 18. 52

Quanvis enim dictus Archiepiſcopus adminiſtravit ante confirmationem, fundatus in dicta conſuetudine, & privilegio, fuit poſtea confirmatus per Sedem Apoſtolicam: ut per eundem D. Roderic. à Cunha *d. cap.* 62. *num.* 8. *in fin.* 53

Et ideo dictus Archiepiſcopus in ſuis ſubſcriptionibus ſe nominabat electum, & confirmatum, quod conſtat ex quodam inſtrumento facto anno 1483. quod ſervatur in Archivo illius Eccleſiæ Bracharenſis, 54

tom.

Digitized by Google

tom. 1. fol. 20. in quo dictus Archiepiſcopus Procuratorem conſtituit *Vaſcum Martins de Sonſa Chichorro*, ut ſuo nomine acceptaret homagium *Petri Pinto* in forma conſuetudinis Hiſpaniæ, *Caſtelli*, *& Aſyli de Ervededo*, ejuſdem Eccleſiæ, & in effectu illud fecit dictus *Petrus* in manibus ejuſdem *Vaſci Martins*, de quo etiam meminit dict. D. Roderic. *dict. cap. 62. num. 12.* & poſt talem confirmationem idem Archiepiſcopus continuavit in adminiſtratione: quare dictus *D. Rodericus* videtur ſibi contrarius *dict. cap. 62. num. 13.*

55 Si enim dictus Archiepiſcopus erat confirmatus, totus erat de jure communi, ut poſſet adminiſtrare (quanvis non extaret dictum privilegium, & conſuetudo) ex *text. in cap. Noſti*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Confirmata*, *& in cap. Tranſmiſſam 15. verſ. Reſpondemus*, *de Elect.* ibi.

> *Ex quo electionis tuæ confirmationem accipiſti, de talibus, & conſimilibus (præter ea, quæ maioris inquiſitionis diſcutionem exigunt, & miniſterium conſecrationis deſiderant) quod juſtum eſt, & Eccleſiæ convenit utilitati ſtatuendi, liberam habeas facultatem, &c.*

Sequuntur Barboſ. *de Poteſtate Epiſcopi, part. 1. tit. 1. cap 4. num. 7.* Archidiacon. *in cap. 1. de Pœnitent. & remiſſ. in 6.* Gom. *in Regul. de Trienal. q. 25. verſ. Tamen iſtis, in fin.* Rippa *in cap. Eam te, de Reſcript.* & ibi Felin. *num. 5.* Plures per Sanch. *in Decalog. lib. 4. cap. 38. num. 9.* ubi dicit Archiepiſcopum confirmatum ante Pallii receptionem poſſe exercere omnia, quæ juriſdictionis ſunt, & adminiſtrare; quia ei conceduntur omnia, quæ pertinent ad juriſdictionem; & *lib. 7. cap. 5. n. 65. & n. 66.* Plures per Garc. *de Benef. 5. p. cap. 4. à num. 244.* Barboſ. *in Votis, lib. 2. vot. 57. n. 1. in fin. & in Collect. ad cap. Cum in cunctis, n. 24. & in capite Noſti 9. n. 3. de Elect.* Flor. de Men. *Var. quæſt. 24. n. 11.* Barboſ. *in cap. Verum, num. 6. de Foro compctent.*

Reſpondetur ſecundò, quòd ſi li- 56
teræ dicto Archiepiſcopo non fuerunt expeditæ; hoc non fuit ex eo, quia ante confirmationem adminiſtraverat, attenta dicta conſuetudine, & privilegio; ſed ex eo quia non habebat pecunias, ad eas expediendas, ut refert ipſe D. Roderic. à Cunha *dict. cap. 62. num. 10. & 11.* nec conſtat dictum Archiepiſcopum electum ab adminiſtratione interim deſtitiſſe, imò continuaſſe, prout cæteri Archiepiſcopi electi ejus anteceſſores, *D. Martinus Giraldes*, & *D. Petrus Julianus*, qui floruerunt ab anno 1317. quorum tempore, & in alterius favorem *Oldradus* fecit illud Conſilium nonum, & eodem tempore fecit aliud *Conſ. 83.* in favorem Epiſcopi Portuenſis *D. Ferdinandi Ramires*, qui cum eſſet vocatus per Regem ſuper rebus ad ejuſdem Eccleſiæ juriſdictionem, ire noluit; cùmque conqueſtus eſſet Papæ *Joanni XXIII.* ſcripſit Regi epiſtolam, quam tranſcripſit D. Roderic. à Cunha *in Cathalog. Epiſcop. Portuenſ. 2. p. cap. 16.*

Quarta Objectio.

Hæc deſumitur ex *Themud. 3. p.* 57
deciſ. 319. ubi hanc propoſuit quæſtionem, & à noſtra reſolutione receſſit *à num. 11.* ex ſequentibus fundamentis.

Primò, quia erat quid novum, & 58
novitates diſcordiam parere: ex Menoch. *Lib. 5. Præſumpt. 34. per totam*, & dicit ſervandam inveteratam conſuetudinem, qua omnes uti debebant.

Secundò, quia per electionem 59
Regis non acquiſitum fuerat aliquod jus ſpirituale electis, & denique quod electi non adminiſtrant, niſi literis expeditis, juxta dictam *Extravag. Injunctæ, de Elect.* addens re-

reſoluta per Parejam *tom.* 1 *de inſtrum. edit. tract.* 2. *reſol.* 3. ad quam ſe refert. Sed in omnibus convincitur evidenter.

60 Quo ad primum: quia ſupponit falſum, hanc eſſe novam opinionem, quia eſt fundata in jure, & privilegio expreſſo in *dict. cap. Nihil*, & in conſuetudine antiqua, DD. calculo approbata, & practicata, in hoc Regno, & actualiter in Alemannia, & in Indiis Occidentalibus: ex *ſupra dictis à num.* 31.

61 Et ſi illa dicitur opinio communis, quæ pro ſe habet ſeptem DD. ut per Gratian. *Forenſ. cap.* 740. *n.* 15. Menoch. *Lib.* 2. *Præſumpt.* 71. *num.* 40. hæc noſtra non ſolum habet ſeptem, ſed quatuordecim famigeratos ultra plures alios ab eis relatos *ſupra num.* 9. & in ſuper habet octo Gloſſas relatas *ſupra num.* 6. quarum una per ſe erat ſufficiens, ut communi Doctorum opinioni præferretur, ex dictis *ſupra num.* 8.

62 Maximè, cum ex adverſo non allegetur *Lex*, vel *Gloſſa* aliqua expreſſa in contrarium circa Epiſcopos electos ultramontanos, immò *Gloſſæ* in dicto *cap. Avaritiæ*, *verbo*, *Diſponendi*, & Gloſſ. *ultim in fin. & in addictione*, & ibi Joannes Francus *in dict. Extravag. Injunctæ*, & cæteræ *Gloſſæ* relatæ *ſupra num.* 6. ſunt pro noſtra reſolutione, quæ uniformiter cum DD. relatis *ſupra num.* 9. intelligunt dictam prohibitionem procedere ſolum intra Italiam, & non ultra, & declarandam juxta diſpoſitionem *text. in dict. cap. Nihil*, *in fin.* cum ſit privilegium clauſum in corpore juris, quod uſque adhuc non oſtenditur expreſſé revocatum per aliquam Legem poſteriorem: ex dictis *ſupra n.* 24.

63 Quo ad ſecundum reſpondetur, verum eſſe quòd ex electione Regia nullum ſpirituale jus acquiritur electo, ut miniſtret, Gloſſa *verb. Regia*, *in cap. Cum inter univerſas* 18. *de Elect.* ſed iſtud jus adminiſtrandi tali electo competit, non ex vi electionis, ſed ex vi privilegii Pontificii conceſſi tali electo ultra Italiam, mediante illa electione, ut adminiſtret in ſpiritualibus, & temporalibus, prout exprimitur *in dict. cap. Nihil*, *in fin.* & prout in arbitris à partibus electis, quibus ſtatim jus confert juriſdictionem: DD. *per text. in cap. Suſpicionis cauſa de Offic. Delegat. cap. Ab arbitris*, *eod. tit. in* 6. *cap. Cum ſpeciali*, *de Appellat. cap. Legitima*, *eodem tit. in* 6. Oliv. *de For. Eccleſ. quæſt.* 8. *num.* 33. *p.* 1. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 13. *à num.* 25.

64 Hanc enim poteſtatem ſolus Summus Pontifex poteſt concedere ante confirmationem electionis: ex textu *in cap. Is cui.* 42. *de Elect. in* 6. ibi: *Cui ſoli hoc competit*; & eandem poteſtatem poteſt concedere etiam aliis, quàm electis: ex *Cap. Abbates*, *de Privileg. in* 6. Barboſ. *de Poteſtate Epiſcop. alleg.* 127. *num.* 1. & etiam poteſt concedere juriſdictionem ſpiritualem ſæcularibus, ut pluribus relatis tradit Solorſan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 75. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 92. ubi plures refert, *& num.* 9. *& quæſt.* 8. *n* 48. *& quæſt.* 9. *num.* 15. Barboſ. *tom.* 6. *in addictionib. ad Decretal. in cap. Diſcernimus*, *num.* 12. *de Judic. & in addictionibus ad cap. Præter hoc* 6. *diſt.* 32.

65 Et quanvis idem Solorſan. *dict. tom* 2. *lib.* 3 *cap.* 4 *à num* 42. dicat hunc electum non adminiſtrare nomine proprio, ſed vice Capituli Sede vacante, & cum juriſdictione ordinaria; contrarium eſt dicendum, quia nec jure proprio adminiſtrat, nec vice Capituli, quod nec tacitè, nec expreſſé in electum tranſtulit juriſdictionem, ut Capituli nomine, & ſua ordinaria juriſdictione adminiſtraret; ſed authoritate Apoſtolica ſibi conceſſâ in dict. *Cap. Nihil*, & ideo authoritate

ritate

Digitized by Google

ritate Apoſtolica mandata expediri debent per dictum electum: ex *text. in cap. Cum in jure peritus*, *de Offic. Delegat.* ibi: *Authoritate Apoſtolica, qua fungor*, *&c. Cap. Præterea*, & paſſim *eod. titul.*

66 Nec obſtant reſoluta per Parejam *dict. Reſolut.* 3. Loquitur enim, & DD. ab eo relati ſecundum diſpoſitionem textus *in dict. Cap. Avaritiæ*, *& dict. Extravag. Injunctæ*, *de Elect.* quæ jura, quanvis poſteriora, generaliter loquuntur, quin expreſſé derogent dicto privilegio dicti *Cap. Nihil*, & procedunt ſolum intra, & non ultra Italiam, prout declarant *Gloſſæ*, & DD. *ſupra relati num.* 6. *&* 9.

67 Et attento jure illa opinio ſequenda eſt, quæ diſtinguendo concordat opiniones contrarias (prout nos diſtinguimus in præſenti) ita pluribus relatis Surd. *Deciſ.* 58. *num.* 5. *& conſ.* 28. *n.* 117. *& conſ.* 275. *num.* 13. Berous *Volum.* 1. *conſ.* 100. *num.* 3. Menoch. *Lib.* 2. *Præſumpt.* 71. *n.* 47. Lara *de Capell. lib. cap.* 9. *num.* 48. Barboſ. *Lib.* 2. *vot.* 24. *n.* 29. Souſ. de Maced. *plures referens deciſ.* 9. *num.* 26.

68 Et quanvis Pareja *d. Reſol* 3. *n.* 25. referat plures DD. affirmantes deciſionem dictæ Extravag. *Injunctæ*, limitari in Eminentiſſimis Cardinalibus, qui electi in Epiſcopos, & Archiepiſcopos intra Italiam poſſunt ante poſſeſſionem, & literarum exhibitionem adminiſtrare, & beneficia conferre.

69 Nihilominus reſolvit *à num.* 27. & benè etiam ſub dicta diſpoſitione comprehendit, quia in eis non datur in jure ratio aliqua ſpecialitatis, niſi eo caſu, quo fuerint electi extra Italiam; tunc enim per ſe, & per Procuratores ſuos poterunt miniſtrare ex vi dicti privilegii, ex *ſupra dictis à num.* 4. Quare regulæ ſtandum eſt, & dicendum comprehendere etiam Cardinales electos intra Italiam: ut per Parej. *ubi ſupra num.* 30. Plures per Duram. *tom.* 1. *deciſ.* 67. *num.* 7. *& à num.* 15. comprehenduntur enim in diſpoſitionibus generalibus. Plures per Barboſ. *Lib.* 3. *vot.* 125. *num.* 6. *&* 7.

Nec denique obſtat textus *in* 70 *dict. cap. Nihil*, qui loquitur de electione Canonica, per quam nemo acquirit jus in re, & tamen non poteſt variari: ex *cap. Publicato*, *de Elect.* & ibi Gloſſ. *verbo*, *Variari.* Riccius 3. *part. deciſ.* 54. *num.* 3. & per præſentationem, & nominationem variari poteſt.

Convincitur enim ex eo, quia 71 per electionem acquiritur tantum jus ad rem, ſicut etiam per præſentationem, & nominationem, & non jus in re: DD. per textum *in Cap. ultim. de Translat. Epiſcop.* Flamin. *Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num* 12. plures quos refert, & ſequitur Garcia *de Benef.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 3 *&* 8. Gonzal. *ad Reg* 8. *Gloſſ.* 6. *num.* 118. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 197.

Et ſi poſt publicationem electio- 71 nis electio variari non poteſt: ex *text. in dict. cap. Publicato*, non ex eo eſt, quia electus habeat jus in re, ſed ex eo, quia jam res non eſt integra ad variandum; ut declarat ibi Gloſſa *verbo*, *Variare*: aliàs ſi electus per electionem obtineret jus in re, vacaret Beneficium per obitum illius, quod non eſt dicendum, quia vacat, ut prius ac ſi electio facta non fuiſſet: ut pluribus relatis Garc. *dict.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 6. *&* 5. *part. cap.* 1. *num.* 549. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. §. 2. *à num.* 1. Barboſ. *dict. alleg.* 57. *num.* 197.

Et ideo Concilium Tridentinum 72 *Seſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* agens de electione Epiſcoporum, admonet omnes, & ſingulos habentes, quacunque ratione, jus eos eligendi, præſentandi, & nominandi, ut eligant digniores, & Eccleſiæ gubernandæ

nandæ utiliores, quin aliquam faciat diſtinctionem inter electionem, præſentationem, ſeu nominationem, præſentatio enim, & nominatio habet vim electionis: Riccius *dict.* 3. *part. deciſ.* 54. *n.* 3. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 61. *n.* 32. *verſ. In jure.*

74 Immò electio, & præſentatio à pari procedunt, & præſentatio dicitur electio: ex *Cap. Tum autem, de Jur. Patronat.* Puteus *lib.* 3. *deciſ.* 181. *num.* 3. Rot. *Deciſ.* 1. *n.* 2. *de Inſtitutionibus, in antiq. & deciſ.* 27. *de Præbend. in novis*, quos refert, & ſequitur Gonz. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 19. *n.* 2.

75 Ex quibus propter neceſſitates Eccleſiarum utebatur dicto privilegio in hoc Regno, in quo electi ante confirmationem miniſtrabant, non ſolum ante diſpoſitionem *Cap. Avaritiæ, de Elect. in* 6. prout adminiſtrarunt Archiepiſcopi Bracharenſes *Hiſpaniarum Primates*, prout adminiſtravit *S. Giraldus*, tempore Comitis *D. Henrici*; Beatus *Dom. Godinhus* tempore primi Regis Portugalliæ *D. Alphonſi Henrici. Dom. Petrus*, tempore Regis *D. Sancii I. D. Martinus Giraldes*, tempore Regis *Alphonſi III. D. Joannes Martins*, tempore Regis *Dionyſii*, & *D. Stephanus* eodem tempore. *D. Martinus de Oliveira*, & *D. Gondiſalvus Pereira*, tempore Regis *Alphonſi IV. D. Vaſcus*, tempore Regis *Ferdinandi*, & cæteri Epiſcopi Portugalliæ.

76 Sed etiam poſt diſpoſitionem *dict. Cap. Avaritiæ*, poſt fuerunt *D. Martinus Alphonſus Peres*; *D. Ferdinandus da Guerra*, in Archiepiſcopatu Bracharenſi tempore Regis *D. Joannis I. D. Joannes Galvaõ*, tempore Regis *Joannis II.* Infans *D. Eduardus*, tempore Regis *D. Joannis III.* ejus patris; & in eodem tempore *D. Frater Balthaſar Limpo*, & *D. Emmanuel de Souſa*, & *D. Antonius de Menezes*, tempore Regis *Philippi II.* quando hoc Regnum occupavit anno 1581. & idem obſervabatur in aliis Eccleſiis, prout refertur in Epiſtola *Triplicis ſtatus Regni* ſcriptâ ad Summum Pontificem *Innocentium X.* ſub titulo: *Balatus Ovium Eccleſiarum Portugalliæ, pag.* 233. & 234.

Quando enim aliquid conceditur 77
pro aliqua determinata cauſa (prout eſt adminiſtratio electorum propter neceſſitates Eccleſiarum vacantium) ſemper durat, quatenus durat illud, ob cujus finem, & gratiam introducitur: ex *L. Semper* §. *Negotiator, ff. de Jure immunit. L.* 2. §. *Omnes, ff. de Judic.* Plures per Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 25. & 26.

Si ergo illud privilegium conceſ- 78
ſum fuit in *dict. Cap. Nihil*, nè Cathedrales vacarent ultra trimeſtre, intra quod Epiſcopi electio fieri debet, *Cap. Nè pro defectu* 41. *de Elect.* & electus intra ſemeſtre tenetur petere confirmationem, ſub pœna amiſſionis juris ſibi quæſiti per electionem, *Cap. Quam ſit Eccleſiis* 6. *verſic. Cæterum, cap. Cupientes* 16. *de Elect. in* 6. à fortiori eo utendum eſt, quando non per trimeſtre, ſed per viginti annos, & ultra vacant, quin electi à Sede Apoſtolica confirmationem maxima inſtantia per decem & octo annorum ſpatium poſtulatam, poſſent obtinere.

Privilegium enim conceſſum in 79
utilitates Eccleſiarum intuitu pietatis, & in favorem animarum, eſt irrevocabile, & perpetuum: ex dictis *ſupr. d. n.* 22. Plures, quos refert, & ſequitur Gratian. *Forenſ. tom.* 5. *cap.* 803. *num.* 1.

Nec denique obſtat Concilium 80
Tridentinum *Seſ.* 24. *cap.* 6. *de Reform.* ubi mortuo Epiſcopo adminiſtratio pertinet ad Capitulum Sede vacante. Reſpondetur enim illam diſpoſitionem non offendere noſtram reſolutionem fundatam in dicto privilegio inſerto in corpore juris, quod nunquam cenſetur revocatum per legem, & diſpoſitionem generalem ſequentem, ut pluribus relatis

latis

latis reſolvit *Garc. de Benef. 3. part. cap. 2. num. 72.* quin de eo fiat ſpecialis mentio, & derrogatio (quam non facit dictum Concilium) ut pluribus relatis Surd. *Conſil. 325. num.* 8. & DD. *ſupra num. 17. & n.* 20.

81 Tunc enim adminiſtrabit Capitulum quatenus Epiſcopus non eligitur, eo verò electo ipſe adminiſtrabit, juxta dictum privilegium, & ſic jura juribus concordantur: ex *Cap. Cum expediat, de Elect. in* 6. & evitatur legum correctio, quod evitandum eſt, ut pluribus relatis Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancel. §. 3. proœmiali num.* 135. Sic cenſeo, ſic judico, ſalva ſemper Sanctæ Sedis Apoſtolicæ authoritate, cujus correctioni in omnibus me ſubmitto.

RESOLUTIO LI.

An Summus Pontifex poſſit providere Epiſcopatus hujus Regni de *Motu proprio*, quin præcedat Regis nominatio, & præſentatio?

SUMMARIUM.

1 *Sedes Apoſtolica nunquam de* Motu proprio *creavit Epiſcopos, quin Regum præcederet nominatio, & approbatio.*

2 *Mos eſt Sedis Apoſtolicæ Regem recipere, & recognoſcere, qui per biennium in Regni poſſeſſione reperitur: Exempla ibid.*

3 *Jus Patronatus Regium pertinet Regna poſſidentibus, attento Concilio Tridentino.*

Ibi. *Attenditur poſſeſſio, & non quis habeat proprietatem.*

Ibi. *Hoc modo conſulitur regimini ſpirituali ſine alicujus præjudicio.*

Ibi. *Quod uni non nocet, & alteri prodeſt, facillimè conceditur.*

4 *Jus Epiſcopos eligendi eſt annexum Regiæ Coronæ, & tranſit cum univerſitate bonorum.*

5 *Regibus Portugalliæ debetur honor, & reſpectus, quo utitur Sedes Apoſtolica, cum omnibus Regibus Regnorum poſſeſſoribus.*

Ibi. *Sedes Apoſtolica eſt juſtitiæ cultrix, & mater æquitatis.*

Ibi. *Semper inter filios æquitatem ſervare debet.*

6 *Injuria non naſcitur, unde jura naſcuntur.*

7 *Præſentatio hæc competit Regibus Portugalliæ, quia Cathedrales dotaverunt, & fundaverunt.*

8 *Præſentatio Epiſcoporum eſt una ex principalioribus Regaliis, quæ Regibus competit, quæ in ſua Coronatione jurarunt obſervare.*

9 *Reges non debent conſentire in aliquo, quod redundet in detrimentum Regiæ dignitatis.*

10 *Sedes Apoſtolica tenetur dare Epiſcopos juxta diſpoſitionem juris, & Concilii Tridentini ſine Regum præjudicio.*

11 *Aliàs proviſio rejicitur, & ſupplicatur.*

12 *Rex de juſtitia poſtulat confirmationem electorum.*

13 *Per clauſulam* de Motu proprio *auferuntur nominationes à Rege factæ, & privatur Rex ſua poſſeſſione.*

14 *Poſſeſſio in juribus incorporalibus non acquiritur, ſine ſcientia, & pacientia adverſarii.*

15 *Clauſula* de Motu proprio *ſemper intelligitur ſine præjudicio tertii.*

16 *Per talem clauſulam non amittitur jus in re, vel quæſitum ad rem.*

Ibi. *Nec aufert exceptiones competentes.*

17 *Regum jura ſemper Sedes Apoſtolica ſervat illæſa.*

18 *Rex Portugalliæ eſt certus de ſuo jure, & de ſua legitima Regni poſſeſſione.*

19 *Rex non committit inobedientiam, recuſando Epiſcopos cum illa clauſula* de Motu proprio.

Ibi. *Utens jure ſuo, nemini facit injuriam.*

20 *Epiſ-*

20 *Epiſcopi ſunt de Concilio Regum.*

Ibi. *Regibus invitis nec eligi, nec creari poſſunt, nè detur occaſio ſeditionis.*

21 *Ita conſtitutum eſt de jure Canonico.*

22 *Si Epiſcopus provideatur, quin procedat Regis præſentatio, & approbatio, poteſt ſe opponere electioni.*

Ibi. *Poteſt eos à Regno expellere.*

23 *Si Epiſcopi admittantur de* Motu proprio, *non eſt dicendum procedere ex devotione Sedis Apoſtolicæ, ſed ex ignavia, & puſilanimitate*

Ibi. *Regibus non convenit, nè pluſquam expedit ſint ſubjecti.*

24 *Reges Portugalliæ ſemper Epiſcopos elegerunt, non obſtante reſervatione Regulæ 2 Cancellariæ.*

25 *Jus nominandi Epiſcopos fuit conceſſum Regibus non ſolum attento jure communi, ſed etiam ex cauſa oneroſa, quare non poteſt revocari.*

26 *Epiſcopi providendi de* Motu proprio, *ſi ſint exteri non poſſunt Beneficia, nec Dignitates in hoc Regno obtinere.*

27 *Epiſcopi creari nequeunt ſine Regis præſentatione, ex inveterata Regni conſuetudine.*

28 *Concilium Tridentinum nihil innovavit circa præſentationes Epiſcoporum.*

29 *Idem Concilium multum commendat electionem Epiſcoporum, & digniores eligere jubet ſub pœna peccati mortalis.*

30 *Reges habent maiorem notitiam perſonarum ſui Regni, quàm habet Sedes Apoſtolica.*

31 *Non vult Rex Caſtellæ quòd provideantur Epiſcopi in hoc Regno niſi de* Motu proprio.

Ibi. *Non debet Rex Catholicus Apoſtolicis Sanctionibus dominari.*

32 *Reges Caſtellæ noluerunt Pontificem ſibi reſervare proviſiones Epiſcoporum ſui Regni.*

33 *In Caſtellæ Regnis nunquam admiſſa fuit proviſio aliqua Apoſtolica in præjudicium Patronatus Regii, & ſemper fuerunt reprobatæ.*

Ibid. *Plures Leges conſtituerunt in conſervationem ſuorum Patronatuum.*

34 *Quod quiſque juris quis in alium ſtatuit, ipſe eodem uti debet.*

Ibi. *Velle non debet quis aliter in aliis judicari, quàm in ſe ipſo judicari vult.*

35 *Rex Caſtellæ non vult jura ſui Patronatus violari.*

36 *Ponderantur rationes pro Rege Portugalliæ.*

37 *Ponderantur pro Rege Caſtellæ.*

38 *Papa de jure Divino tenetur Fidelibus ſuccurrere, & ſcandala removere.*

39 *Ita Conſtitutio Innocentio IV.*

40 *Ita Clemens V.*

41 *Miniſtri Apoſtolici plus debent timere Deum, quam poteſtates ſæculares.*

42 *Propter has rationes noluit Rex proviſiones* de Motu proprio *acceptare.*

44 *Epiſtola Regis Emmanuelis in materia.*

HÆc quæſtio contigit de facto in hoc Regno poſt acclamationem Sereniſſimi Regis Portugalliæ *Joannis IV.* qui tanquam Patronus Cathedralium ex dictis *Reſolut.* 49. nominavit Epiſcopos per Sedem Apoſtolicam confirmandos; cumque propter Regem Caſtellæ eos admittere noluiſſet Summus Pontifex, niſi de *Motu proprio*, non defuerunt aliqui, qui in obſequium electorum affirmarunt, nullum eſſe inconveniens ſi tali clauſulâ acceptarentur; ego verò in favorem Regiæ dignitatis, & authoritatis nullo modo admittendos, ſequentes obtuli rationes.

I. Quia nunquam Sedes Apoſtolica creavit Epiſcopos, & Paſtores de *Motu proprio*, quin Regum præcederet 1

cederet

cederet nominatio, & approbatio, & hæc fuit conſuetudo per Sedem Apoſtolicam inviolabiliter obſervata, de qua teſtatur Summus Pontifex *Stephanus*, in *Cap. Lectis* 18. *diſt.* 63. quinoluit confirmare electum ad Reatinam Eccleſiam, quin prius haberet conſenſum, & Epiſtolam approbatoriam Imperatoris, & præſtat rationem, ibi: *Eo quod Imperialem nobis (ut mos eſt) abſolutionis minimè detulit Epiſtolam. Pro qua ſcilicet re ambiguum eſt nobis: ideo voluntati veſtræ in hoc parere diſtulimus, nè Auguſtalis animus districtiſſime hoc, quocunque modo perciperet.* Et ibi: *Quoniam aliter nos agere non debuimus, & veſtra ſolertia Imperiali (ut priſca conſuetudo dictat) percepta licentia, & nobis (quemadmodum vos ſcire credimus) Imperatoria directa Epiſtola, tunc voluntati veſtræ de hoc parebimus, eumdemque electum, Domino adjuvante, conſecrabimus.* Cap. *Principali*, *Cap. Reatina*, *Cap. Nobis*, *eadem diſtinctione*, *Cap. Cum terra* 14. *in fin. Cap. Cum inter univerſas* 18. *in fin. Cap. Quod ſicut* 28. *de Elect.* ibi: *Solemnis electio debet Principi præſentari, ut electioni præſtet aſſenſum.* D. Rodericus à Cunha *in Collect. ad dict. cap. Lectis, num.* 1. *& ad cap. Nulla, num.* 3. *diſt.* 62. Plures per Covar. *in Regul. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *n.* 5. *verſic. Cæterum, & verſic. Olim*, ubi præſtat rationem, quia Regis intereſt noſſe illos, qui ſunt, qui Eccleſias intra ejus Provinciam ſunt adminiſtraturi; de quo vide Epiſtolam Regis *Emmanuelis infra num.* 44.

2 II. Quia mos eſt Sedis Apoſtolicæ, Regem recipere, & recognoſcere, qui per biennium in Regni poſſeſſione reperitur, ut contigit Glorioſiſſimo Regi *Alphonſo Henrico I.* Portugalliæ, quem in Regem acclamatum in Campo de Ourique anno 1139. in conſpectu Maurorum, *Innocentius II.* recepit, & cognovit anno 1142. non obſtante contradictione Regis Legionenſis, ut per Fr. Bernardum de Britto, *in Chronic. de Ciſter*, *lib.* 3. *cap.* 2. *& cap.* 5. Eodem modo *Bonifacius IX.* acceptavit, & recognovit Regem *Joannem I.* non obſtante contradictione Regis Caſtellæ. *Pius II.* acceptavit *Ferdinandum* contendentem cum *Renato* ſuper Regno Siciliæ, quia *Ferdinandus* erat Regni actualis poſſeſſor.

Joannes XXII. acceptavit *Robertum*, qui erat in poſſeſſione Regni Scotiæ.

Innocentius VIII. recepit etiam *Richardum III.* Regem Angliæ, quia erat in Regni poſſeſſione.

Idem *Innocentius* recepit etiam *Henricum VII.* Angliæ, quanvis per violentiam illam Coronam occupavit, quia erat Regni poſſeſſor.

Gregorius VIII. acceptavit *Stephanum Batorem* Regem Poloniæ, contradicente *Henrico III.* Galliarum Rege. Plura alia exempla reperiuntur, in quibus Sedes Apoſtolica admiſit occupatores Regni, quanvis injuſti, ex eo ſolum, quia reperiabantur poſſeſſores.

Cum ergo Rex *Joannes IV.* omnibus titulis ſit hujus Regni legitimus 3 ſucceſſor, per *acclamationem*, per *electionem*, & per *legitimam ſucceſſionem*, prout conſtat ex libro *de Juſta Regni acclamatione*, compoſito per *Doctorem Franciſcum Valaſcum de Gouvea*, ad quem me remitto, & ſit pacificus poſſeſſor ultra quindecim annorum ſpatium; non poteſt Sedes Apoſtolica eum, & ejus præſentationes repellere, contra ſtylum à Sede Apoſtolica obſervatum, diſpoſitionem Concili Tridentini *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* ubi nihil innovatur circa præſentationes pertinentes ad Regnorum poſſeſſores, imò eas approbat, & permittit reputans eſſe ſufficiens ad hunc effectum merum factum poſſeſſionis ſine ullo reſpectu ad proprietatem: ex *text. in cap. Cum olim, cap. Cum*

Eccleſia Sutrina, *de Cauſa poſſeſſ.* Plures per Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 45. §. 2. *à n.* 4. Sic enim conſulitur ſpirituali regimini Eccleſiarum *à Chriſto Domino* in fidelium favorem inſtituto, ſine aliquo præjudicio Regis Caſtellæ in ſpiritualibus, & temporalibus; & ideo Epiſcoporum confirmatio ad præſentationem Regis *Joannis*, Regni poſſeſſoris per tot annorum ſpatium, & per talem recogniti à Regibus Europæ, non erat deneganda, quia quod uni non nocet, & alteri prodeſt, facillime conceditur: ex L. *Creditorem*, *ff. de Evictionib. L.* 2. *Item Varus*, *ff. Aqua pluvia.* Surd. *Conſil.* 18. *num.* 6. *& Conſil.* 41. *num.* 5. *& Conſil.* 208. *num.* 10. *& Conſil.* 536. *num.* 7. *& Lib.* 2. *deciſ.* 335. *n.* 10. Menoch. *Remed.* 6. *retinend. num.* 115.

4 Jus enim Epiſcopos eligendi in hoc Regno eſt annexum Regio diademati, ex dictis *Reſolut.* 49. & tranſit ad Regni poſſeſſores cum univerſitate bonorum: DD. *per text. in cap. Ex literis*, *de Jure Patron.* Ergo exiſtente Rege *Joanne* in Regni poſſeſſione, non debet Summus Pontifex præſentationes ad Coronam pertinentes repellere, hoc enim jus ei conceſſum fuit ex cauſa onerosa: ex dictis *Reſolut.* 3. *num.* 27.

5 III. Quia Regibus Portugalliæ omnis debetur honor, & reſpectus, quo utitur Sedes Apoſtolica cum omnibus Regibus, Regnorum poſſeſſoribus; illius enim poſſeſſio eſt notoria, fundata in omni jure, juſtitia, & æquitate, ut conſtat ex dicto libro *de Juſta Regni acclamatione*; eſt enim Sedes Apoſtolica Juſtitiæ cultrix, & altrix, & mater æquitatis: ex *Cap.* 1. §. *Sed diverſum*, *de alienat. feud.* Surd. *Conſil.* 222. *n.* 22. & debet ſervare æqualitatem inter filios: ex Surd. *Conſil.* 21. *num.* 11. *& Conſil.* 29. *n.* 1. *& Conſil.* 32. *n.* 16. *& Conſil.* 110. *num.* 14. *&* 15.

6 Planè Sedes Apoſtolica anteceſſores Regis *Joannis* recepit, & eorum detulit præſentationibus, prout detulit Regibus aliorum Regnorum, & illorum poſſeſſoribus. Ergo ſi eum non recipit, nec ejus præſentationibus defert, non ſervat æqualitatem matris inter filios, & ei facit injuriam, quæ naſci non debet, unde jura naſcuntur: ex L. *In fundo*, *ff. de Reivendic. L. Meminerint*, *Cod. Unde vi.* Gloſſ. *verb. Nec eſſe debuit*, *in cap. Licet in corrigendis* 12. *de Offic. Ordinar.* Gloſſ. *verbo*, *Confirmatione*, *in cap. Ex parte* 12. *de Conſtit.*

IV. Quia hæc præſentatio competit de jure Regibus Portugalliæ 7 ex eo, quia Cathedrales ædificaverunt, & fundaverunt: ex dictis *Reſolut.* 3. *à num.* 5. *& Reſol.* 49. *num.* 7. Quare Pontifex non poteſt juſtè hoc jus immutare, alterare, nec derogare, ex dictis *Reſolut.* 14. *à n.* 2. quin procedat competens ſatisfactio, ex dictis *Reſol.* 14. *num.* 16. nec revocare juris diſpoſitiones in Regum favorem, titulo oneroſo introductas: ex dictis *Reſol.* 3. *num.* 23. *& Reſolut.* 14. *n.* 3. *Cap. Intentiones* 25. *quæſt.* 2. ibi: *Inſtitutionis noſtræ decreta*, *quæ ſunt privilegiis*, *& ordinatione diſpoſita perpetua ſtabilitate*, *& ſine aliqua conſtituimus refragatione ſervari. Cap. Eccleſiaſticæ*, *Cap. de Eccleſiaſticis*, *& paſſim* 25. *quæſt.* 2.

V. Quia hæc eſt una ex principalioribus Regaliis, quæ Regibus 8 Portugalliæ competunt, & quæ in ſua Coronatione jurarunt obſervare, nec ea poſſunt demittere, nec conſentire ſimilibus proviſionibus cum dedecore dignitatis Regiæ, & pœna perjurii, & eſſe reprehenſione digni, prout in ſimili reprehendit *Honorius III.* Regi Ungariæ *in Cap. Intellecto* 23. *de Jur. jurand.* præſtans rationem, ibi: *Quia cum teneatur*, *& in ſua Coronatione juraverit*, *jura Regni ſui*, *& honorem Coronæ illibata ſervare.*

Reges enim debent eſſe vigilantes, nè honor, & dignitas Principatus in aliquo minuatur, nec redundet 9

det in detrimentum dignitatis Regiæ, ut conſuluit Baldus *Lib.* 1. *conſ.* 771. quem ſecuti ſunt Succin. Junior. *Lib.* 3. *conſil.* 60. *num.* 53. Cravet. *Conſil.* 999. quos refert, & ſequitur Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *centur.* 6. *caſ.* 559. *n.* 9.

10 VI. Quia Sedes Apoſtolica, tenetur dare Epiſcopos fidelibus (quin Regibus reſultet præjudicium) in forma juris, & Concilii Tridentini *Seſſ.* 24 *cap.* 1. *de Reformat. Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* ibi: *Exceptis Patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſupremos Principes, jura Imperii in dominiis ſuis habentes pertinent.* Gonzal. & Gutier. quos refert, & ſequitur Phœb. 2. *part. deciſ.* 214. *num.* 27. & 28.

11 Planè jus diſponit dandos eſſe ad nominationem, & præſentationem Regis, prout uſque adhuc obſervatum eſt: ex dictis *Reſolut.* 49. Ergo non ſunt admittendi de *Motu proprio*, in præjudicium Regis, & Regiæ Coronæ, & talis proviſio rejicienda, & ſupplicanda: ex Cevalh. *Commum. quæſt.* 897. *à num.* 381. Pareja *de Inſtrum. edictìon, tom.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 3. *à num.* 15.

12 VII. Quia Rex de juſtitia poſtulat confirmationem, tanquam Patronus Cathedralium, ſine cujus præſentatione proviſio nulla eſt: ex *text. in cap. Diſcernimus* 16. *quæſt.* 7. ut pluribus relatis diximus *Reſolut.* 14. *num.* 1. Ergo de juſtitia tenetur Summus Pontifex deferre ſine aliqua conditione, vel alteratione, prout cæteri Pontifices anteceſſores Regibus prædeceſſoribus detulerunt; & qui formam alterat, potius denegat, quam confirmat, nec Summus Pontifex ſuæ ſatisfacit obligationi, eos concedendo in forma non admiſſibili, prout eſt, cum dicta clauſula inſolita de *Motu proprio.*

13 VIII. Si enim Summus Pontifex in hoc modo proviſionis inſiſtit, derogato jure, conſuetudine, & poſſeſſione inveterata, maiori facilitate inſiſtet in futurum, acquiſito hoc unico actu proviſionis cum ſcientia, & patientia Regis, ſine qua acquiri non poteſt in juribus incorporalibus: ex *L. Quoties*, 1. §. *ult. L. Quoties*, 2. *ff. de Servit. L. Si à te*, *ff. Si ſervitus vendit.* Covar. *in Reg. poſſeſſ.* 2. *part. in princip. num.* 8.

IX. Quia illa proviſio de *Motu* 14
proprio nullius eſſet effectus, ſemper enim intelligitur ſine præjudicio tertii: Gutier. *Conſil.* 11. *num.* 18. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 11. & *Conſil.* 1. *n.* 429. & *Conſil.* 36. *n.* 65. & *Conſil.* 103. *à n.* 80. Monet. *de Commutation. ultim. volunt. cap.* 6. *num.* 160. Plures per Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 79. *num.* 19. & 42.

Nec per talem clauſulam amitti- 15
tur jus in re, vel quæſitum ad rem, ut per Barboſ. *ubi proxim. num.* 48. nec aufert exceptiones competentes, quas habent Reges, nè admittantur Epiſcopi ſine eorum præſentatione, ut per eundem Barboſ. *ubi proxim. num.* 49.

Ergo multo minus operabitur in 16
præjudicium Regum, quorum jura Sedes Apoſtolica ſemper ſervat illæſa: ex Concilio Tridentino *dict. Seſſ.* 24. *Cap.* 1. *de Reformat.* & *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* quod etiam procedit de jure communi, in *Cap.* 1. *de Offic. Delegat. in* 6. ibi. Regibus & Regnis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativa gratiæ ipſos convenit anteferri: Parej. *de Inſtrument. edict. tom.* 1. *tract.* 2 *reſolut.* 3. *num.* 16. plures relati ſupra *Reſol.* 14. *num.* 18. & 19.

X. Quia Rex Portugalliæ certus 17
eſt de ſuo jure, & poſſeſſione præſentandi, & ſibi de jure Regum competere, & in eadem certitudine reperiuntur vaſſalli; aliàs eum in Regem non acclamarent: quare cum præſentatio Epiſcoporum ſit præeminentia Regalis dignitatis, non po-

poteſt Rex in illius præjudicium hoc jus demittere, ex dictis *ſupra num.* 9.

18 Nec aliquam committit inobedientiam in recuſatione illius clauſulæ ſuo juri, & Coronæ præjudicialis, quam illæſam ſervare tenetur, utitur enim ſuo jure, in quo nemini facit offenſam, nec injuriam: ex *Cap. Cum Eccleſia Vulterrana, de Elect.* Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 29. Surd. *Conſil.* 323. *num.* 42. *& conſil.* 473. *num.* 25.

19 XI. Quia Epiſcopi ſunt de Concilio Regum: plures per Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 7. *& ibi Gloſſ. verbo, Obiſpos, & cap.* 17. *n.* 15. *& cap.* 18. *n.* 61. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 272. Quare Regibus invitis, nec elegi, nec creari poſſunt de *Motu proprio*, nè aliàs ſuſpecti Regibus admittantur, & detur occaſio ſeditionis: Salſed. *de leg. Politic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 10.

20 Ita conſtitutum eſt de jure Canonico, *in Cap. Adrianus* 2. *ad fin. diſt.* 63. ibi: *Definivit, ut niſi à Rege laudetur, & inveſtiatur Epiſcopus, à nemine conſecretur. Cap. Nulla*, & ibi Gloſſ. *verb. Nec à plebibus, diſt.* 62. ibi: *Laicus poteſt excipere contra electum, & dicere, quod ei invito, non eſt dandus Epiſcopus. Cap. ult. diſt.* 63. ibi: *Ita tamen, ut nullas detur invitis.* Plures per Roderic. à Cunha *in Collect. ad cap. Nulla, num.* 3. *diſt.* 62. *& in cap. Cum longe, num.* 3. *in fin. diſt.* 63. Palat. *in Introduc. Rubr. de donat. inter, num.* 29. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 240. *&* 241. Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 37. *num.* 5.

21 XII. Si Papa Epiſcopatus provideret de *Motu proprio*, quin præcederet Regis conſenſus, & approbatio, ſe poteſt Rex opponere tali electioni, ut pluribus relatis tradit Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 66. *num.* 1. *in fin. princip. & num.* 4. & eos poteſt à Regno expellere: ex Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 37. *num.* 5. Solorſan. *de Jur. Indiar.* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 34. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 20. *&* 22.

XIII. Quia ſi admitterentur de *Motu proprio*, dici poterat hanc actionem non procedere ex devotione, & obedientia Sedis Apoſtolicæ, ſed ex ignavia, & puſilanimitate, & Regem de jure ſuo diffidiſſe, & ideo ſe Regales præeminentias deturbaſſe, & diſponere de re aliena, non tanquam Rex, ſed tanquam mercenarius, & minus reputaretur à Regibus Europæ, qui eum etiam Regem recognoſcunt, & venerantur, & vileſceret Regalis authoritas, nec convenit, ut Reges, pluſquam expedit, ſint ſubjecti: ex *Cap. Admonendi* 2. *quæſt.* 7. 22

de tença, que eſtà devendo; e pelo que cuſtàraõ as duas moradas de caſas de Miranda, e fazenda de Lampaſſes, que ſe liquidaràõ na execuçaõ da Sentença, os quaes bens o dito Dom Jeronymo de Menezes diſpendeo em doar, nas compras, e empreſtimos, que fez; e como naõ foraõ gaſtados na ſuſtentaçaõ da ſua caſa, e eſtado Epiſcopal, nem em algumas obras pias, foy viſto diſpendellos nos ſeus bens proprios; e os mais, que delles lhe ficàraõ guardallos, e poupallos para por ſua morte diſpôr delles livremente, como fez; o que ſe collige, do modo porque os diſtribuio em ſeu Teſtamento, e declaraçoens, que nelle fez, e aſſim ſe preſumir conforme a direito; e o mais que falta para cumprimento dos ditos dez contos e cento e vinte mil reis, e o que ſe achar, que o dito Dom Jeronymo de Menezes venceo de pençoens, e tenças do tempo do ſeu Teſtamento atè o de ſeu falecimento, que outro ſy ſe liquidaràõ na execuçaõ da dita Sentença, haverà pelos bens, que por morte do dito D. Jeronymo ficàraõ; e condemnaõ ao R nas cuſtas dos Autos. Porto, 4. de Abril de 1606. Abreu. Sanches. Godinho.

28 Conqueſtus fuit Epiſcopus Portuenſis Regi Caſtellæ, eo tempore Regnum occupanti, Judices ſæculares nulliter, & de facto in cauſa proceſſiſſe; quia cum vertebatur inter duas perſonas Eccleſiaſticas, & ſuper bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, ad Judicium Eccleſiaſticum pertinebat; hanc petitionem Tribunali Palatii remiſit videndam, & conſultandam, ubi facta fuit conſultatio tenoris ſequentis.

Conſultatio Tribunalis Palatii.

29 *Mandou Voſſa Mageſtade por Carta de 30. de Setembro de 1605. que ſe viſſe na Meſa do Dezembargo do Paço a Petiçaõ, que com ella vinha do Biſpo do Porto D. Fr. Gonçalo de Moraes, em que pede, mande Voſſa Mageſtade determinar ſe a demanda, que tras com o Biſpo de Miranda ſobre a fazenda, que ficou de Dom Jeronymo de Menezes, ſeu anteceſſor, pertence ao Juizo Eccleſiaſtico, por ſer entre dous Biſpos, e ſobre bens, que pertencem às Igrejas de ſeus Biſpados; e porque deſta petiçaõ ſe deu viſta ao Biſpo de Miranda, e antes que reſpondeſſe foy dada Sentença em ſeu favor na Relaçaõ do Porto, pareceo aos Dezembargadores do Paço, que ſerviaõ neſſe tempo, que naõ deviaõ de examinar eſte ponto de competencias de Juizes ſem primeiro aviſarem a V. Mageſtade dos termos da demanda, para que declaraſſe, ſe era ſervido, déſſem ſeu parecer nella, ſem embargo de eſtar a cauſa principal julgada, e ſentenceada na dita Relaçaõ pelos Dezembargadores, a quem Voſſa Mageſtade a tinha commetido por ſua Proviſaõ, que diz eſtas palavras.*

Hey por bem, e me praz, que o Licenciado Belchior Martins de Carvalho, do meu Dezembargo na Relaçaõ do Porto, ſeja Juiz do Inventario da Fazenda, e Bens, que ficàraõ do Biſpo Dom Jeronymo de Menezes, e conheça de todas as cauſas tocantes a elles, e as deſpacharà em Relaçaõ, ſem appellaçaõ, nem aggravo, com os adjuntos, que o Governador da Caſa lhe nomear.

A eſta Conſulta reſpondeo V. Mageſtade por Carta de 13. de Março deſte anno de mil ſeiſcentos e ſeis, que havia por ſeu Serviço, que ſem embargo de o caſo eſtar jà ſentenceado, diſſeſſe o Dezembargo do Paço ſeu parecer, como lhe tinha mandado. Em cumprimento delle ſe mandou dar viſta às partes, e apontàraõ de ſeu direito, e ajuntàraõ todos os papeis, que lhes pareceraõ neceſſarios com o feito principal.

Viſto tudo, e bem examinado, pareceo a todos os Dezembargadores, que ſe achàraõ preſentes, que o conhecimento

to deſta Cauſa pertence ao Juizo Eccleſiaſtico , e que a Ordenaçaõ lib. 2. tit. 1. in principio , a naõ comprehende , antes exclue expreſſamente naquellas palavras , ibi : Por razaõ de ſuas peſſoas, & bens patrimoniaes, que por alguma maneira tenhaõ, e lhes pertençaõ , naõ ſendo das Igrejas, nem pertençaõ a ellas.

A queſtaõ he ſobre bens , que o Biſpo Dom Jeronymo adquirio com os reditos do Biſpado de Miranda, os quaes immediatamente pertencem à Igreja Cathedral do dito Biſpado, aonde os adquirio , como he notorio em Direito Canonico: e por meyo da dita Igreja ſe adquiriraõ ao Prelado, que ſuccedeo.

Porque neſte Reino ſe pratica o Direito commum , que os Eſpolios dos bens dos Prelados defuntos pertencem aos ſeus Succeſſores , dado , que em Heſpanha pertençaõ á Sé Apoſtolica ; de ſorte, que o ſucceder , e ter direito o Biſpo ſucceſſor nos Eſpolios , he por meyo da Igreja , em cujo Senhorio os acha: por onde fica claro, que a divida he ſobre o direito das Igrejas , de que foy Prelado Dom Jeronymo de Menezes, a qual dellas pertencem os bens , e qual foy herdeiro nelles.

E por conſeguinte parece , que ſe verificaõ neſte caſo as palavras da Ordenaçaõ acima referidas : Que naõ ſaõ das Igrejas, nem pertençaõ a ellas; *porque neſta materia , como em todas as ſemelhantes, ſe ha de conſiderar a primeira , e immediata cauſa da ſucceſſaõ, e della devem os bens ſortir ſua natureza, que naõ perdem , em quanto eſtaõ no dominio da Igreja , ou das peſſoas Eccleſiaſticas.*

E poſto que nos Clerigos podera eſte caſo ter mais duvida , porque por coſtume geral , recebido em todos os Reinos da Chriſtandade , contra muitas Conſtituiçoens, Concilios , e Direito Canonico , podem livremente diſpôr em vida , e por morte dos bens , que adquirirem com os reditos das ſuas Igrejas , e Beneficios , e ſenaõ diſpoſerem delles , naõ ſuccede a Igreja , ſenaõ os parentes ab inteſtado.

Com tudo nos Biſpos ceſſa eſta razaõ, ou privilegio do coſtume, porque naõ podem teſtar , nem diſpôr dos ditos bens , e ficaõ às Igrejas , e por meyo dellas aos Prelados futuros, como temos apontado, e ainda naõ pódem uſar delles livremente , nem fazer mayor doaçaõ , que a que ſe permite a hum Senhor temporal, que poſſue bens deſtinados para ſua ſuſtentaçaõ , e encargos de ſeu officio, ſe naõ tiverem graça eſpecial do Papa , porque lho conceda, como impetraõ muitos Prelados deſte Reino.

Concorrendo eſta cauſa, veyo o Biſpo do Porto com excepçaõ declinatoria fori , *fundada em ſerem eſtes Bens Eccleſiaſticos, e aſſim as peſſoas, que ſobre ella litigavaõ, por onde naõ podiaõ Juizes ſeculares tomar conhecimento della, a qual naõ foy recebida por Acordaõ, viſta a fórma da Proviſaõ acima referida , e outras paſſadas em ſemelhantes caſos, e o eſtylo immemorial dos Reys deſte Reino, e coſtume antiquiſſimo delle.*

Mas para prova deſte eſtylo naõ offereceo mais, que huma Sentença dada pelos Deputados da Meſa da Conſciencia, entre os Biſpos de Lamego, e do Porto, por eſpecial Proviſaõ de Voſſa Mageſtade, em caſo ſemelhante; e fazendo-ſe diligencias ſobre outras, que apontou o Biſpo de Miranda em ſuas razoens, ſe naõ acharaõ, nem eſtà juſtificado ſeu intento; porque os Biſpos litigantes ſe comprometeraõ nos Juizes nomeados por Voſſa Mageſtade; e aſſim começa a Sentença: Viſtos eſtes Autos, e Compromiſſo dos Illuſtriſſimos, e Reverendiſſimos Biſpos; *o que naõ ha no caſo, de que ſe trata.*

Além de que deſte coſtume, poſto que immemorial, parece, que naõ póde dar juriſdicçaõ aos Juizes leigos, por ſerem incapazes para conhecerem de couſas, que pertencem direitamente às Igrejas, e entre peſſoas Eccleſiaſticas, e por ſer contra o privilegio do foro, e liberdade Eccleſiaſtica , como ſe acha em alguns dos quarenta Artigos da Corte de Roma,

ma, que ElRey Dom Dinis jurou guardar.

E poſto, que o coſtume immemorial tem força de Ley, privilegio, e titulo; comtudo, para que poſſa produzir eſtes effeitos, requere capacidade da parte dos que uſaõ delle, e o praticaõ, o que neſte caſo parece, que naõ ha, por ſerem os Juizes Leigos incapazes de juriſdicçaõ nas cauſas, e peſſoas Eccleſiaſticas, ſalvo nos caſos, em que os Summos Pontifices expreſſamente lho concederem, ou por Concordatas entre Clero, e ſeculares, por eſpecial razaõ, o que neſte ſe naõ acha. Iſto he o que parece. Voſſa Mageſtade mandará o que for ſervido. Liſboa, em 31. de Agoſto de 1607.

Super hanc conſultationem reſcriptit Rex Gubernatoribus Regni Epiſtolam tenoris ſequentis.

Carta de ElRey ao Governo.

30 *Por Carta de 30. de Setembro do anno de 1605. ordeney ſe viſſe no Dezembargo do Paço huma Petiçaõ de Dom Fr. Gonçalo de Moraes, Biſpo do Porto, em que me pedio, mandaſſe determinar a demanda, que traz com o de Miranda ſobre a fazenda, que ficou do Biſpo D. Jeronymo de Menezes, ſeu anteceſſor, por pertencer ao Juizo Eccleſiaſtico, por ſer entre dous Prelados, e ſobre bens pertencentes ás Igrejas Cathedraes de ſeu Biſpado; em reſpoſta deſta Carta ſe me enviou com deſpacho de 31. de Agoſto do anno paſſado de 1607. huma Conſulta do dito Dezembargo, em que he de parecer, que a determinaçaõ deſte caſo pertence ao Juizo Eccleſiaſtico, aſſim por Direito, como pela Ordenaçaõ do Reino, e que naõ ha coſtume em contrario, conforme a informaçaõ, que ſe tomou; e porque a materia além de intereſſe particular de cada huma das partes: e pelo que póde tocar á minha juriſdicçaõ, he da importancia, que ſe deixa ver; e conforme a reſoluçaõ, que ſe tomar ſe haõ de regular os caſos ſemelhantes, que ao diante ſuccederem, me pareceo, antes de reſponder á dita Conſulta, encommendarvos, como faço, que vos informeis do Dezembargo do Paço, que diligencias ſe fizeraõ; porque conſtou naõ haver coſtume em contrario, ſuppoſto o eſtado da cauſa, que corre entre eſtes Prelados, e Sentença, que eſtá dada em favor do Biſpo de Miranda, e porque modo ſe poderá prover com juſtiça, no que pede o Biſpo do Porto; e do que ſe reſolver ordenareis, que ſe faça Conſulta, que me enviareis.*

Habita informatione cum Sena- 31
toribus Palatinis, dixerunt, nullum in ſimili cauſa exemplum inveniri; nec oſtendi ex parte Epiſcopi Mirandenſis; cum conſuetudo non præſumatur, cum ſit quid facti, & debet probari ab eo, qui ſe in tali conſuetudine fundat cum ſuis qualitatibus: ex Decio *Conſil.* 483. *n.* 28. Joann. Faber. *in* §. *Ex non ſcripto, Inſtituta, de Jure naturali.* Pariſ. *Vol.* 1. *Conſil.* 35. *num.* 14. Cravet. *de Antiquis temp. p.* 1. §. *Ampleatur*, *n.* 16. ubi affirmat, quòd, quanvis conſuetudo ſit notoria, debet probari ab alegante, per plurium inſtrumentorum inſpectionem.

Et conſuetudinem ſolum extare 32
circa inventarium faciendum per Judices ſæculares, de mandato Regio per mortem Epiſcopi defuncti: ex Cabed. *dict. part.* 1. *deciſ.* 84. quia ſcilicet Reges hujus Regni erant Patroni, & Protectores Eccleſiæ Cathedralis viduatæ, ad quos bonorum Epiſcoporum defunctorum pertinebat defenſio, ut futuro ſucceſſori reſervarentur, & etiam circa ſervitia famulorum, quæ reſpiciunt quandam actionem perſonalem, qua Epiſcopus defunctus tenebatur.

Quare, cum in neutro caſu aga- 33
tur de ſucceſſione bonorum acquiſitorum intuitu Eccleſiæ, rectè Judex ſæcularis adiri poterat: ex Ordinatione Regia *dict. lib.* 2. *tit.* 1. *in prin-*

princip. non tamen, quando agitur de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, ut in præſenti, & cum detur diverſitas in facto reſultat diverſitas in jure: *L. Si ex plagiis*, §. *In clivo*, *ff ad L. Aquil.* nec ex diverſis fit illatio, ex *L. Papinianus exuli*, *ff. de Min.*

34 Relata iterum cauſa cum hac informatione juſſit Rex quæſtionem decidi in Tribunali Palatii, ubi per illos Judices integerrimos, & eruditiſſimos lata fuit Sententia tenoris ſequentis, auditis partibus ex utraque parte.

Sententia aurea Tribunalis Palatii.

35 *Viſtos eſtes Autos, e minha Proviſaõ, porque os mandey deſpachar na Meſa do Dezembargo do Paço, razoens, e mais papeis offerecidos por huma, e outra parte, feito appenſo, Sentença nelle dada. Moſtra ſe, que a cauſa, que correo entre o Biſpo de Miranda Dom Diogo de Souſa, e o do Porto Dom Fry Gonçalo de Moraes, a Sentença, que nella ſe deu, ſer ſobre bens, que ficáraõ de D. Jeronymo de Menezes, Biſpo que foy de Miranda, e depois mudado ao Biſpado do Porto, adquiridos com os rendimentos do Biſpado de Miranda, ſe pertenciaõ à dita Igreja Cathedral, ſe à do Porto aonde faleceo o dito Biſpo D. Jeronymo; e por aſſim ſer a dita demanda ſobre bens, que pertenciaõ, e immediatamente pertencem à Igreja, em cujo dominio ficáraõ,* ipſo jure, *por falecimento do dito Biſpo, poſto que por meyo della pertenciaõ ſegundariamente ao Prelado, que ſuccedeo, o que naõ tira haverem de ſer tidos, e regulados como bens proprios da Igreja; por quanto aſſim neſta materia, como em todas as ſemelhantes, ſempre ſe conſidera a primeira, e immediata cauſa da ſucceſſaõ, e della tomaõ os bens ſua natureza, que naõ perdem, em quanto eſtaõ no dominio da Igreja, ou dos Prelados, que nella ſuccedem. E viſto outroſy a Ordenaçaõ do Reino, que falla taxativamente nos feitos Civeis, que pertencem a bens Patrimoniaes dos Prelados, e dividas contraidas, por razaõ das ſuas peſſoas, ou dos ditos bens, exceptuando expreſſamente os que pertencem às Igrejas, como ſaõ os da contenda, que naõ tem natureza de Patrimoniaes, por ſerem adquiridos com os reditos do Biſpado; pelo que a dita cauſa, conforme a direito, e a meſma Ordenaçaõ, pertence ao Juizo Eccleſiaſtico, e della naõ podiaõ tomar conhecimento os Juizes Leigos pela minha commiſſaõ. O que tudo viſto, e como ſe naõ prova coſtume em contrario, nem os autos, e mais qualidades, que ſe requerem, para que o dito coſtume tenha força de privilegio, julgo, e pernuncîo a dita Sentença por nulla, e mando, que por ella ſe naõ faça execuçaõ, nem obra alguma, ficando às partes ſeu direito reſervado, para no Juizo Eccleſiaſtico poderem tratar deſta cauſa; e pague o A. Biſpo de Miranda as cuſtas deſtes Autos. Em Lisboa, 29. de Mayo de* 1609. *Fernaõ de Magalhães. Dom Franciſco de Bragança.*

Hæc Sentectia ſupremi Senatus 36
Palatii, quæ tranſivit in rem judicatam, facit jus quoad alias ſimiles cauſas: ex *Ex Cap. In cauſis*, *de Re judicata.* Plures per Gam. *deciſ.* 228. *n.* 2. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 212. *n.* 1. & per Emman. Barboſ. *ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 64. *in princip. n.* 6. Soares *de Leg. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 21. Valaſc. *conſ.* 148. *n.* 33. & 34.

Ita idem judicatum eſt poſtea in 37
favorem *D. Fr. Joannis de Valadares* acutiſſimi ingenii, & in omni literarum peritia eruditiſſimi *Epiſcopi Mirandenſis*, qui cum inveniret plures Sententias latas in Judicio ſæculari, in favorem hæredum *Domn. Franciſci Pereira* Epiſcopi ejuſdem Epiſcopatus, cui immediatè ſucceſſit, & alias latas ſuper bonis ejuſdem Eccleſiæ, ſe oppoſuit contra dictas Sententias, tanquam immediatus ſucceſſor, & hæres ad beneficium inventarii; & litigans ſuper eis tandem

Digitized by Google

dem obtinuit in hac Civitate Ulyſſipponenſi, & omnes illæ Sententiæ annulatæ fuerunt, & judicatum, cognitionem ad Judicium Eccleſiaſticum pertinere, & in dicto Judicio Eccleſiaſtico dictæ cauſæ fuerunt reſolutæ ſuper bonis, & reditibus ejuſdem Eccleſiæ.

37 Idem poſtea judicatum in favorem Capituli Conimbricenſis, quod cum conveniretur per *Gaſparem Pacheco* ſuper debitis trium millium ducatorum, quæ commodaverat Epiſcopo *D. Joanni Emmanueli*, in Supremo Senatu Supplicationis judicatum fuit illud judicium eſſe incompetens, & omnia judicata fuerunt annulata, & cauſam in Judicio Eccleſiaſtico decidendam, prout factum fuit, ut teſtatur Themud. *part.* 1. *deciſ.* 48. *à principio*: & poſtea ſimiles cauſæ ventilatæ fuerunt in Judicio Eccleſiaſtico, ut per Themud. 2. *part. deciſ.* 247. & 248. & 249. & *part.* 1. *deciſ.* 90.

RESOLUTIO LVIII.

An Rex tanquam Patronus Cathedralium vacantium juvari poſſit ex earum reditibus, & aliarum Eccleſiarum, & Clericorum, in communem Regni defenſionem?

SUMMARIUM.

1 *Bona Eccleſiarum ſunt immunia à tributis de jure Divino.*
2 *Sunt etiam immunia de jure Canonico.*
3 *De jure Civili, & attentâ Ordinatione Portugalliæ.*
4 *Reditus Eccleſiarum conſiderantur tanquam res Sacræ.*
Ibi. *Dicuntur Patrimonium Chriſti.*
5 *Chriſtus eſt immunis à tributis, & bona Eccleſiæ.*
6 *Princeps ſæcularis habet juriſdictionem ſuper ſæculares, & eorum bona.*
7 *Principes ſæculares non habent juriſdictionem ſuper rebus Eccleſiæ.*
8 *Si tributis onerent res Eccleſiæ, in Cenſuras Bullæ Cœnæ incurrunt.*
9 *Quamvis offerantur tributa à Clericis ſponte dantibus.*
10 *Limitatur tempore neceſſitatis Regni, & Reipublicæ; tunc enim tenentur contribuere.*
11 *DD. contrarium aſſerentes non loquuntur datâ urgenti neceſſitate.*
Ibi. *Principi creditur aſſerenti ſe eſſe conſtitutum in neceſſitate.*
12 *Clerici ratione publicæ neceſſitatis contribuunt in opera publica.*
13 *Eccleſiaſtici ſuccurrent Principibus ſæcularibus in neceſſitatibus, & vice verſâ.*
14 *Neceſſitas publica præfertur particulari Subditorum.*
15 *Reges Portugalliæ ſunt Patroni Cathedralium, & defenſores Eccleſiarum ſui Regni.*
16 *Clerici non ſolùm tenentur contribuere in neceſſitatibus cum propriis bonis, ſed etiam cum propriis perſonis, ſi neceſſitas urgens belli defenſivi id poſtulet.*
17 *Clerici ob defenſionem poſſunt relinquere Officia Divina ad occurrendum invaſionibus inimicorum.*
18 *Clerici ſi inſtante neceſſitate noluerint contribuere, cogi poſſunt per Epiſcopos.*
Ibi. *Si mandato Prælatorum noluerint contribuere poſſunt exequi per Miniſtros ſæculares.*
19 *Succurrere in extrema neceſſitate eſt juris naturalis, à quo nemo eximitur.*
20 *Neceſſitas non habet Legem permiſſivam, nec prohibitivam, nec conſultivam.*
Ibi. *Deficiente tempore ad deliberandum, executio fieri poteſt per Eccleſiaſticos, aut per ſæculares.*
21 *Exemptio Clericorum non extenditur*

tur ad neceſſitatem defenſionis naturalis.

Ibi. *Clerici, ſi celebrando ab aliquo inſultentur, poſſunt Miſſam relinquere, & interfecto aggreſſore in ſui neceſſariam defenſionem, poſſunt Miſſam perficere ſine metu irregularitatis.*

22 *Neceſſitas publica omni privilegio præfertur, & lege caret.*

Ibi. *Turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo.*

23 *Declaratur, quod tunc Clerici tenentur contribuere, quando bona Coronæ, & Donatarium non ſufficiunt.*

24 *Clerici in ſubſidium tenentur ad contitutionem.*

25 *Ecquando neceſſitas eſt præciſa de præſenti.*

26 *Et quando concurrit licentia Pontificis.*

27 *Hæc licentia petita fuit à Summo Pontifice.*

28 *Epiſtola Archiepiſcopi Ulyſſipponenſis ad Pontificem.*

29 *Conſenſus, & approbatio indicitur ex tolerantia.*

30 *Conſenſus Epiſcopi, vel alterius Superioris ſufficit, ut Collectæ à Clericis exigantur, quando communiter in commitiis publicis, ſe offerunt ad conſtitutionem.*

31 *Ita contigit in hoc Regno.*

32 *Sufficit licentia Ordinariorum ad contributionem, conſideratâ urgenti neceſſitate, & inſufficientia ſæcularium; & num. 33.*

34 *Examen factum eſt per Clerum, & Prælatos in Commitiis publicis ſuper indigentia.*

35 *Et dictum pro contributione.*

NEgativa pars ſuadetur aſſerenda in præpoſita quæſtione ex eo, quia bona Eccleſiarum ſunt immunia ab omni onere impoſito per Reges, & Imperatores, attento omni jure.

1 In primis de jure Divino conſtat, hanc eis competere immunitatem: Geneſ. *Cap.* 47. *num.* 26. ibi: *Abſque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* Et Numeror. *cap.* 3. *n.* 12. ibi: *Eruntque Levitæ mei, &c.* Et Eſdræ *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 24. ibi: *Vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.* Cap. *Quamquam*, *de Cenſib. in* 6. ibi: *Cum igitur Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, ac res ipſarum, non ſolùm jure humano, quinimo & Divino, à ſæcularium perſonarum exactionibus ſunt immunes.* Riccius *in Prax. aur. reſol.* 486. *à num.* 1. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 17. *& n.* 258. *verſ. Lo primero, & ibi Gloſſ. liter. A.* Valaſc. *Conſult.* 100. *num.* 8. Cabed. 2. *part. deciſ.* 83. *num.* 10. Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.* 3. *in princip.* Soar. *contra Regem Angliæ, lib* 4. *cap.* 2. *& cap.* 5. *n.* 12. *& cap.* 8. *n.* 16. Cevalh. *Commun. q.* 899 *n.* 39. *&* 42. Covar. *Pract. cap.* 31. *n.* 1. Oliv. *de For. Eccleſ. q.* 9. *à n.* 1. *& q.* 38. *per totam.*

De jure Canonico *text. in cap. Convenior* 23. *q.* 8. *cap. Tribut.* §. *Quanvis. Eâdem cauſa, & quæſt. cap. Non minus, cap. Adverſus, de Immunit. Eccleſ. cap.* 1. *cap. Cleric. eod. tit. in* 6. *d. cap. Quamquam, Clement. unic. de Immunit.* Plures per Flor. de Men. *Var. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 174. Bovad. *d. cap.* 18. *n.* 253. Concil. Trid. *Seſſ.* 25. *cap.* 20. *de Reform.* ubi plures refert Barboſ. *in Collect. n.* 1. *& de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *à num.* 1. 2

De jure Civili *text. in L. Placet, & L. Sancimus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. L.* 2. *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Ordinat. Reg. Luſit. *lib.* 2. *tit.* 11. *in princip.* Plures per Bovad. *Polit. dict. cap.* 18. *n.* 254. *&* 256. Ubi plures Leges Caſtellæ refert Cevalh. *Commun. q.* 899. *n.* 52. 3

Ratio eſt: quia, cum hæc exemptio ſit de jure Divino: ex juribus, & DD. relatis *ſupr. num.* 1. vel ſaltem ab eo originem trahat; ut per Soar. *contra Regem Angl. lib.* 4. *cap.* 15. Barboſ. *d. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 3. reditus Eccleſiæ conſiderantur, tanquam res 4

Sa

Sacræ, ordinati ad finē ſupernaturalē, qualis eſt Divinus cultus, & conſervatio Miniſtrorum ejus, & facti ſunt de Patrimonio Chriſti; ut per Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *de Reformat.* ibi: *Quæ res ſunt*; & in multis Decretis *Cauſ.* 12. *quæſt.* 1. *&* 16. *q.* 1. *cap. Cum ſecundum, de Præbend.* ubi hæc bona dicuntur Patrimonium Chriſti: *Cap. Cum ex eo, de Elect. in* 6. *dict. cap. Quanquam, de Cenſib. n.* 6. Barboſ. *in Collect. ad Trident. Seſſ.* 25. *cap.* 2. *de Reformat. num.* 3.

5 Cum enim Chriſtus ſit immunis à tributis, ita etiam bona ſuæ Eccleſiæ, & deputata ad illius Miniſtros; ut per Soar. *dict. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. *ad finem.* Barboſ. *dict. cap.* 39. §. 5. *num.* 5. *&* 8. Cevalh. *Commun. q.* 899. *num.* 42. *& DD. ſupra.*

6 Secundò: quia Principes ſæculares ſolùm habent dominium, & juriſdictionem ſuper Subditos ſæculares, & eorum bona: ex *Cap.* 2. *de Cenſib.* ibi: *Ideò enim tributa præſtatis, quia hæc eſt probatio ſubjectionis. L. Reſcripti*, §. *ultim. ff. de Muner. & honor.* Plures per Flor. *Var. lib.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 54. Soar. *de Legib. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 1.

7 Princeps verò ſæcularis non habet juriſdictionem ſuper rebus Eccleſiæ: ex Divo Paulo *ad Roman. cap.* 3. *ExtraVag. Unam Sanctam, de Maiorit. cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de Conſtitutionib.* Soar. *lib.* 4. *de Legib. cap* 9. *à num.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 3. *& lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 1.

8 Aliàs contrarium facientes in Cenſuras Bullæ Cœnæ incurrent Clauſul. 18. ex Navar. *in cap. Novit, num.* 3. *de Judic. & in Manual. cap.* 17. *à num.* 201. *verſ.* 83. Plures per Bovad. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 258. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 50. *n.* 92. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 9. *&* 10. Soar. *de Cenſur. diſp.* 23. *Sect.* 4. *n.* 21. *&* 23.

9 Ampliatur reſolutio, quanvis hæc tributa offerantur à Clericis ſponte dantibus: ex *Cap. Clericis* 3. §. 1. *de Immunit. Eccleſ. in* 6. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 262. Themud. 3. *part. deciſ.* 308. *num.* 2. Giurb. *deciſ.* 118. *n.* 2. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *q.* 38. *n.* 13. *verſ. Ampliantur.*

10 Limitantur tamen ſupra dicta tempore neceſſitatis Regni, & Reipublicæ, & invaſionis inimicorum; tunc enim non minus Clerici, Eccleſiæ, & earum bona, quàm Laici defenduntur: ex *Regul. Qui ſentit onus, de Regulis juris in* 6. ita pluribus relatis Marth. *de Juriſd.* 4. *part. caſ.* 10. *à num.* 1. *& num.* 18. Cevalh. *Commun. quæſt.* 578. *num.* 47. *&* 12. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 297. *& num.* 314. Flores de Men. *Var. quæſt.* 21. *n.* 213. 214. *&* 218. Surd. *Conſil.* 449. *à num.* 51. *& Conſil.* 490. *per tot. & Conſil.* 525. *num.* 27. *&* 29. Purpurat. *lib.* 1. *Conſil.* 50. *per tot.* Gail *lib.* 2. *obſ.* 32. *n.* 7. Phœb. *p.* 1. *deciſ.* 34. *num.* 18. Cabed. 2. *part. deciſ.* 44. *num.* 9. 12. *&* 13. Themud. *deciſ.* 93. *à num.* 8. Barboſ. *in cap.* 2. *à num.* 3. *de Immunit. Eccleſiaſt.*

11 Jura enim, & DD. contrarium ſentientes loquuntur generaliter, non tamen datâ urgenti neceſſitate, ut per DD. proximè citatos: ſemper enim in Principe juſta cauſa præſumitur: ut per Cevalh. *Commun. quæſt.* 587. *num.* 8. *& n.* 12. cujus aſſertione ſemper credendum eſt, quando affirmat, ſe eſſe conſtitutum in neceſſitate: ex Alex. *Vol.* 2. *Conſil.* 216. Oldrad. *Conſil.* 258. Roland. *Conſil.* 1. *num.* 58. quos refert, & ſequitur Cevalh. *dict. q.* 578. *n.* 25.

12 Ob cauſam enim publicæ utilitatis Clerici etiam contribuunt in opera publica *Fontium, Pontium, & Viarum*: ex *L. ad Inſtructiones, Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Cevalh. *d. quæſt.* 578. *num.* 1. Purpurat. *lib.* 1. *Conſil.* 50. *num.* 1. Surd. *Conſil.* 409. *num.* 5. *& Conſil.* 525. *num.* 27. Flores *Variar. quæſt.* 21. *n.* 220. Marth. *de Juriſdict.* 4. *p. caſ.* 9. *à num.* 1. ita commendatum eſt tempore Regis Dionyſii *Concordat.* 4. *cap.* 6. ut per Gabr. Per-

Digitized by Google

tit. de Concord. fol. 244. *num.* 123. & tempore Regis Petri, *art.* 3. ut per Gabr. Pereir. *fol.* 289. *num.* 143. & tempore Regis Joannis I. *cap.* 62. *num.* 285. ut per Gabr. Pereir. *eodem tit. fol.* 272. Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 1.

13 Ratio eſt, quia Eccleſia, & Eccleſiaſtici ſuccurrunt Principibus ſæcularibus in neceſſitatibus, & vice verſâ: *Cap. Convenior* 23. *quæſt.* 8. ibi: *Bonus Imperator quærit auxilium, & Eccleſia non recuſat.* Cap. *Principes ſæculi* 23. *Cap. Cum ad verum, diſt.* 96. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 296. cum ſequentibus ubi reſolvit, quòd neceſſitas publica omnes tangit, & remedium ejus eſt, ac ſi fuiſſet in cauſam propriam uniuſcuiuſque.

14 Hæc enim neceſſitas publica præfertur particulari Subditorum: *Cap. Bonæ, de Poſtulat. Prælator. cap. Suas* 7. *quæſt.* 1. *L.* 1. §. *ult. Cod. de Caduc. tollend. Auth. de non alienand.* §. *Quia veroſimili, L. Actione*, §. *Labeo, ff. Pro ſocio.* Gloſſ. *verb. Securitatis, in L. de Pupil.* §. *Si quis rivos, de Operis nuntiat.* Plures per Oliv. *de For. Eccleſiæ, quæſt.* 15. *num.* 45. *part.* 1.

15 Confirmatur; quia Reges Portugalliæ ſunt Patroni Cathedralium, & defenſores aliarum Eccleſiarum ſui Regni: ex Reſolutis *Reſol.* 40. *per totam*; & Eccleſia ſuccurrit neceſſitatibus Patronorum: ex dictis *Reſol.* 1. *à num.* 12.

16 Ampliatur limitatio ſupra n. 10. quod non ſolùm teneantur Clerici ad contributionem cum propriis bonis, ſed etiam cum propriis perſonis, ſi neceſſitas urgens belli defenſivi id poſtulet: ex *Cap. Pervenit* 2. *de Immunit. Eccleſ.* Themud. *deciſ.* 93. *à num.* 3. *& deciſ.* 108. *à num.* 8. & ita judicatum *n.* 14. *& deciſ.* 307. *n.* 1. *&* 11. ubi plures refert Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 300. Soar. *contra Regem Angl. lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 5. Flor. *Var. quæſt.* 1. *num.* 214. Vide Barboſ. *in cap. Ex multa, n.* 12. *de Vot.*

17 Ampliatur ſecundò, quòd Clerici ob defenſionem poſſunt relinquere Officia Divina ad occurrendum invaſionibus inimicorum, ut evitentur mortes, furta, incendia, & inſolentia inimicorum, & ad id cogi poterunt per Epiſcopos: ut per Bovad. *dict. num.* 300. ubi infert ad varios effectus Themud. *p.* 1. *deciſ.* 39 *à num.* 13. *&* 2. *part. deciſ.* 108. *num.* 9. *&* 3. *part. deciſ.* 307. *à n.* 7. *&* 10. Flor. *dict. quæſt.* 21. *num.* 223. *&* 225.

18 Si autem Clerici, inſtante neceſſitate, noluerint contribuere, coguntur per Epiſcopos: Bovad. *d. cap.* 18. *num.* 300. Surd. *Conſil.* 490. *num.* 70. Etſi mandato Prælatorum noluerint contribuere, poſſunt exequi per ſæculares Miniſtros, ex *dictis ſupra*: Themud. *dicta deciſ.* 93. *num.* 6. *& deciſ.* 308. *num.* 6. *in fin.*

19 Succurrere enim in extrema neceſſitate eſt juris naturalis, à quo nemo eximitur, nec contrarium jure communi cavetur: plures quos refert, & ſequitur Bovadilh. *d. cap.* 18. *n.* 316. 317. *&* 319. *& lib.* 5. *cap.* 5. *à num.* 6.

20 Neceſſitas enim non habet legem permiſſivam, nec prohibitivam, nec conſultivam: plures per Bovad. *d. cap.* 18. *n.* 317. Themud. *d. deciſ.* 308. *num.* 7. Quare deficiente tempore ad deliberandum, non intereſt, an hæc executio fiat per Eccleſiaſticos, aut per ſæculares: ex Bovad. *ubi proxim.* Themud. *deciſ.* 308. *num.* 8. *&* 10.

21 Nec exemptio Clericorum extenditur ad neceſſitatem defenſionis naturalis: quare ſi celebrantes ab aliquo inſultentur, poſſunt Miſſam relinquere, & interfecto aggreſſore in ſuam defenſionem, poſſunt reverti ad Altare pro Miſſa perficienda ſine metu irregularitatis: ex Abb. *in cap. Clerici, num.* 2. *de Vita, & honeſt.* Navar. *in cap. Nullam* 18. *quæſt.* 2. *num.* 51. *verſ. Nam, & Sacrificiis invaſus.* Gutier. *Pract. lib.*

lib. 2. *q.* 1. *num.* 27. Cevalh. *de Cognit. per viam violent. Gloſſ.* 5. *num.* 63. Gail *lib.* 2. *q.* 110. *num.* 12. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 15. Themud. *deciſ.* 93. *num.* 14.

22 Nec etiam extenditur ad publicam defenſionem boni communis; hæc enim omni privilegio præfertur, & lege caret: Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 10. *num.* 27. Bovad. *dict. cap.* 18. *num.* 298. *& lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 6. Plures per Phœb. *p.* 1. *deciſ.* 34. *à num.* 17. Turpis enim eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo: *Cap. Contra mores, diſt.* 8. *cap. ultim. de Sponſ. duor.* Menoch. *Illuſtr. cap.* 5. *num.* 10. *& cap.* 15. *à num.* 1. Simanch. *de Catholic. cap.* 4. *à principio.*

23 Declaratur tamen ſupra dicta procedere tribus concurrentibus. Primò, quando ex bonis *Coronæ*, & *Donatariorum*, ejus communi neceſſitati ſuccurri non poteſt; hæc enim bona primo loco talibus neceſſitatibus obligata ſunt, & ideo ex illis prius occurrendum eſt: ita pluribus relatis Cabed. 2. *p. deciſ.* 49. *num.* 3. Cevalh. *Commun. quæſt.* 578. *n.* 17. & DD. ſupra Oliv. *dict. q.* 39. *n.* 11. *verſ. Contrarium.*

24 Tunc enim in ſubſidium ſuccurrunt Clerici, & tenentur contribuere: ex *Cap. Adverſus, de Immunitat. Eccleſiaſtic.* ibi: *Ubi laicorum non ſuppetunt facultates*, ut patet in exemplis, de quibus Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 296. Oliv. *dict. quæſt.* 39. *num.* 14. *verſ. Facit tertiò.* Cevalh. *dict. quæſt.* 578. *num.* 18. & ideo Sereniſſimus Rex *D. Joannes IV.* juſſit, Donatarios Coronæ quintum ex ejus reditibùs perſolvi ad has publicas utilitates, & neceſſitates.

25 Secundò, quando cauſa eſt præciſa, & neceſſitas de præſenti ad contributionem Eccleſiaſticorum: ex Medin. *de Reſtit. quæſt.* 13. Cabed. *dict.* 2. *part. deciſ.* 49. *n. ult. in fin.*

26 Tertiò, quando concurrit licentia Pontificis: DD. *per text. in cap. Adverſus; & in Cap. Non minus, de Immunit. Eccleſ.* Marth. *de Juriſdict.* 4. *part. caſ.* 13. *num.* 24. *& caſ.* 10. *num.* 20. DD. *per text. in L. Nemini, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Plures per Bovad. *dict. cap.* 18. *num.* 323. Oliv. *dict. quæſt.* 39. *n.* 13. *&* 14.

Hæc licentia petita fuit à Summo 27 Pontifice *Urbano VIII.* per Prælatos hujus Regni, & poſtea per Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Portuenſem *Domn. Rodericum à Cunha*, Virtute, Literis, & Religione præſtantiſſimum; prout conſtat ex Epiſtola tenoris ſequentis.

Epiſtola Archiepiſcopi Ulyſſipponenſis ad Urbanum VIII.

Notum erit jam pridem Sanctitati 28 *Veſtræ ex Portugalliæ Oratorum relatu, quomodo à triplici Regni ordine, Nobili, Eccleſiaſtico, & Plebeio (qui mos noſtræ gentis eſt) in illius verum, ac naturalem Regem electus ſit Sereniſſimus Princeps* Joannes *hoc nomine* IV. *Dux Bargantiæ, non quidem ſine divino Numine, à quo tunc temporis ingentes favores, ac beneficia in hujuſmodi Regnum emanarunt. Ubi primum hoc accidit, ſtatim Caſtellani hoſtes, in communi totius Portugalliæ, & Luſitanorum pernitiem, confinia Regni armis infeſtare cœperunt: verum enim, cum Regnum ſub Caſtellano jugo omnimodis gabellis oppreſſum, & Regiis reditibus exhauſtum, haud modo ſufficiat ad tantam belli molem ſuſtinendam; Luſitanii, & patriæ, & libertati conſulentes, ſponte ſuis ſe bonis ſpoliarunt. Cum verò commune periculum, ac Regni defenſio, omnes ad unum amplecteretur, jure, ac ratione conſentaneum viſum fuit, ut Eccleſiaſtici etiam bellorum ſumptus ſuppeditarent; qua propter doctiſſimorum hominum conſilium fuit, ut omnes Eccleſiaſtici, ex reditibus Eccleſiaſticis, & bonis Patrimonialibus, decimam partem in belli auxilium*

xilium tribuerent, quod mox à Superioribus executioni mandatum eſt; ea tamen conditione, ut mens Veſtræ Sanctitatis in hoc tanti ponderis negotio expectaretur. De his, ut munus meum adimpleam, Veſtram Sanctitatem hujuſmodi literis certiorem facio, fidens tamen, quæ eſt Veſtræ Sanctitatis, & Sedis Apoſtolicæ benignitas, ut tantæ Regni neceſſitati, quæ certè maxima eſt, condolere non deſinet. Ad multos, & felices annos ſervet Deus Optimus Maximus Sanctitatem Veſtram in totius Eccleſiæ bonum. Ulyſſippone, Aprilis die 20. *anno* 1642.

Veſtræ Sanctitatis pedes deoſculatur

Rodericus, Archiepiſcopus Ulyſſipponenſis.

29 Quanvis Summus Pontifex huic Epiſtolæ non reſpondiſſet, cum certus fuiſſet talis contributionis, & non contradixiſſet, nec Pontifices ſucceſſores, cenſentur conſenſiſſe, & approbaſſe: ex Regula *Qui tacet, de Regul. jur. in* 6. Barth. *in L. Quidam, ff. de Conſtit. pecunia.* Felin. *in cap.* 2. *num.* 22. *de Fide inſtrumentor.* Barboſ. *in Votis, lib.* 2. *vot.* 22. *n.* 16. Per tolerantiam enim inducitur diſpenſatio Pontificis: ex *Cap. Cum jam dudum* 18. *in fin. Cap. Niſi eſſent, verſ. Quia igitur de Præbend. Cap. Quia circa*, ubi Gloſſ. *ult. de Conſanguinit.* & ibi Abb. *num.* 8. Themud. *deciſ.* 308. *num.* 11.

30 Hic tamen conſenſus, & licentia Summi Pontificis non eſt neceſſaria, quando Clerici, & Laici communiter convenerint, & conſenſerint in Collectis, & tributis, pro communi Reipublicæ, bono, & defenſione; tunc enim ſufficit conſenſus Epiſcopi, vel alterius Superioris, ut à Clericis exigatur. ita Bald. *in L. ad Inſtructiones, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. & Conſil.* 246. Salicet. *in Auth. Caſſa, & irrita, Cod. eodem tit.* Felin. *in cap. Eccleſ. S. Mariæ, de Conſtit. verſ. de Gabellis.* Purpurat. *lib.* 1. *Conſil.* 50. *n.* 6. Surd. *Conſil.* 490. *num. ult.* Themud. *deciſ.* 308. *n.* 6. Oliv. *de For. Eccleſ. dict. q.* 39. *n.* 17. *part.* 1. Barboſ. *in cap. Non minus, num.* 8. *de Immunitat. Eccleſ.*

Ita contigit de facto in hoc Regno; omnes enim utriuſque Status hujus Regni in publicis comitiis, de communi conſenſu Prælatorum Cleri, & ſæcularium, convenerunt ſponte in tali contributione, pro communi Regni defenſione. Ita reſolvit Purpurat. *dict. Conſil.* 50. *n.* 5. ibi: *Nec hoc caſu erit neceſſaria authoritas Summi Pontificis, ut videtur requirere, text. in dict. cap. Non minus, & in cap. Adverſus, de Immunit. Eccleſ. Quia illa jura non habent locum in hoc caſu, in quo compoſitio fuit facta pro communi periculo Laicorum, & Eccleſiaſticorum evitando; ut in ſpecie declaravit Anchar. in dict. cap. Non minus, & Barbacia in d. Conſultation. Sed erit facienda convocatio Laicorum, & Eccleſiaſticorum, & ibi tractandum de impoſitione hujuſmodi oneris*: ita Purpurat. Themud. *deciſ.* 308. *num.* 11. *&* 12. 31

Sufficit in his terminis ad contributionem licentia, & authoritas Ordinarii: ex dicto *Cap. Non minus*, ibi: *Niſi Epiſcopus, & Clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exactione ad relevandas communes utilitates, vel neceſſitates, ubi Laicorum non ſuppetunt facultates, & ſubſidia, per Eccleſias exiſtiment conferenda*: facit *L. de Pupillo, §. Si quis rivos, ff. de Nov. oper. nuntiat.* ubi meritò non prohibetur cum publicæ ſaluti, & ſecuritati interſit; plures per Bovad. *Polit. dict. cap.* 18. *num.* 314. Cevalh. *Commun. quæſt.* 578. *num.* 27. Flores de Men. *dict. q.* 21. *num.* 214 *&* 218. Marth. *de Juriſd.* 4. *part. caſ.* 100. *n.* 18. Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *de Immunit. Eccleſiaſt. reſol.* 132. Themud. *deciſ.* 308. *n.* 10, *& deciſ.* 39. *n.* 7. Oliv. *dict. quæſt.* 37. *num.* 17. 32

Hic conſenſus Epiſcopi, & Cleri requiritur, ut videant, an cauſa ne- 33

neceſſitatis ſit urgens, & ſi vires, & facultates Regni, & populi non ſufficiunt: ex *text. in dict. cap. Non minus*, ibi: *Ubi Laicorum non ſuppetunt facultates.* In idem eſt *text. in dict. cap. Adverſus*, de *Immunitat. Eccleſ.* Laiman *lib. 4. de Juſtit. tractat. 9. cap. 6. num. 7.* Marth. *dict. 4. part. caſ. 10. num. 18.* Oliv. *dict. num. 17. & num. 29. verſ. Dicendum eſt.*

34 Hoc examinatum eſt per Prælatos, & Clerum in commitiis publicis celebratis anno 1641. ubi omnibus conſideratis communiter convenerunt ad contributionem; & ideo Prælati Edicta poſſuerunt in ſuis Eccleſiis, ut ſubditi Eccleſiaſtici contribuerent, ad quam eos cenſuris poterunt compellere: ex Themud. *part. 1. deciſ. 93. num. 7. in fin.* ut refert *Edictum*, quod poſuit *Archiepiſcopus Ulyſſipponenſis* tenoris ſequentis.

Edictum pro Contributione.

35 *Dom Rodrigo da Cunha, por mercè de Deos, e da Santa Sé Apoſtolica, Metropolitano Arcebiſpo de Liſboa, do Conſelho de Eſtado de Sua Mageſtade, &c. Fazemos ſaber, que conſiderando nós a preciſa obrigação, que todos os Vaſſallos deſte Reino tem de acudir, e contribuir com ſeus bens para ſe poder ſuſtentar a guerra preſente, não ſendo baſtantes as rendas do Patrimonio Real, que todas Sua Mageſtade, que Deos guarde, tem mandado applicar para eſte effeito; e como as peſſoas Eccleſiaſticas, conforme a direito, e Sagrados Canones, não ficão iſentas deſta contribuição, quando ſe trata da defenſão commua do Reino, vidas, bens, e liberdade dos Vaſſallos, não ſe podendo de preſente recorrer à Santidade de Urbano VIII. noſſo Senhor, por eſtar a guerra aberta, e os inimigos tão viſinhos, que de ordinario a eſtão fazendo a noſſas Fronteiras, ſendo os gaſtos della exceſſivos, e das armas, e outras preparações, e apreſtos, que ſe eſtão fazendo de novo, tão neceſſarios para a defenſão do Reino em commum, e em particular. De conſelho de noſſo Reverendo Cabido, Dignidades, e Conegos, noſſos Irmãos, e de noſſa Relação, mandámos paſſar a preſente, pela qual ordenamos, e mandamos a todas as peſſoas Eccleſiaſticas deſta Cidade, e Arcebiſpado, noſſos Subditos, de qualquer eſtado, e condição, que ſejão, contribuão para o dito effeito (em quanto ſe recorre a Sua Santidade) com a Decima de ſuas rendas, que ſerá taxada conforme o valor, e rendimento de ſeus Beneficios, e bens Patrimoniaes; e os pagamentos ſe farão aos quarteis na fórma do regimento, que temos mandado fazer, e a execução deſte negocio correrá neſta Cidade pelos Miniſtros Eccleſiaſticos, que para eſte effeito temos deputado, e nas Comarcas pelos noſſos Vigarios; para que aſſi a dita cobrança, e contribuição ſe faça com toda a brevidade, e diligencia, a que obriga o eſtado preſente, e ſe execute pelos modos, que mais convenientes, e ſuaves parecerem, e para que venha à noticia de todos mandàmos paſſar a preſente. Dada em Liſboa aos 15. de Novembro de 1641. Rodrigo, Arcebiſpo de Liſboa.*

RESOLUTIO LIX.

An Rex poſſit capere vaſa aurea, & argentea Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum Divino cultui dicata ad ſuccurrendum publicis Regni neceſſitatibus?

SUMMARIUM.

1 *Vaſa aurea, & argentea, & alia inſtrumenta Divini cultûs, ſunt immunia à commercio humano, & non poſſunt ad uſus humanos converti.*

2 *Idem*

2 *Idem de jure Civili prohibetur.*
Ibi. *Quare, nec vendi, nec emi, nec hypothecari poſſunt.*
3 *Res donatæ, & dicatæ Divino cultui manent in Patrimonio Chriſti.*
4 *Chriſtus eſt immunis.*
5 *Limitantur ſupra dicta in caſu urgentis neceſſitatis, quæ aliâ viâ reparari nequit.*
Ibi. *Prohibitio alienationis non includit caſum neceſſitatis.*
6 *Datâ urgenti neceſſitate bona Eccleſiæ poſſunt alienari.*
7 *Bona Eccleſiæ ſunt ad redimendos Captivos, & oppreſſos, & alendos pauperes.*
8 *Refertur textus in* Cap. Aurum 12. quæſt. 2.
9 *Idem diſponitur de jure Civili.*
10 *Reparata neceſſitate, ſunt bona integrè Eccleſiæ reſtituenda.*
11 *Nulla maior pietas, quàm patriam defendere.*
12 *Probatur reſolutio pluribus Sacræ Scripturæ exemplis de Regis Ezechiæ.*
13 *De Rege Aſa.*
14 *De Rege Joás.*
15 *Idem fecit Ludovicus II. Rex Siciliæ; & Franciſcus I. Rex Franciæ.*
16 *Idem fecerunt Reges Catholici Ferdinandus, & Eliſabeth.*
17 *Idem fecit Rex Joannes II. Portugalliæ, qui poſtea omnia bona integré reſtituerunt.*

1 VAſa aurea, & argentea, Calices, Cruces, Thuribula, & alia inſtrumenta Divini cultûs, ſunt immunia à commertio humano, & ideo non poſſunt ad humanos uſus converti: *Cap. In Sancta, de Conſecr. Cap. Veſtimenta, diſtinct.* 1. *cap. Qui ſemel* 19. *quæſt.* 3. *cap. Nulli* 12. *q.* 2. *Regul. Semel Deo dicatum, de Reg. jur. in* 6. Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 1. *q.* 10. *à num.* 1.

2 Idem etiam de jure Givili prohibetur: *L. Inter ſtipulantem, §. Sacram, ff. de Verbor. obligat. L. Locum, Cod. de Religioſ. & Sumpt. funer. Juſtinianus, in §. Nullus, & §. Sacræ Inſtitut. de Rer. diviſion. L. Sancimus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Et ideo nec vendi, nec emi, nec hypothecari poſſunt: *dict. L. Sancimus, L. Et liberi, ff. de Contrah. empt.* idem prohibetur per noſtram Regiam Ordinationem *lib.* 1. *tit.* 65. §. 63. *& lib.* 2. *tit.* 24. ubi Emmanuel Barboſ. *in Remiſſ n.* 1. *&* 2.

Ratio eſt, quia ubi primum illæ res donatæ, & dicatæ fuerunt Divino cultui, ſtatim acquiſitum fuit jus Eccleſiæ, & manſerunt in Patrimonio Chriſti; ut per Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *à num.* 3. Soar. *contr. Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 5. Gam. *deciſ.* 313. *num* 4. & ideo alienari prohibetur: ex *Cap.* 1. *de Rebus Eccleſ. non alienand. Extravag. Ambitioſæ, eod. tit.* 3

Planè Chriſtus Dominus eſt immunis. *Matth. cap.* 17. Barboſ. *dict. cap.* 39. §. 5. *num.* 5. Ergo etiam dicta bona, quæ ſunt in ejus Patrimonio: DD. *per text. in cap. Eccleſ. S. Mariæ, de Conſtitut. cap. Quæ in Eccleſiarum, eod. tit.* Barboſ. *d.* §. 5. *num.* 6. aliàs quodammodo ipſi Deo fieret injuria, ut ex juribus ſupra, & *in cap. In Sancta, dict. L. Decernimus.* 4

Limitatur tamen ſupra dicta reſolutio, in caſu urgentis neceſſitatis, quæ aliâ viâ reparari non poteſt: ex *d. L. Sancimus*, ubi Imperator præſtat rationem, ibi: *Quoniam non abſurdum eſt animos hominum, quibuſcunque vaſis, aut veſtibus præferri.* Rebuf. *in Compend. rer. Eccleſ. à num.* 75. Themud. *deciſ.* 309. *n.* 11. *&* 12. quia prohibitio alienationis non includit caſum neceſſitatis: ex *L. Alienationis ff. Famil. herciſcund. L. Divus, ff. de Petit. hæred. L. Mulier, §. Si hæres, ff. Ad Trebel.* cum aliis per Themud. *deciſ.* 309. *num.* 5. *ad fin.* Barboſ. *in cap.* 1. *num.* 3. *de Pignorib.* 5

Datâ enim urgenti neceſſitate, bo- 6

bonis Eccleſiæ uti poteſt, & poſſunt vendi, & alienari: *dict. L. Sancimus.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. caſ. 172. num. ult.* Maſcard. *de Probat. Concluſ. 277. à num. 7.* Phœb. *2. part. deciſ. 181. num. 10.* & ita habetur in pluribus Legibus Caſtellæ relatis per Themud. *deciſ. 309. n. 11.* Afflict. *in Rubr. Quæ ſunt regalia, num. 88. & 92.* Cevalh. *Commun. quæſt. 578. num. 5.* Cynus, & alii, quos remiſſivé refert Cabed. *2. part. deciſ. 44. num. 13.* Roland *Volum. 2. Conſil. 1. num. 47.* Petrus Gregor. *Sintagm. juris, part. 1. lib. 2. cap. 28. num. 4.* Covar. *Var. lib. 2. cap. 16. num. 8. & à num. 12.* Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 299. & num. 319. Verſ. Comprueba-ſe.* Marth. *de Juriſdict. 4. part. caſ. 10. num. 3. & 4.* Themud. *p. 1. deciſ. 93. à num. 8. & 3. p. deciſ. 309. per tot.* Barboſ. *in dict. cap. 1. de Pignorib. num. 3.*

7 Bona enim Eccleſiæ ſunt ad redimendos Captivos, & oppreſſos, & ad alendos pauperes, prout conſtat in exemplis, de quibus Maſcard. *d. Concl. 277. num. 7.* DD. per *text. in cap. Apoſtolicos, cap. Sacror. cap. Aurum 12. quæſt. 2.* ubi Divus Ambroſius, acriter reprehendit Epiſcopos, qui bona Eccleſiæ, & vaſa aurea, in operibus pietatis, pauperum, & Captivorum, non expendunt, qui textus, quia eſt aureus in materia, refertur.

Textus in cap. Aurum 70. cauſ. 12. quæſt. 2.

8 *Aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de Templo Domini Aſſyrii ſuſtulerunt? Nonne melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis. Nonne dicturus eſt Dominus: Cur paſſus es tot inopes fame emori Et certè habebas aurum, unde miniſtraſſes alimoniam. Cur tot Captivi deducti in commercium ſunt, nec redempti ab hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat ut vaſa viventium ſervares quàm metallorum. His non poſſet reſponſum referri. Quid enim diceres? Timui nè Templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet: Aurum Sacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus Sacramentorum redemptio Captivorum eſt. Et veré illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus Theſaurus eſt Domini, qui operatur, quod ſanguis ejus operatus eſt.* Et poſt pauca. *Nemo enim poteſt dicere: Cur pauper vivit? Nemo poteſt quæri, quia Captivi redempti ſunt? Nemo poteſt accuſare, quia Templum Dei ædificatum eſt? Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt? Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorum eſt? In his tribus generibus, vaſa Eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus eſt, ut de Eccleſia myſtici poculi forma non exeat; nè ad uſus nefarios Sacri Calicis miniſterium transferatur. Ideo intra Eccleſiam primum quæſita ſunt vaſa, quæ initiata non eſſent; deinde comminuta, poſtremo conflata, per minutas erogationes diſpenſata egentibus, Captivorum quoque pretiis profecerunt. Quòd ſi deſunt nova, & quæ nequaquam initiata videantur, in hujuſmodi uſus, quos ſupra diximus, arbitror omnia pié poſſe converti.*

Idem etiam diſponit Imperator: 9
in *L. Sancimus, ad finem, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ſequuntur Bovadilh. *Polit. lib. 2. cap. 18. n. 293.* Menoch. *dict. lib. 2. caſ. 172. n. ult.* Themud. & Phœb. *ubi ſupr.* Barboſ. *in Collect. in dict. cap. Aurum*, ubi plures refert.

Sed, reparata neceſſitate, dicta 10
bona ſtatim ſine dilatione integré Eccleſiæ ſunt reſtituenda: ex Bobad.

dict. cap. 18. *num.* 325. Themud. *p.* 1. *deciſ.* 93. *num.* 8. *verſ. Et in Sacra, ad fin.*

11 Si ergo bona Eccleſia, & vaſa Sacra juſtè, & licitè vendi, & alienari poſſunt pro cauſa pietatis, pauperum, & Captivorum, ut reſolvunt jura, & DD. ſupra relati, à fortiori pro libertate patriæ, & totius Regni defenſione; quia nulla maior pietas, quàm patriam, Virgines, Pupillos, Viduas, & Senes defendere à morte, rapinis, violentiis, & incendiis, quæ omnia ex inimicorum invaſione ſequuntur. Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. Immunitate, lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 21. *&* 22. Themud. *dict. deciſ.* 93. *num.* 7. Valet enim argumentum de minori ad maius: ex *Auth. Multo magis, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Barboſ. *in Locis communibus, loco* 37. *num.* 1.

12 Probatur ſupra dicta reſolutio *num.* 5. multis Sacræ Scripturæ exemplis: Sanctus enim *Ezechias*, Rex Judæ, cum obſideretur per *Sennacherib*, Regem Aſſyriorum, dedit omnia vaſa Templi: *Lib.* 4. *Regum, cap.* 18. *num.* 15. ibi: *Deditque Ezechias omne argentum, quod repertum fuerat in Domo Domini, & in theſauris Regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas Templi Domini, & Laminas auri, quas ipſe affixerat, & dedit eas Regi Aſſyriorum.*

13 Idem fecit *Aſa*, Rex Judæ, ut defenderetur à *Baaſa*, Rege Iſrael, dedit enim omne aurum Templi: *Lib.* 3. *Regum, cap.* 15. *num.* 18. ibi: *Tollens itaque Aſa omne argentum, & aurum, quod remanſerat in theſauris Domus Domini, & in theſauris domus Regiæ; & dedit illud in manus Servorum ſuorum.*

14 Idem fecit *Joas*, Rex Judæ, qui miſit *Hazaeli*, Regi Syriæ, omnia ſanctificata, ut diſcederet, à Jeruſalem: *Lib.* 4. *Regum, cap.* 12. *num.* 18. ibi: *Quamobrem tulit Joas, Rex Judæ, omnia ſanctificata, quæ conſecraverant Joſaphat, & Joram, & Ochozias, patres ejus Reges Juda, & quæ ipſe obtulerat: & univerſum argentum, quod inveniri potuit in theſauris Templi Domini, & in Palatio Regis: miſitque Hazaeli Regi Syriæ, & receſſit ab Jeruſalem.*

Idem fecit *Ludovicus II.* Rex Si- 15
ciliæ, & Chriſtinianiſſimus Franciæ *Franciſcus I.* anno 1522. ut per Marth. *de Juriſdict.* 4. *p. caſ.* 10. *n.* 4.

Idem fecerunt Reges Caſtellæ 16
Ferdinandus, & *Eliſabeth* in bello contra *Alphonſum V.* Portugalliæ Regem, ſuper recuperatione Civitatis Tauri, ut per Ilheſcas *in Hiſtoria Pontificali*, 2. *p* quem refert Bovad. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 319. *in fin..* Themud. *dict. deciſ.* 93. *num.* 8.

Idem etiam fecit *Joannes II.* Por- 17
tugalliæ, quando in favorem patris *Alphonſi V.* perrexit cum Exercitu ad idem bellum, ut conſtat ex ſua *Chronica, cap.* 12. & poſtea integrè omnia reſtituit, ut conſtat ex eadem *Chronica, cap.* 181. Themud. *deciſ.* 93. *num.* 8. *pag.* 362. *col.* 2.

RESOLUTIO LX.

An Rex Chriſtianus pro ſui Regni defenſione, poſſit juvari auxilio infidelium, & cum eis inire fœdus pro Regni quiete? Et quæ concurrere debeant, ut bellum juſtum dicatur? Et an cum eis commerciari valeat, & conventicula permittere?

SUMMARIUM.

1 *Bellum, ut juſtè agi poſſit, tria debent concurrere.*

2 *Illis deficientibus bellum dicitur injuſtum, nec in illo adquiſita ſiunt capientium.*

3 *Juſtæ belli cauſæ, quæ ſint?*

4 *Pontifex* Alexander VI. *Regibus Portugalliæ conceſſit Conquiſtas ultramarinas, ut infidelibus bellum*

Digitized by Google

lum indiceret, ſi Legem Euangelicam non acceptaſſent.

5 *Bellum indici non poteſt per odium, nec cupiditatem, ſed per neceſſitatem.*

Ibi. *Bellum geritur, ut pax acquiratur.*

Ibi. *Finis belli, eſt pax.*

Ibi. *Bellum non fit, niſi quando aliter pax acquiri non poteſt.*

6 *Rex Chriſtianus poteſt auxilium implorare ab infidelibus in caſibus, in quibus juſtum bellum geritur.*

Ibi. *Quanvis bellum fiat contra Chriſtianos.*

7 *Probatur exemplo Sacræ Scripturæ.*

8 *Idem fecit* Franciſcus *Rex Franciæ, qui imploravit auxilium à* Turcis, *contra Imperatorem Carolum V.*

9 *Idem poſſunt facere Reges Chriſtiani, contra alios Chriſtianos.*

Ibi. *Cauſa immediata, & finalis attenditur, & non remota.*

10 *Rex Chriſtianus poteſt cum infidelibus inire fœdus.*

11 *Idem feceunt Iſraelitæ.*

12 *Summi Pontifices etiam pipigere fœdus cum infidelibus.*

13 *Idem fecerunt Reges Portugalliæ, & Caſtellæ.*

14 *Commertiari poteſt cum infidelibus tempore pacis.*

Ibi. *Commertium eſt de jure gentium.*

Ibi. *Arma infidelibus deferri non poſſunt, etiam tempore pacis, & treugæ.*

15 *Nunquam tamen cum eis, commertiari poteſt, tempore belli.*

Ibi. *Nec quando Princeps, cum eis commertium prohibet.*

16 *Cum hæreticis commertiari non poteſt, propter periculum perverſionis.*

17 *Probatur Sacræ Scripturæ authoritatibus.*

18 *Hæreticis non poſſunt permitti Conventicula in Regnis Chriſtianis ad celebrandos ſuos Ritus.*

Ibi. *Conventicula ſunt prohibita de jure Divino.*

Ibi. *Conventicula hæreticorum, & domus, in quibus celebrantur, devaſtantur, & cremantur.*

Bellum, ut juſtè agi poſſit, tria debent concurrere. Primò, authoritas Principis Supremi, qui illud debet indicere. Secundò, juſta cauſa ad illud faciendum. Tertiò, bona intentio, & finis, propter quem agitur: DD. per *text. in L. Ex hoc jure, ff. de Juſt. & jur. L. 3. ff. ad L. Juliam Magiſt. L. Neminem. Cod. de Re Milit.* D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 40. *art:* 1. *in Corpore.* Plures per Menoch. *lib. 6. Præſumpt.* 96. *num.* 5. Gail *de Pace public. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. 6. 9. & 21. Marth. *de Juriſd. p.* 1. *cap.* 39. *à num.* 9. Barboſ. *lib.* 1. *conſ.* 38. *n.* 6. Innoc. *in cap. Quod ſuper, de Voto, n.* 8. Covar. *in Regul. peccatum,* 2. *p.* §. 9. *à princip.* & 10. Bovadilh. *Polit. lib.* 4. *cap.* 2. *à num.* 7. Themud. *p.* 1. *deciſ.* 93. *n.* 33. & 34. DD. per *text. in cap. Quid culpatur* 23. *quæſt.* 1. *cap. Julianus* 11. *q.* 3. Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 1. *quæſt.* 21. *n.* 44. Barboſ. *tom.* 6. *in Addit. ad Decretum, in cap. Juſtum* 23. *quæſt.* 2. 1

Deficientibus his requiſitis, bellum dicitur injuſtum, ut per DD. ſupra, & bona in eo acquiſita non fiunt capientium, prout fiunt in bello juſto: ex *Cap. Jus gentium, diſt.* 1. *L. Hoſtes, L. Si quid in bello, ff. de Capt. & poſtlim.* Plures per Covar. *in d. Regul. Peccatum,* 2. *p.* §. 11. *à n.* 1. 2

Juſtas belli cauſas referunt Menoch. *dict. lib.* 6. *Præſumpt.* 96. *n.* 6. Gail *dict. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 40. Marth. *p.* 1. *cap.* 39. *n.* 14 Covar. *d. Reg. Peccatum,* 2. *p.* §. 9. *à n.* 3. & §. 10. *à n.* 1. Scilicet ob propriam, & patriæ defenſionem, ob recuperationem bonorum occupatorum, & pro propulſanda injuria contra Subditos contumaces, & rebelles, contra Turcas, inimicos Eccleſiæ Romanæ, contra occupantes terras Chriſtianorum, & eo- 3

eorum Conquiſtas, & in omnibus caſibus, in quibus per Sacram Scripturam indictum eſt bellum, quos refert Marth. *d. cap.* 39. *n.* 14. Addens *n.* 15. bellum juſtum, dici illud, quod fit in ſimilibus caſibus, qui in Chronicis reperiuntur, ut pro raptu mulierum, prout in raptu Helenæ, propter quam Græci ingentem compararunt claſſem, & pugnarunt per ſpatium decem annorum ſex menſium, & duodecim dierum: *Æneid. lib.* 2. ibi: *Non anni domuere decem, non mille carinæ*, & in illo corruerunt ex Græcis 886. millia, & ex Troianis 676. millia; ut per Marth. *dict. cap.* 39. *num.* 15.

4 Ob eandem rationem Summus Pontifex *Alexander VI.* & alii Pontifices conceſſerunt Regibus hujus Regni Conquiſtas ultramarinas, & ut infidelibus bellum indicerent, ſi Legem Euangelicam non acceptaſſent: ex Cabed. 2. *p. deciſ.* 47. *à n.* 1. Phœb. 2. *p. deciſ.* 184. *n.* 8. Barboſ. *in Collect. deciſion. verb. Rex*, *n.* 6. Oliv. *de Foro Eccleſ. p.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 52. *&* 55. Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 9.

5 Bellum indici non debet per odium, nec cupiditatem, ſed per neceſſitatem: ex *text. in cap. Noli* 23. *q.* 1. ibi: *Pacem habere voluntatis eſt, bellum autem debet eſſe neceſſitatis, ut liberet Deus à neceſſitate, & conſervet in pace; non enim pax quæritur, ut bellum exerceatur, ſed bellum geritur, ut pax acquiratur.* Maced. *deciſ.* 80. *n.* 4. Pax enim eſt finis belli; ut per Cæpol. *lib.* 2. *Conſil.* 31. *n.* 25. Gail *de Pace public. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 19. *&* 21. Bovadilh. *Polit. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 18. *& lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 7. nec fieri debet, niſi quando aliter pax acquiri non poteſt; ut per DD. ſupra Alciat. *Emblem.* 178. ibi:

Arma procul jaceant: fas ſit tunc ſumere bellum,
Quando aliter pacis non potes arte frui.

6 In omnibus caſibus, in quibus juſtum bellum geritur, poteſt Rex Chriſtianus ab infidelibus auxilium implorare in ſui Regni defenſionem, & vice verſa; ut per Oldrad. *Conſil.* 71. *à num.* 1. & per Lancelot Conrad. *in Templo omn. Judic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *verbo*, *Infideles*, *n.* 1. *fol.* 79. *verſ.* Cæpol. *lib.* 2. *Conſil.* 31. *n.* 34. *&* 35. ubi ponit varia exempla. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 93. *à n.* 20. *& ibi n.* 28. refert ex *Oldrado*, & aliis, quòd Chriſtiani Principes, etiam contra Chriſtianos licitè poſſunt in bello juſto ab infidelibus auxilium implorare. Tanta eſt vis defenſionis, quæ provenit à jure naturali, & ideo vis vi repelli poteſt: ex *L.* 1. §. *Vim vi*, *ff. de Vi*, *cap.* 2. *de Homicid. cap. Dilecto*, *de Sentent. Excommunic. in* 6. Themud. *dict. deciſ.* 93. *n.* 29. Barboſ. *ubi ſupra num.* 8. Salſed. *dict. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 23. *& à n.* 24.

Quod probatur ex Sacra Scriptura *IV. Regum*, *cap.* 16. *num.* 7. ubi Achaz Rex Jeruſalem imploravit auxilium Regis Aſſyriorum contra Regem Syriæ, & Iſrael, cujus poſtulationibus Rex Aſſyrius acquievit, & devaſtavit Damaſcum. 7

Idem fecit *Franciſcus* Rex Franciæ, qui imploravit auxilium à Turcis, & à Barbaroxa contra Imperatorem Carolum V. ut per Fr. Prudentium à Sandoval *in Chronic. dict. Imperatoris* 2. *p. lib.* 25. §. 48. 8

Idem etiam poſſunt facere Reges Chriſtiani, qui poſſunt ab infidelibus, hæreticis, & Schiſmaticis auxilium implorare, etiam contra Chriſtianos, data urgenti neceſſitate; tunc enim non in aliorum Chriſtianorum injuriam hoc faciunt, ſed in propriam defenſionem: ex Themud. *d. deciſ.* 93. *n.* 39. quia in quacunque materia attenditur cauſa immediata, & finalis, & non remota: ex *L.* 1. ibi: *Prima enim ratio*, *ff. de Authoritat. Tutor. L. Verum* 40. *ff. de Furt. cap. Cum voluntate*, *de Sentent. Excommunicat. cap.* 3. *de Re judicat. in* 6. Phœb. *deciſ.* 24. *num.* 4. Surd. *Conſil.* 9

Conſil. 64. n. 6. & Conſil. 67. num. 31. *& Conſil.* 217. *num.* 4. *&* 5. Gratian. *Forenſ. cap.* 96. *num.* 27. *&* 28.

10 Ob eandem cauſam poteſt Rex Chriſtianus cum infidelibus inire fœdus, patet ex Sacra Scriptura Joſue *cap.* 9. & 10. ubi Joſue Hebræorum Princeps inivit fœdus cum Gabaonitis infidelibus, & pro ipſis infidelibus bellum geſſit, & ob maius malum vitandum: Salſed. *d. cap.* 3. *à num.* 15.

11 Idem fecerunt Iſraelitæ 1. *Regum*, *cap.* 37. qui pepigerunt fœdus cum Amorrhæis infidelibus, & Rex David cum Achis Rege Geth infideli, & obtulit ſe ei auxilium præſtare, & Judas Machabæus cum Romanis gentilibus, & infidelibus.

12 Summi etiam Pontifices pepigerunt fœdus cum infidelibus, ut legitur de *S. Gregorio* Papa, qui cum Longobardis fœdus iniit, & *Leo I.* cum Attila Rege Hunnorum; Imperator Juſtinianus cum Porcis, & Imperator Maximilianus cum Turcis; pro ut refert Themud. *deciſ.* 93. *num.* 32.

13 Quare nihil nimium, ſi Rex Portugalliæ iniit fœdus cum Anglicanis hæreticis, & Schiſmaticis, quia idem etiam fecit Rex Caſtellæ cum eis, quando hujus Regni erat occupator, & poſt Regni acclamationem, illud etiam fecit peſſimis conditionibus cum Olandiæ Statibus, ut notum eſt: plura exempla adducit Salſed. *de Leg. Politic. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 1. 2. *&* 4. aſſerens poſſe fieri confederationes cum infidelibus, ſi ex eis periculum Religioni non reſultet, non tamen ſi reſultet, *num.* 3. *&* 5.

14 Et, quanvis cum infidelibus commertiari poſſit tempore pacis, quia commertium eſt de jure gentium: ex *L. Ex hoc jure*, *ff. de Juſt. & jure*, ubi Benedictus Ægid. *cap. Poſt miſerabilem*, ibi: *Tam in mercimoniis*, *& cap. Quanto*, *de Uſuris*. Cœpol. *lib.* 2. *Conſil.* 31. *à num.* 28. *&* 36. dummodo etiam tempore pacis eis arma non portentur: ex *Cap. Ita quorundam*, *de Judicis*, ubi ſimpliciter prohibetur, & ita etiam intelligitur *L.* 2. *Nemo*, *Cod. Quæ res exportari non debeant* per rationem, ibi: *Nè validiores contra Chriſtianos his armis reddantur*: & ex rationibus adductis per Cœpol. *dict. Conſil.* 31. *à num.* 25. *& à n.* 41. nec etiam tempore treugæ: ex Cœpola *proximè*, *à num.* 20. Ordinat. noſtra Reg. *lib.* 5. *tit.* 109. *in princip. &* §. 3. Cabed. 2. *p. deciſ.* 111. *n.* 1. *&* 2. Gam. *deciſ.* 384. Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 1. *q.* 2. *n. ult.* Barboſ. *in cap. Significavit*, *n.* 2. *de Judiciis.*

Nunquam tamen, cum eis com- 15
mertiari poteſt tempore belli: ex *Cap. Quod olim*, *de Judæis*, ibi: *Quandiu inter nos, & illos guerra duraverit. L. Hoſtes*, *ff. de Captiv. L. Quos nos hoſtes*, *ff. de verb. Signif.* Cœpol. *lib.* 2. *cap.* 31. *à num.* 2. Cabed. *dict. deciſ.* 115. *à num.* 1. Ordinat. Luſitan. *lib.* 5. *tit.* 109. §. 3. ibi: *Durando a guerra*, vel quando, cum eis Princeps commertium prohibuerit: DD. *per text. in d. L. Mercatores*, *Cod. de Commertiis.* Barboſ. *in dict. cap. Quod olim*, *à num.* 1. *de Judæis.*

Nec etiam cum eis, nec hæreticis 16
communicari poteſt propter periculum perverſionis; ita Textus in *Cap. Sæpè cum ſeqq.* 28. *q.* 1. *Cap. Non liceat.* 1. *q.* 1. *Cap. Ad menſam* 11. *q.* 3. Cœpol. *d. Conſil.* 31. *n.* 40. Barboſ. *in cap. Ad hæc*, *n.* 12. *de Judæis.*

Quod probatur multis Sacræ Pa- 17
ginæ authoritatibus: S. Joannis *Epiſtol.* 2. *num.* 9. ibi: *Omnis, qui recedit, & non permanet in Doctrina Chriſti, Deum non habet; qui permanet in doctrina, hic & Patrem, & Filium habet: ſi quis venit ad vos, & hanc doctrinam, non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis, qui enim dixit illi Ave, communicat operibus ejus malignis.* S. Pauli *ad Corinth. cap.* 5. *num.* 12. ibi: *Cum hujuſmodi, nec cibum ſummere*; *&* 2. *ad Theſſalon. cap.* 3. *num.* 6. ibi: *Denunciamus autem vo-*

Digitized by Google

vobis fratres, in nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundùm traditionem, quam acceperunt à nobis. Et ad Roman. *cap.* 16. ibi: *Declinate ab eis.*

18 Nec eis poſſunt permitti Conventicula in Regnis Chriſtianis ad celebrandos ſuos Ritus, & Ceremonias; ſunt enim Conciliabula: ex *Cap. Clericis* 24. *q.* 3. & ſunt prohibita de jure Divino, & jubentur deſtrui, & cremari ex *Deuter. cap.* 12. *num.* 2. ibi: *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes*; & ibi: *Diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite, diſperdite nomina eorum de locis illis.* Et ita exequitur per Reverendiſſimos Inquiſitores contra hæreticam pravitatem: ex Directorio Inquiſit. 3. *part. q.* 43. *pag. mihi* 621. ubi ponitur formula Sententiæ, qua domus, in quibus talia Conventicula celebrantur, aut hæretici reperti ſunt, dirui, & devaſtari jubentur. *Et* 2. *part. fol.* 9. *verſ. & fol.* 23. *in fin.* refert Bullas *Innocentii IV.* in materia.

RESOLUTIO LXI.

An Prælati vocati per Regem teneantur venire? Et an poſſit eos Rex in Regni regimine occupare?

SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopi, & Epiſcopi vocati per Regem, tenentur venire, & ejus juſtis mandatis obtemperare.*
2 *Ita contigit de facto anno* 1638.
3 *Si eodem tempore vocetur à Rege, & à Metropolitano, tenetur potiùs Regi obedire.*
4 *Si tamen eodem tempore vocetur à Rege, & à Papa, tenetur potiùs Papæ obedire.*
5 *Epiſcopis venientibus, tenetur Rex eis aſſurgere capite inclinato, & honorare.*
6 *Debet eos ad dextram collocare.*
7 *Si Epiſcopi ad vocationem Regis venire recuſaverint, & fuerint rebelles, & ſeditioſi, poteſt eos à Regno ſuo expellere, & eorum bona, & temporalitates occupare.*
8 *Rex poteſt eos præficere in tribunalibus, in Reipublicæ utilitatem.*
9 *Reſidentia Prælatorum eſt de jure Divino.*
10 *Prælati excuſantur à reſidentia, propter Chriſtianam charitatem.*
11 *Propter urgentem neceſſitatem, & debitam obedientiam.*
12 *Et propter evidentem Eccleſiæ, & Reipublicæ utilitatem.*
13 *Poſſunt abeſſe ultra tres menſes, data licentia Pontificis, aut Metropolitani in ſcriptis.*
14 *Prælatus poteſt abeſſe ſine licentia Metropolitani, quando neceſſitas urgens id poſtulat.*

Archiepiſcopi, & Epiſcopi vocati per Regem tenentur venire, ejuſque juſtis mandatis obtemperare; generale enim eſt Eccleſiaſticas perſonas Regibus ſubeſſe ratione domicilii, & ad eorum vocationem accedere in tangentibus ad regimen, Regem, Regnum, & ad ordinem poteſtatis: ita pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. *à n.* 267. Boer. *deciſ.* 17. *num.* 1. Domn. Roder. à Cunha in *Collect. ad cap. Si quis Epiſcopus, n.* 2. *&* 4. *diſt.* 18. Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.* 4. *n.* 3. *& cap.* 12. *n.* 5. *& in tit. de Concord. fol.* 268. *n.* 222. Dian. *p.* 1. *tract.* 2. *de Immunit. Eccleſiaſt. reſol.* 17. *& tract.* 3. *de Parlam. reſol.* 23. Ordinat. noſtr. Reg. *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6. *verſ. E quando os Prelados.* Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. 1

Ita contigit de facto anno 1638. Archiepiſcopo Primati Bracharenſi *D. Sebaſtiano de Mattos de Noronha*, & Archiepiſcopo Ulyſſipponenſi *D. Roderico à Cunha*, & Archiepiſcopo Eborenſi 2

renſi *D. Joanni Coutinho*, qui vocati à Rege Caſtellæ in Curiam Matritenſem in dicto anno ſtatim abierunt; & Epiſcopo Portuenſi *Domn. Gaſpar do Rego da Fonſeca.*

3 Ampleatur, quòd, ſi eodem tempore Epiſcopus vocetur à Rege, & à Metropolitano, tenetur potius Regi obedire: ita pluribus relatis Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 271. *&* 272. Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 61. *& ibi Gloſſ. verbo, Arçobiſpos, litera A.* ubi plures refert DD. per *text. in dict. cap. Si quis Epiſcopus*, & ibi Gloſſ. *verb. Præceptione Regia, diſt.* 18. ubi D. Roder. à Cunha, *num.* 4. *& in cap. Si vobis*, & ibi Gloſſ. *verbo, Vocati, & in cap. Reprehenſibili*, & ibi Gloſſ. *verbo, Orationibus* 23. *quæſt.* 8. *& in cap. Cum parati*, & ibi Gloſſ. *verbo, In legatione Regis, de Appellat.* Plures per Marth. *de Juriſdict.* 4 *p. Cent.* 1. *caſ.* 18. *à num.* 2. Salſed. *dict. cap.* 12. *num.* 8. Quidquid in contrarium dicat Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *q.* 41. *à num.* 27.

4 Si tamen Epiſcopus vocetur à Rege, & à Papa eodem tempore, tenetur potiùs Summo Pontifici obedire, tam ratione honoris, quàm juriſdictionis, ut per Gloſſ. *verbo, In legatione, in fine, in dict. cap. Cum parati, de Appellat.* Plures per Marth. *dict. caſu* 18. *num.* 22. Bobadilh. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 61. *poſt medium.* ubi plures refert *in Gloſſ. liter. C.* Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 41. *n.* 22. Salſed. *dict. cap.* 12. *num.* 8. Si verò Rex, & Papa diverſa mandent, cui obediendum eſt? Vide Salſed. *ibi à num.* 13.

5 Rex autem, ipſis venientibus, eos honorare debet, & eis aſſurgere capite inclinato: ex *cap. Valentinianus, diſt.* 66. ibi: *Cui etiam nos, qui gubernamus Imperium, ſyncerè noſtra capita ſubjicimus. Cap. Solitæ, de Maiorit. verſ. Hæc autem*, ubi Innocentius III. reprehendit Imperatorem, per rationem, ibi: *Hæc autem ſi prudenter attenderet Imperatoria celſitudo, non faceret, aut permitteret Conſtantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem, & honorabile membrum Eccleſiæ juxta ſcabellum pedum ſuorum, ſiniſtra parte ſedere; cum alii Reges, & Principes Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſuis (ſicut debent) reverenter aſſurgant, & eis juxta ſe venerabilem ſedem aſſignent. Cap. Novit* 13. *verſ. Nos igitur, de Judicib.* Lancelot Conrad. *in Templo Judic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *in princip. num.* 4.

Quare eos debent ad dexteram 6 collocare, ut per textum ubi proximè *in dict. cap. Solitæ*, ubi DD. Coercit. *de Poteſt. Reg.* 4. *part. q.* 59. Gloſſ. *verbo, Reſidendi*, ubi Bald. *Notab.* 3. *in L. Decernimus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Lancelot. Conrad. *in Templo Judic. lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *in princip. num.* 11. *& lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *dict. num.* 4. Caſan. *in Cathalog. Gloriæ mundi*, 4. *part. conſid.* 25. Bobad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 12.

Si verò vocati venire recuſaverint, & fuerint rebelles, & inobedientes, & ſeditioſi, tunc Rex eos, non ex vi, & poteſtate juriſdictionis, ſed ex vi poteſtatis politicæ poteſt eos à Regno expellere, & eorum bona, & temporalitates occupare; ut pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 2. *à n.* 274. Bobad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 62. Emmanuel Barboſ. *ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 4. Cevalh. *de Cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 77. *& & quæſt.* 100. *num.* 4. Themud. *deciſ.* 106. *num.* 13. *&* 15. Barboſ. *in Collect. in L. Quicunque, Cod. de Epiſcop. & Cleric. n.* 2. ubi plures refert Salſed. *dict. cap.* 12. *num.* 6. 7

Ob evidentem Regni, & Reipublicæ utilitatem poteſt eos Rex præficere in Præſidentiis Conſiliorum, & in Regni regimine occupare, ſi alii ſatis idonei non reperiantur, eorum enim conſilio melius Reſpublica gubernatur, ut docet experienta, ita ex aliis, quos refert Bo- 8

Bobad. *dict. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 31. & 32. & *cap.* 18. *num.* 99. Cevalh. *Commun. quæſt.* 585. *ſub num.* 7. & 8. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 53. *à num.* 15. Diana *tract.* 10. *de Immunitat. Eccleſ. reſolut.* 5. Salſed. *dict. cap.* 12. *â num.* 20. & *à num.* 36. & *num.* 40. & *num.* 45. refert Reges, qui eos in Regni regimine occuparunt, & *à num.* 49. *verſiculo*, *Quare*, & *à num.* 87.

9 Quanvis enim reſidentia Prælatorum ſit de jure Divino: ex Concil. Trident. *Seſſ.* 23. *cap.* 1. *in princip. de Reformat.* ubi plures refert Barb. *in Collect. num.* 3. Cevalh. *dict. quæſt.* 585. *in principio.* Salgad. *de Protect. Regia*, 2. *part. cap.* 15. *num.* 12. Nihilominus tamen in quatuor caſibus, in eodem Concilio expreſſis, excuſantur à reſidentia, ex interpretatione legali *Concilii Tridentini*: Salſed. *dict. cap.* 12. *num.* 35. & *n.* 53. & *à num.* 68.

10 Primus. Chriſtiana charitas: Barboſ. *in Collect. ad Trident. dict. cap.* 1. *n.* 8. & *de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 80. & *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 53. *n.* 6. Leſſius *de Juſt. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. *n.* 156. Salſed. *d. cap.* 12: *à n.* 33.

11 Secundus. Urgens neceſſitas: Barboſ. *ad Trident. dict. cap.* 1. *num.* 9. & *de Jur. Eccleſ. d. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 81. & *dict. alleg.* 53. *num.* 7. Leſſ. *ubi ſupra.* Tertius, debita obedientia: Barboſ. *in Collect. ad Trident. dict. cap.* 1. *num.* 10. & *de Jure Eccleſiaſt. d. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 82. & *alleg.* 53. *num.* 10. Leſſ. *ubi ſupr.* & propter hanc, poſſunt etiam creari Legati à Regibus, & plura exempla refert Salſed. *dict. cap.* 12. *num.* 65. & 66. prout etiam à Papa. Vide exempla per eundem Salſed. *dict. cap.* 12. *num.* 71.

12 Quartus. Evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas: Barboſ. *in Collectan. ad Trident. dict. cap.* 1. *n.* 12. & *Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 84. & *dict. alleg.* 53. *num.* 14. & 15. Leſſ. *de Juſtit. ubi ſupr.*

13 Propter has cauſas à dicto Concil. Tridentino approbatas, poſſunt licitè abeſſe, ſi evidens utilitas Eccleſiæ, vel Reipublicæ id poſtulet, etiam ultra tres menſes ab eodem Concilio conceſſos: ex Barboſ. *dict. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 85. Dummodo præcedat Summi Pontificis licentia, vel Metropolitani, data in ſcriptis, coram quo juſtæ cauſæ abſentiæ juſtificandæ ſunt: ex eodem Concilio Tridentino *dict. cap.* 1. ubi Barboſ. *in Collect. n.* 13. & 14. Cevalh. *dict. quæſt.* 585. *num.* 10. Leſſ. *de Juſtit. ubi ſupra.*

Si tamen neceſſitas fuerit tam ur- 14
gens, ut nec etiam ad Metropolitanum recurri poſſit pro licentia obtinenda, poteſt Prælatus recedere ea non obtenta: ex Barboſ. *in Collect. ad cap.* 1. *num* 15. quam tenetur poſtulare, ſi abſentia ſit (ultra dictos tres menſes à Concilio conceſſos) duratura, prout Epiſcopus Portuenſis *D. Gaſpar do Rego da Fonſeca*, eam poſtulavit à Metropolitano Bracharenſi, quando anno 1637. fuit vocatus à Rege Caſtellæ in Curiam Matritenſem, quam ei dictus Metropolitanus *Domn. Sebaſtianus de Mattos de Noronha* in ſcriptis remiſit jam in illa Curia exiſtenti, & eam dictus Epiſcopus mihi oſtendit cum quadam doctiſſima allegatione ſuper juſtificatione ſuæ abſentiæ, quam originaliter in mea habeo poteſtate.

RESOLUTIO LXII.

An Beneficia juris Patronatûs Regii conferri poſſint deſcendentibus ex Hebræis?

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentes ex Hebræis converſis ad Fidem ſunt admittendi ad Beneficia*,

Digitized by Google

neficia, & honores Reipublicæ, ſicut cæteri Chriſtiani.
2 Probatur exemplo Chriſti Domini.
3 Exemplo Apoſtolorum.
4 Ex variis Epiſtolis Divi Pauli.
5 De Jure Canonico, & n. 6. & 7.
8 Extravagantibus Joannis XXII. & Nicolai V. & num. 9.
10 Per Concilia Baſileæ, & Toleti.
11 Ex authoritate Divi Thomæ.
12 Ex authoritate Divi Hieronymi.
13 Ex authoritate plurimorum DD.
14 Per exempla Summorum Pontificum.
15 Probatur ab incommodo.
16 Limitantur ſupra dicta in Regno Portugalliæ, propter privilegia Apoſtolica de puritate ſanguinis.
17 Breve Sixti V.
18 Illud ampliavit poſtea Clemens VIII. & Paulus V.
19 Virtute horum privilegiorum ſe opponit Rex, & Procurator Coronæ proviſionibus Apoſtolicis expeditis contra eorum formam.
20 Epiſtola Regis ad Gubernatores Regni.
22 Epiſtola Regis Joannis IV. ad Capitulum Vizenſe.
23 Capitulum Vizenſe habet Statutum de puritate ſanguinis.
24 Contra formam dicti Privilegii, & Statuti reſignavit Archipresbyter, & reſignatarius impetravit diſpenſationem.
25 Contra reſignatarium Procurator Coronæ obtulit libellum deſnaturaliſationis.
Ibi. Pontifex non derogat Privilegiis conceſſis ad inſtantiam Regum.
26 Nec conceſſis Regi non ſubdito in temporalibus.
27 Pontifex non turbat privilegia conceſſa in favorem publicum, & Regum.
29 Sententia Coronæ.
30 Breve Clementis VIII. & aliud Pauli V.
31 Beneficia vacantia per hæreſim, ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervata.
32 Non tamen ſi ſint juris Patronatûs Regii, ſecularis, & mixti.
33 Si verò ſint liberæ collationis, & Patronatûs Eccleſiaſtici, proviſio in deſcendentibus ex Hebræis eſt nulla, & Sedi Apoſtolicæ reſervata.

DEſcendentes ex Hebræis con- 1
verſi ad Fidem Catholicam ſunt admittendi ad Beneficia, & honores Reipublicæ, ſicut cæteri Chriſtiani, ſecundùm doctrinam Euangelicam, Sacros Canones, Concilia generalia Eccleſiæ Catholicæ, & generalem doctrinam Sanctorum Patrum, & DD. judicantium, eſſe inæqualitatem, & ingratitudinem eos excludere à Beneficiis, & Officiis Chriſtianæ Reipublicæ, ſi ſint Fide puri, nè aliàs diſcordiæ, & controverſiæ oriantur; ut refert ex aliis Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 2. Gloſſ. 17. à n. 19.* oſtendens *à n. 22.* prohibitiones in contrarium eſſe in odium converſorum, & contra jus commune, *& à n. 29. & in Votis lib. 3. vot. 93. concl. 2. à n. 47. & de Canonic. cap. 3. n. 27.* Quæ omnia probantur ex ſequentibus.

Primò. Ex authoritate Sacræ Scrip- 2
turæ, & exemplo Chriſti Domini, cujus actio eſt noſtra inſtructio, ut inquit D. Petrus *Epiſtol. 1. cap. 2.* qui volens fundare ſuam Eccleſiam, elegit duodecim perſonas ex natione Judæorum: *Lucæ cap. 6. n. 13.* & ex illis elegit Petrum in Eccleſiæ Catolicæ Pontificem: Matth. *cap. 16. n. 19. cap. In novo, diſt. 21. & in cap. 9. Actorum Apoſt.* elegit Paulum in Apoſtolum, & Gentium Doctorem: *Lucæ cap.* 10. elegit ſeptuaginta duos Diſcipulos etiam natione Hebræos, ut refert Gloſſ. *verb. Judæus, in cap. Eam te, 7. de Reſcriptis.* Omnes enim erant benemeriti. Ergo exemplo Chriſti, non debent deſcendentes ex Hebræis excludi ab officiis Reipublicæ, & à Beneficiis, ſi fuerint probatæ vitæ, & benemeriti.

Secundò. Quia etiam Apoſtoli, 3
exemplo Chriſti Domini elegerunt

Matthiam natione Judæum, *Actorum Apoſt. cap. 1. in fin. & cap. 6.* elegerunt ſeptem Viros ejuſdem nationis, ſapientiâ plenos; & Divus Petrus præſtat rationem, *Actorum cap. 10. n. 35.* ibi: *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Dominus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi, ſive ſit Græcus, ſive Gentilicus, ſive Judæus.*

4 Idem dicit D. Paulus ad Romanos *cap. 10. num. 12.* ibi: *Non eſt diſtinctio Judæi, & Græci; & in cap. 2. ejuſdem Epiſtolæ num.* 10. dicit, quòd honores dari debent operanti bonum, quin attendatur, an ſit Judæus, vel Græcus, ibi: *Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum Judæo primum, & Græco; non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum*; & in Epiſtola ad Titum *Cap. 3. n. 8.* nè de ſua genealogia, & deſcendentia faceret æſtimationem, & quod totum negotium conſiſtebat in bonis operibus. Et in Epiſtola ad Epheſios *Cap. 2. à n. 12.* dicit, Chriſtum Dominum ſanguinem effudiſſe, ut pacem iniret intra Populum Judaicum, & Gentilicum, ut eos in una fide, & charitate uniret. Ergo, ſi deſcendentes ex Hebræis ſunt converſi, & fidem Catholicam profitentur, & ſunt uniti cum Chriſtianis in eadem fide, non poſſunt eis omnia conceſſa Fidelibus denegari.

5 Tertiò. Probatur de jure Canonico *in cap. Eam te, 7. de Reſcriptis*, ubi Alexander III. literis inſignis, reprehendit Epiſcopum, quia non admiſit ad Præbendam, quendam converſum ex Judaiſmo ad Fidem Catholicam, & præſtat rationem, ibi: *Pro eo verò, quod Judæus extiterit ipſum dedignari non debes.* Barboſ. *d. lib. 3. vot. 93. n.* 50. Immò potius dignus erat favore: ex *Cap. Ipſa pietas 23. q. 4.*

6 Idem etiam diſponitur in *Cap. Ad decorem, de Inſtitutionib.* ubi Innocentius III. etiam literis inſignis reprehendit Patriarcham Conſtantinopolitanum, quia in Beneficiorum proviſione faciebat differentiam inter Nationes, ibi: *Non attendens, quòd in omni gente, qui facit juſtitiam, acceptus eſt Deo*; & præcepit, ut indiſtinctè eligiſſet idoneos, ex quacumque Natione, ibi: *Mandamus quatenus moneatis eundem, ut Viros literatos, & alios idoneos, undecunque originem duxerint, in prædictis Eccleſiis, & maximè in maiori inſtituere non poſponat.* Barboſ. *dict. vot. 93. n. 54.*

Idem etiam diſponitur in *Cap. Venerabilis 37. verſ. Nos igitur, de Præbendis*, ubi Gregorius IX. etiam reprehendit acceptionem perſonarum, ibi: *Nos igitur attendentes, quòd non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas gratum Deo faciunt*; & ibi: *Eo, quòd non eſt acceptio perſonarum apud ipſum.* Barboſ. *dict. vot. 93. n. 52. & 53.* 7

Idem etiam diſponitur in *Extravag. 2. de Judæis inter communes*; ubi Joannes XXII. dicit, his converſis ex Hebraiſmo, & eorum filiis, maiores honores, & favores faciendos, & maiori ratione eis, qui per ſe, patres, & Avos Fidem Catholicam ſemper conſervarunt; & comprobat Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 2. Gloſſ. 17. num. 12.* cum mutis Sacræ Paginæ authoritatibus. 8

Quare Summus Pontifex Nicolaus V. per quandam Bullam, de qua Mariana *in Hiſtoria Latina lib. 22. cap. 8.* quam tranſcripſit Barboſ. *d. lib. 3. vot. 93. n. 47.* decrevit, omnes deſcendentes ex Hebræis, ad Fidem converſos, admittendos eſſe ad honores, & dignitates, ad quas cæteri Chriſtiani admittuntur; aliàs contrarium eſſet contra pacem Chriſtianam, & ad ſcandalizandos proximos, contra doctrinas Apoſtolicas. 9

Quartò. Probatur per Concilium Baſileæ, *ubi Seſ. 19.* decretum eſt omnes converſos deſcendentes ex Hebræis admittendos ad honores, & dignitates, ex eo, quia per baptiſmum ſpiritualiter naſcebantur: Barboſ. *d. lib. 3. vot.* 10

vot. 93. *num.* 57. Idem etiam decretum eſt in Concilio *Toletano* 16. in quo convenerunt, ut per Marian. *lib.* 6. *cap.* 18. *ad finem.* Barboſ. *dict. vot.* 93. *num.* 58. quem vide *in Collect. ad cap. Conſtitutus, de Purgat. Canon.*

11 Quintò. Probatur ex authoritate Divi Thomæ *in Commentar. Epiſt.* 2. *ad Galatas*, ubi *Lect.* 2. dicit, quód dare alicui Beneficium ratione ſanguinis, & qualitatis eſt peccatum acceptionis; & *Opuſculo* 17. *cap.* 4. reprehendit eos, qui cum ſua doctrina impediverunt converſos ex Hebræis ingredi Religionem, præſtans rationem: quia ſicut Apoſtoli fuerunt converſi, ſtatim à Chriſto fuerunt recepti, ita, & converſi debebant admitti in Religionem. Idem etiam reprehendit *Pius V.* in quadam excluſiva Ordinis Divi Franciſci, nè in Religionem admitterentur deſcendentes ex Judæis, ut per Barboſ. *dict. vot.* 93. *num.* 55. & Cardinalis Caietanus, ut per Barboſ. *proximè num.* 56.

12 Probatur etiam ex authoritate Divi Hieronymi *in Commentar. ad cap.* 3. *in* 1. *Epiſtol. Div. Paul. ad Timoth.* ubi dicit, officia non eſſe danda ratione ſanguinis, ſed ratione bonæ vitæ. Et *in Epiſtol. ad Salantiam* dicit, virtutes, aut vitia parentum non damnare, nec prodeſſe filiis, ſed virtutes, aut vitia, quæ in eis reperiuntur: plura congerit ad intentum Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop.* 1. *part. tit.* 2. *Gloſſ.* 17. *à num.* 13.

13 Sextò. Probatur authoritate plurium DD. quos refert, & ſequitur Barboſ. *dict. vot.* 93. *à num.* 63. *uſque ad num.* 74. in quorum doctrina fundata fuit quædam lex Partitæ: *L.* 6. *tit.* 24. *partit.* 7. ibi: *Los tales recien convertidos, pueden haver todos los oficios, y todas las honras, que todos los otros Chriſtianos gozan.*

14 Ob eandem rationem plures Summi Pontifices, hos converſos multis honoribus, & dignitatibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus honorarunt, prout noſtris temporibus fecit Summus Pontifex *Clemens VIII.* qui in Epiſcopum creavit *Alexandrum de Franchis*, natum, & creatum in Judaiſmo, quia erat bonæ vitæ, & bonis moribus formatus: ut per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. d. Gloſſ.* 17. *n.* 9. *& dict. vot.* 93. *num.* 136. *verſ. Alexander de Franchis*; alia exempla adducit Barboſ. *dict. Gloſſ.* 17. *à num.* 10. ubi vide.

Ultimo ab incommodo: quia hæc prohibitio eſſet in odium converſionis; quia ſi hi Neophiti, & converſi certò ſcirent, non eſſe ad honores, & dignitates Catholicis præmiſſas, promovendos, non converterentur; ut ex Cardinali Caietano notat Barboſ. *dict. vot.* 93. *num.* 56. *poſt medium*, & patet in exemplis, de quibus Barboſ. *proximè à n.* 93. 15

Limita tamen ſupra dicta non procedere in hoc Regno Portugalliæ, in quo deſcendentes ex Hebræis non admittuntur ad Dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus, nec ad Beneficia Curata, per plura Brevia Apoſtolica conceſſa ad inſtantiam Regum Portugalliæ; prout conſtat ex Brevi Sixti V. tenoris ſequentis. 16

Bulla Sixti V. ſuper puritate ſanguinis.

Dilecto filio noſtro Alberto, titulo S. Crucis in Hyeruſalem Presbytero Cardinali, Archiduci Auſtriæ, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis de Latere Legato 17

SIXTUS PAPA V.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum, chariſſimi filii noſtri Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis, ſupplicationibus nobis inſtanter porrectis adducti, ſtatuimus, & decrevimus, nè aliqua collatio,

tio, ſeu proviſio de Beneficiis Eccleſiaſticis, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatis, vel affectis, in prædictis Regnis pro tempore vacantibus, præſertim in Cathedralibus Eccleſiis conſiſtentibus, perſonis ex ſtirpe novorum Chriſtianorum procedentibus fieret; quoniam verò difficile admodum eſt hic in Urbe eas perſonas ab aliis decerni, & diſtingui, nè contingat, vel ipſarum perſonarum arte, vel induſtria, aut præſertim importunitate mentem, & voluntatem noſtram fraudari; volumus, & circuſpectioni tuæ præſentium authoritate injungimus, quatenus ſingulos ordinarios Regnorum prædictorum admonere cures, ut ſiquæ Literæ Apoſtolicæ ſuper proviſionibus, ſeu aliis diſpoſitionibus Beneficiorum prædictorum, in favorem perſonarum earundem à nobis forſan emanatæ, adhuc executioni demandatæ non ſint, vel in poſterum emanaverint, in illarum executione ſuperſedeant, & ab aliis executoribus opportunis remediis ſuperſederi faciant, donec nos ab ipſis Ordinariis, de qualitatibus impetrantium hujuſmodi certiores effecti, quid ſuper his à te, vel eis gerendum ſit, reſcribamus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 25. Januarii, Pontificatus noſtri anno tertio.

18 Poſtea *Clemens VIII.* iſtud Breve ampliavit ad Dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus, & ad Dignitates in Collegiatis, & ad Parochiales, & ad Vicarias, & ad omnia Beneficia curam animarum habentia, nè ad ea admitterentur deſcendentes ex Hebræis, uſque *ad ſeptimum gradum incluſivè*, prout conſtat ex Brevi, quod reperitur inter Brevia *Capellani Maioris*, *fol. mihi* 38. *verſ.* de quo infra *num.* 30. quod poſtea renovavit *Paulus V.* 17. Januarii anno 1612. & de utroque meminit Barboſ. *de Canonic. cap.* 13. *num.* 48. *& in cap. Ex ſpeciali*, *n.* 6. *de Judæis.*

19 Virtute horum Brevium ſe oppoſuerunt Reges, & Procuratores Coronæ contra Proviſiones Apoſtolicas factas contra eorum formam, prout fuit in proviſione Canonicatûs, quem *Ferdinandus Dias da Sylva* à Sede Apoſtolica impetravit, cui viriliter contradictum fuit per Procuratorem Coronæ, nec Rex detulit ſupplicationibus ſibi factis ex parte Summi Pontificis per Nuntium Hiſpaniæ, ut dictus Proviſus admitteretur, & tandem detulit, dummodo dictus *Ferdinandus* Canonicatum in perſona habili, intra bimeſtre reſignaret, nè aliquod exemplum maneret in futurum. Quare Rex ſcripſit Epiſtolam 2. Januarii anni 1625. quæ reperitur ſcripta in Tribunali Palatii, *lib.* 4. *fol.* 19. de qua meminit Gabriel Pereira *tom.* 1. *de Man. Reg. in principio*, tenoris ſequentis:

Epiſtola Regis ad Gubernatores Regni.

20 *Por meu mandado ſe vio a Conſulta do Dezembargo do Paço, ſobre a execuçaõ das Bullas de Fernaõ Dias da Sylva, da naçaõ de Chriſtãos novos, que em Roma foy provido da Canezia, que vagou por falecimento de Jorge de Magalhães, e ſobre o remedio, que ſe podia dar, para que naõ haja mais ſemelhantes Proviſoens. E havendo tratado da materia por muitas vezes, e communicado com o Nuncio do Santo Padre, que aqui reſide, por juſtas conſideraçoens, que a iſſo me moveraõ, e pela muita inſtancia, que elle me fez em nome de Sua Santidade, houve por bem de mandar, que ſe paſſaſſem a Fernaõ Dias os deſpachos neceſſarios, para poder tomar poſſe da dita Conezia, havendo elle aſſegurado, que a renunciará em peſſoa habil dentro de dous mezes. Do que me pareceo aviſarvos para que o tenhaes entendido, e para que ao diante naõ poſſaõ ter effeito as diſpenſaçoens, que ſe concedem a peſſoas de ſua qualidade, e ſe re-*

remedee todo o damno, que procede de entrarem nos Beneficios das Igrejas Cathedraes deſſe Reino: mandareis, que ſe tenha particular conta com executar pontualmente contra os que impetrarem as penas da Ordenação, lib. 2. tit. 15. que trata dos que alcançaõ Proviſoens de Roma contra as graças concedidas a mim, porque de ſe naõ haver feito atè agora ſe atrevem tantos a pedillas. Chriſtovaõ Soares. Concorda com a propria. Joaõ Pereira de Caſtel-Branco. Manoel Fagundes.

21 Idem poſtea præcepit Sereniſſimus Rex *D. Joannes IV.* Capitulo Vizenſi, & aliis Cathedralibus, nè in illis admitterent aliquem, qui hunc defectum pateretur; prout conſtat ex Epiſtola tenoris ſequentis.

Epiſtola Regis Joannis IV. ad Capitulum Vizenſe.

22 *Deaõ, Dignidades, Conegos, e Cabido da Sè de Vizeu: Eu ElRey vos envio muito ſaudar. Sou informado, que em Roma, com menos verdadeiras informaçoens ſe provém alguns Beneficios nas Sés Cathedraes deſte Reino, em peſſoas de Naçaõ; e porque naõ convém, que ſeja aſſim, vos ordeno tenhais particular cuidado dos que vierem providos neſſa Sé, e ainda em qualquer das Igrejas deſſe Biſpado; e ſendo em peſſoa de Naçaõ lhe naõ deis poſſe, antes me façaes logo aviſo para mandar proceder no caſo, como mais convier ao ſerviço de Deos, e meu, e bem deſtes Reinos. Eſcrita em Lisboa a 3. de Agoſto de 1647.* Rey.

23 Capitulum Vizenſe habet ſtatutum de puritate ſanguinis confirmatum per Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ *D. Fr. Joannem de Portugal*, die 2. Septembris anni 1628. in quo etiam expreſſè cautum eſt, nè coadjutores admitterentur, niſi prius factis diligentiis de puritate ſanguinis, juxta formam ejuſdem Statuti.

24 Eo tamen non obſtante, nec Privilegiis Apoſtolicis ſupra relatis Archiepresbyter illius Diœceſis *Ignatius Dias* dictæ Dignitati reſignavit cum futura ſucceſſione, & Coadjutoria in favorem *Emmanuelis de Lemos*, qui in Procurationibus factis die 15. Februarii anni 1651. per Notarium *Antonium Gonſalves* ejuſdem Civitatis, confeſſus eſt, ibi: *Que he filho ligitimo de Antonio de Lemos Cardoſo, e de Genebra Ximenes; e pela parte de ſua Mãy, he de Naçaõ Hebrea, por ſer toda da dita Naçaõ*, quem defectum expreſſit in ſupplica, ibi: *Tibi aſſerenti, te ex parte Matris, ultra tamen ſecundùm gradum ab Hebræis originem trahere.* In quo Summus Pontifex Innocentius X. diſpenſavit, ei gratiam conferendo, & derogando pro illa vice dictis privilegiis, habitis in omnibus pro expreſſis; prout conſtat ex Bullis ejuſdem Emmanuelis, ibi: *Non obſtantibus felicis recordationis Sixti Papæ V. Clementis VIII. Pauli V. atque Urbani ſimiliter VIII. aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, contra habentes originem ex Hebræis, ac piè memoriæ Bonifacii VIII. & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, Regnique Portugalliæ, ac etiam Statutis Vizenſis, aliarumque quarumcunque Eccleſiarum, etiam Cathedralium, & ibi hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus.*

25 Propter hanc impetrationem, & diſpenſationem contra Regni Privilegia, Procurator Coronæ Domûs Supplicationis Libellum obtulit contra impetrantem, ut condemnaretur iu pœnis Ordinationis Regiæ, *lib. 2. tit.* 15. eo ductus fundamento, quia ſi Summus Pontifex certus eſſet illa privilegia fuiſſe conceſſa ad inſtantiam Regum hujus Regni, illis non derogaret, quin expreſſè declararet: ex *Cap. Solitæ, de Maioritat.*

ritat. cap. ult. de Offic. delegat. in 6. cap. Nẽ aliqui, de Privileg. in 6. ubi DD. Nec viſus eſt Pontifex illis præjudicare: DD. per text. in Cap. Ad aures, & ibi Gloſſ. verbo, Intentionis, de Reſcriptis. Gratian. Forenſ. cap. 640. num. 14.

26 Secundò. Quia illa Privilegia fuerunt conceſſa Regi non ſubdito in temporalibus, & ob benemerita, & ſervitia, quibus non derogatur: ex Gail lib. 2. obſervat. 60. n. ult. Surd. Conſil. 419. n. 11. Plures per Salgad. de Protect. Reg. part. 1. cap. 1. n. 358. Gabr. Pereir. de Man. Reg. part. 1. cap. 6. num. 8. Oliv. de For. Eccleſ. part. 1. quæſt. 13. à num. 15.

27 Tertiò. Quia nulla juſta cauſa allegabatur ad revocanda illa privilegia, per tot Summos Pontifices conceſſa in favorem non ſolum Regum, ſed etiam in publicam Eccleſiarum Regni utilitatem, faciendo eis injuriam, & turbando earum privilegia: ex Gonzal. ad Regul. 8. Chancellariæ, Gloſſ. 9. §. 2. num. 35. & 36.

28 Sed his non obſtantibus, dictus impetrans fuit abſolutus, quia illa dignitas medio tempore fuit impetrata per mortem dicti reſignantis, per *Emmanuelem da Fonſeca de Gouvea*, ab eodem Pontifice Innocentio X. propter defectum dicti *Emmanuelis de Lemos*, idem *Emmanuel da Fonſeca* fuit immiſſus in pacificam poſſeſſionem dicti Archipreſbiteratus virtute Bullarum ſuæ impetrationis, & Regiâ tuitivâ conſervatus, & ideo dictus *Emmanuel de Lemos* à pœnis Ordinationis ex indulgentia fuit abſolutus, prout conſtat ex Sententia Judicii Coronæ tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

29 *Acordão em Relação, &c. Viſtos eſtes Autos, Libello do Procurador da Coroa, contrariedade do R. Manoel de Lemos de Barros, documentos juntos, e prova dada. Não ſe moſtra quanto baſte para o R. ſer deſnaturalizado pela culpa de impetrar diſpenſação de Sua Santidade, para ſer Archipreſte da Sé de Vizeu, ſem embargo de ſer de Nação por parte de ſua Mãy, contra os privilegios, e indultos concedidos aos Senhores Reys deſte Reino. O que viſto o abſolvem do contra elle pedido, e mandão ſe vá em paz pagos os Autos. Lisboa, 23. de Dezembro de 1655. Marchão. Rego. Ferreira.*

Bulla Clementis VIII. de puritate ſanguinis inter privilegia Capellani Maioris, fol. mihi 38.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, æqui bonique ſupremum aſſertorem, dubia ſuper prædeceſſorum Statutis emergentia, declarationis ſuæ miniſterio quantocius removere, piiſque Catholicorum Regum votis, ex quibus Regnorum ſuorum tranquillitati, necnon Eccleſiarum in eis conſiſtentium, præſertim Cathedralium honori, & decori conſulitur, ac ſcandalorum, animarumque periculis occurritur; favorabiliter annuere: & ut illa optatum ſortiantur effectum ex poteſtate ſibi divinitùs tradita opportunè providere. Dudum ſiquidem ferè Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter claræ memoriæ, Philippi Portugalliæ, & Argarbiorum Regis ſupplicationibus, tunc ſibi inſtanter porectis adductus ſtatuit, & ordinavit, nè aliqua collatio, ſeu proviſio de Beneficiis Eccleſiaſticis diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatis, vel affectis in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum pro tempore vacantibus, præſertim in Cathedralibus Eccleſiis conſiſtentibus, perſonis ex He- 30

Hebræorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentibus fieret. Cùmque difficile admodum eſſet hîc in urbe eas perſonas ab aliis diſcerni, & diſtingui, nè contigeret ipſarum perſonarum arte, vel induſtria, aut petentium importunitate, mentem, & voluntatem ipſius prædeceſſoris defraudari, idem prædeceſſor dilecto filio, Nobili Viro Alberto Archiduci Auſtriæ, tunc tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis prædictis de Latere Legato, per ſuas in forma Brevis literas, injunxit quatenus ſingulos Ordinarios eorundem Regnorum admonere curaret, ut ſi quæ literæ Apoſtolicæ ſuper proviſionibus Beneficiorum prædictorum in favorem perſonarum earundem ab ipſo prædeceſſore forſan emanatæ adhuc executioni demandatæ non eſſent, vel in poſterum emanarent in illarum executione ſuperſederent, ac ab aliis executoribus opportunis remediis ſuperſederi facerent, donec dictus prædeceſſor ab ipſis Ordinariis de qualitatibus impetrantium hujuſmodi certior effectus, quid ſuper his ab eo, vel eis agendum foret reſcriberetur, prout in literis prædictis ſub datum Romæ die XV. Januarii M.D.LXXXVIII. expeditis pleniùs continetur. Cum autem ſicut Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus, modernus dictorum Regnornm Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Catholicus, nobis exponi fecit, quòd ab aliquibus vertatur in dubium, an ſtatutum, & decretum, ac literæ Sixti prædeceſſoris hujuſmodi, ſtante ejuſdem Sixti obitu, adhuc durent, & obſervari debeant. Nos omnem in præmiſſis dubitandi materiam præſcindere volentes, habitâ deſuper maturâ deliberatione, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, decernimus, & declaramus, Satutum, & Decretum, ac literas Sixti prædeceſſoris hujuſmodi per ejus obitum expiraſſe, nulliuſque roboris, vel momenti à die obitûs præfati fuiſſe, & eſſe, ac viribus, & effectu carere, neque amplius attendi debere. Et nihilominus ſupplicationibus ejuſdem Philippi Regis, ac nonnullorum illius Regni Prælatorum arbitrantium ad publicam dictorum Regnorum quietem, & ſalutem non parum pertinere ſi perſonis ex Hebræorum prædictorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentibus, quæ ſicut in Orthodoxæ Fidei ſuſceptione recentiores, ita ut plurimum in illa retinenda fragiliores exiſtunt, ad Dignitates, & certa alia, præſertim animarum curam habentia, Beneficia Eccleſiaſtica aditus præcludatur, donec in Chriſtiana pietate fortius roborentur, & auctorum ſuorum memoria temporis progreſſu aboleatur, inclinati, hac noſtra Conſtitutione perpetuò duratura ſtatuimus, & ordinamus, ut ex nunc Canonicatus, & Præbendæ, ac Dignitates in Cathedralibus, Dignitates que ipſæ principales in Collegiatis Eccleſiis, nec non Parochiales Eccleſiæ, & earum perpetuæ Vicariæ, cæteraque curam animarum habentia Beneficia Eccleſiaſtica dictorum Regnorum, quoties illa per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, vel privationem, aut quanvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, ea pro tempore obtinentium, ſeu jus in illis, vel ad illa habentium, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem prædictam, ac etiam in aliquo ex menſibus, in quibus vacantium Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio nobis, & eidem Sedi, etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Chancellariæ Apoſtolicæ Regulas, eſt, vel pro tempore fuerit reſervata, vel affecta, ſeu etiam Ordinariis collatoribus per eaſdem Conſtitutiones, ſeu Regulas, vel literas alternativarum, aut alia privilegia, & indulta conceſſa hactenus, vel in poſterum concedenda, ſeu etiam de jure communi, vel aliàs quomodolibet competentia, & competitura vacare contigerit, etiamſi actu nunc, ut præfertur, vel aliàs quibusvis modis, & ex quorumcunque perſonis vacent, ac

ex

ex eo quòd Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Parochiales Eccleſias, Vicarias, & alia Curata Beneficia hujuſmodi obtinentes, ſeu in illis, vel ad illa jus habentes, noſtri, aut quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum, ſeu Succeſſorum noſtrorum, aut S. R. E. Cardinalium, etiam viventium, & in dicta Curia præſentium familiares continui commenſales, ſeu dictæ Sedis Notarii, Subdiaconi, Acoliti, Capellani, jurium Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectores, vel unici Sub-Collectores, aut ejuſdem Sedis, vel Romanæ Curiæ Officiales, quocunque nomine nuncupati, ſeu ex quavis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervata, aut generali reſervatione Apoſtolica affecta, ſeu ad Sedem eandem devoluta, ac etiam in dicta Curia, vel extra eam litigioſa, & de jure Patronatûs Laicorum, etiam Regum, Ducum, Principum, vel aliorum Nobilium, ſeu Laicorum, & Clericorum, mixtim, etiam ex fundatione, aut indulto Apoſtolico, ſeu aliàs quomodolibet qualificata exiſtant, vel fuerint alicui, ſeu aliquibus perſonis de genere, ſeu ſtirpe Hebræorum deſcendentibus ex paterna, & materna linea, vel earum altera uſque ad ſeptimum gradum incluſivè, à tempore converſionis illorum computandum, originem trahentibus conferri, *taleſque perſonæ ad illa eligi, præſentari, vel aliàs aſſumi, aut in eis inſtitui nullatenus, nullove modo poſſint, decernentes quaſcunque collationes, proviſiones, præſentationes, electiones, inſtitutiones, Commendas, & quavis alias diſpoſitiones de Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Parochialibus Eccleſiis, Vicariis, & aliis Curatis Beneficiis prædictis in favorem dictarum perſonarum, tam Apoſtolica, quàm Ordinaria, & quavis aliàs authoritate, etiam per nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ſeu dictæ Sedis, etiam de Latere Legatos, vel Nuncios, ſeu locorum Ordinarios, aut quoſcunque alios, ad quos illorum, dum pro tempore vacant, collatio, proviſio, præſentatio, electio, inſtitutio, ſeu quævis diſpoſitio de jure, vel conſuetudine, ſeu ex privilegio, aut aliàs quomolidobet pertinet, & in futurum pertinebit, etiam cum quibuſvis clauſulis, & decretis faciendas,* ipſo jure *nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe, ac pro nullis, & infectis haberi, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, aut etiam colloratum titulum poſſidendi tribui, nullamque aliam gratiam ſuper hujuſmodi Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Parochialibus Eccleſiis, Vicariis, & aliis Curatis Beneficiis hujuſmodi, neque etiam Conſtitutiones de annali, & triennali poſſeſſore, nec omninò aliud jus, vel Beneficium eiſdem perſonis ſuffragari, ſed eas ad Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Parochiales Eccleſias, Vicarias, & Curata Beneficia hujuſmodi omninò inhabiles, & incapaces fore, & eſſe, illaque ut prius vacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitionis Apoſtolicæ perſonis prædictis factæ, eidem diſpoſitioni reſervata, ſeu affecta fuerint, ſub eadem reſervatione, ſeu affectione remanere; ac tam illa, quàm etiam omnia alia non reſervata, neque affecta, de quibus à Sede prædicta, ſeu illius Legatis, vel Nuntiis, aut aliis jus, & facultatem conferendi à dicta Sede, ut præſertur, habentibus in hujuſmodi perſonas quandocunque diſpoſitum fuerit, ad novam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis diſpoſitionem duntaxat pertinere, ab Ordinariis verò, & aliis inferioribus Collatoribus; ceſſantibus reſervationibus, ſeu affectionibus Apoſtolicis eiſdem perſonis, pro tempore collata, ac etiam, quæ de jure Patronatûs hujuſmodi fuerint, ſi contignat ad illa quenquam contra præſentis noſtræ Conſtitutionis formam præſentari, vel inſtitui, devolutini,*

lutioni ad Sedem Apoſtolicam immediaté eo ipſo ſubjacere, ac ab ipſa Sede dumtaxat impetrari poſſe, nè nullum jus ad reſignantes, ſeu cedentes, etiamſi in triennali, & quantumvis diutina poſſeſſione remanſerint, & reſignationes, ſeu ceſſiones hujuſmodi, ſive publicatæ, ſive non publicatæ fuerint redire, vel penes eos remanere, impetrationes verò, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſiones, quæ de Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Parochialibus Eccleſiis, Vicariis, & aliis Curatis Beneficiis hujuſmodi poſthac fient, quibuſcunque derogationibus fuerint ſuffultæ nunquam ſub clauſulis generalibus, aut vocationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendit, ſed ſpecialiter, & expreſſé ob non ſervatam præſentis noſtræ Conſtitutionis formam, cum declaratione nominum, & cognominum perſonarum prædictarum diſpoſitione, & non conditionaliter, nec per æquipolens omninò fieri debere, præſentibus quoque literis, per quaſcunque alias literas Apoſtolicas, etiam quas vis generales, vel ſpeciales, etiam de rogatoriarum derogatorias, aliaſque efficatiores, & inſolitas clauſulas, ac irritantia, & alia decreta, ſub quibuſcunque verborum formis concepta in ſe continentes, nullatenus derogari, nec derogatum cenſeri, niſi in illis de impuritate generis, ſtirpis, & ſanguinis perſonarum hujuſmodi ſpecialis mentio fiat, ipſaque derogatio in ſupplicatione, ſive prima conceſſione gratiæ eis de Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Parochialibus Eccleſiis, & aliis Curatis Beneficiis hujuſmodi faciendæ dumtaxat facta fuerit, quæ in literis quoque proviſionis exprimatur, nec in literis Apoſtolicis deſuper conficiendis quidquam, ultra id, quòd in ſupplicationibus, conceſſionibus, & gratiis hujuſmodi ſpecificè circa præmiſſa fuerit expreſſum narrari poſſe, quas literas Apoſtolicas, ita ut ſupra factas plenarium ſuum ſortiri debere effectum, & nullatenus huic Conſtitutioni, & Ordinationi noſtræ ſubjacere, aut aliquomodo impediri volumus, & decernimus, alioquin præſentes literæ eo ipſo revocatæ ſint, & eſſe cenſeantur. Sic quæ in præmiſſis, omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac etiam Apoſtolicis Deciſionibus, & Provincialibus, & Synodalibuſs, & Univerſalibus Conciliis, Edictis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Eccleſiarum, in quibus Beneficia ipſa fuerint, & Regnorum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, gratiis declaratoriis, & indultis hactenus eiſdem perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficatioribus clauſulis, ac irritantibus, & aliis etiam decretis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet forſan conceſſis confirmatis, & approbatis, quæ eorum tenores, præſentibus pro expreſſis, & incertis habentes in proviſionibus de cætero faciendis contra præſentium tenorem nulli volumus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcunque: volumus autem, ut præſentium exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique in judicio, & extra illlud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhibcretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die XVIII. Octobris M. DC. Pontificatûs noſtri anno nono.

Bulla Pauli V. in confirmationem antecedentis, & extenſio ad Sacerdotes Regulares, & Ordinum Militarium curam gerentes animarum.

PAULUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

In Beati Petri Principis Apoſtolorum Solio nullis noſtris meritis à Domino conſtituti, Eccleſiarum omnium tranquillitate, ex qua Divinus cultus ſuſcipit incrementum, & animarum augetur ſalus, ita invigilare tenemur, ut ſcandalis, & animarum periculis, quantum cum Domino poſſumus, ſolicitè occurramus, ut ſublatis omnibus offendiculis, faciliùs Domino ſerviatur in Sanctitate, & Juſtitia coram ipſo, piiſque idem ſpectantibus Catholicorum Regum votis libenter annuimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem felicis recordationis Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter ſupplicationibus Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Catholici inclinatus ſua conſtitutione perpetuò duratura ſtatuit, & ordinavit, ut ex tunc Canonicatus, & Præbendæ, ac Dignitates in Cathedralibus, & Dignitates principales in Collegiatis Eccleſiis, necnon Parochiales Eccleſiæ, & earum perpetuæ Vicariæ, cæteraque curam animarum habentia Beneficia Eccleſiaſtica dictorum Regnorum, quoties illa per ceſſum, & ex cauſa permutationis, vel deceſſum, vel privationem, aut quanvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem ea pro tempore obtinentium, ſeu jus in illis, vel ad illa habentium, aut aliàs quovis modo, & apud Sedem Apoſtolicam, ac etiam in aliquo ex menſibus, in quibus vacantium Beneficiorum diſpoſitio ſibi, & eidem Sedi, & per Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Chancellariæ Apoſtolicæ Regulas eſſet, vel pro tempore fuiſſet reſervata, vel affecta, ſeu etiam Ordinariis collatoribus per eaſdem Conſtitutiones, ſeu Regulas, vel literas alternativarum, aut alia privilegia, & indulta conceſſa eatenus, vel in poſterum concedenda, ſeu etiam de jure communi, vel alias quomodolibet competentia, & competitura vacare contigerit, etſi actu tunc, ut præfertur, vel aliàs quibusvis modis, & ex quorumcunque perſonis vacarent, ac ex eo quòd Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Parochiales Eccleſias, Vicarias, & alia Curata Beneficia hujuſmodi obtinentes, ſeu in illis, vel ad illa jus habentes fui, aut quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum, ſeu ſucceſſorum ſuorum, aut Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam viventium, & in dicta Curia præſentium familiares continui commenſales, ſeu dictæ Sedis Notarii, Subdiaconi, Acholiti, Capellani, jurium Cameræ Apoſtolicæ debitorum Collectores, vel Vice-Collectores, aut ejuſdem Sedis, aut Romanæ Curiæ Officiales, quocunque nomine nuncupati, ſeu ex quavis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervata, aut generali reſervatione Apoſtolica affecta, ſeu ad Sedem eandem devoluta, aut etiam in dicta Curia, vel extra eam litigioſa, ſeu de jure Patronatus laicorum, & Regum, Ducum, Principum, vel aliorum Nobilium, & Illuſtrium, ſeu Laicorum, & Clericorum mixtim, & ex fundatione, vel dotatione, aut indulto Apoſtolico, ſeu aliàs quomodolibet qualificata exiſterent, vel forent, alicui, ſeu aliquibus perſonis de genere, ſeu ſtirpe Hebræorum deſcendentibus ex paterna, & materna linea, vel earum altera, uſque ad ſeptimum gradum incluſivè, à tempore converſionis eorum computandum originem trahentibus conferri,

ferri, taleſque perſonæ ad illa eligi, præſentari, vel alias aſſumi, aut in eis inſtitui nullatenus, nullovè modo poſſent, & alias prout in ipſius Clementis prædeceſſoris in ſimili forma Brevis, ſub die 18. Octobris 1600. expeditis literis plenius continetur. Cum autem ſicut dicti Philippi Regis nomine nobis nuper expoſitum fuit, ad publicam dictorum Regnorum Eccleſiarum quietem, & ſalutem non parum interſit, ut & perſonis tam ſæcularibus, quàm regularibus ex Hebræorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentibus exercitium Curæ animarum, tam in ſæcularibus, quàm cujusvis Ordinis regularibus Eccleſiis interdicatur: idcirco nos ejuſdem Philippi Regis ſupplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati, dictarum literarum tenores veriores præſentibus pro expreſſis habentes, de Concilio Vener. Fratr. noſtr. S. R. E. Cardinalium hæreticæ pravitatis Generalium Inquiſitorum, hac noſtra ſimiliter perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus ex eorum Hebræorum prædictorum genere, ſeu ſtirpe deſcendens in literis Clementis prædicti comprehenſus uſque ad ſeptimum gradum incluſivè ſæcularis, ſive cujusvis Ordinis, vel Militiæ Regularis in Eccleſiis dictorum Regnorum ſæcularibus, vel cujusvis Ordinis, aut Militiæ Regularibus, munus Vicarii exercentis Curam animarum, etiam amovibilis, ſub quovis prætextu exercere, nec ad eandem exercendam admitti poſſit, nec debeat; diſtrictè præcipiendo locorum Ordinariis, ac Monaſteriorum, & Regularium locorum Regnorum hujuſmodi Prælatis ſuperioribus, & aliis, ad quos ſpectat, nè contra præſentis noſtræ Conſtitutionis tenorem perſonas ex Hebræorum prædictorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentes uſque ad ſeptimum gradum incluſivè ad exercendam curam animarum deputare audeant, ſeu præſumant. Decernentes præſentibus literis per quaſcumque alias literas Apoſtolicas, & quasvis generales, vel ſpeciales, & derogatoriarum derogatorias, aliaſque efficaciores, & inſolitas clauſulas, ac irritantia, & alia decreta ſub quibuſcunque verborum formis concepta in ſe continentes, nullatenus derogari, nec derogatum cenſeri, niſi in illis de impuritate generis, ſtirpis, & ſanguinis perſonarum hujuſmodi ſpecialis mentio fiat: ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Eccleſiarum, in quibus curam animarum hujuſmodi exerceri ſolet, ac Regnorum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus, gratiis, & declarationibus eiſdem perſonis hactenus ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & eorum ſingulis, & ſingulorum tenoribus præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſé derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem ut præſentium tranſumptis, & impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ, in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ.

 Da-

tum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 18. Januarii 1612. Pontificatus noſtri anno ſeptimo. S. Cobellutius.

31 Adverte tamen, quod licet Beneficia vacantia per hæreſim ſint Sedi Apoſtolicæ reſervata per Conſtit. *Pii V.* 29. incipit: *Cum Apoſtolatus.* Garc. *de Benefic.* 5. *p. cap.* 1. *num.* 80. *&* 81. *& part.* 11. *cap.* 10. §. 1. *n.* 71. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 36. Gonzal. *Gloſſ.* 15. *à n.* 65. *&* 157. Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 13. *in fin.* ubi plures refert Riccius *in Praxi aurea*, *reſol.* 478. *num.* 7.

32 Si tamen fuerint juris Patronatûs Regii, ſæcularis, & mixti, non ſunt per eam Conſtitutionem reſervata, quanvis Pontifex manum apponat: ex Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 52. *num.* 54. ubi ita dicit judicatum; & Rex, & Patroni laici in eis præſentant perſonas idoneas intra legitimos terminos: Conſtitut. 19. *Pauli IV.* de qua in Bullario *tom.* 1. *pag.* 740. *ſub datum Romæ* 15. *Kalendas Martii* 1550. ut per Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 33. *verſ. Item ſciendum.*

33 Si verò Beneficia ſint liberæ collationis, & Patronatus Eccleſiaſtici, & provideantur per Ordinarios in deſcendentibus ex Hebræis, tunc eorum proviſio eſt nulla, & eſt Sedi Apoſtolicæ reſervata: ex Conſtit. *Clementis VIII.* de qua ſupra n. 30. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 51. *n.* 103. *quem vide Gloſſa* 4. *à n.* 161.

RESOLUTIO LXIII.

An penſio reſervari poſſit ſuper fructibus Epiſcopatus ad inſtantiam Regis? Et an Epiſcopus, vel alius Beneficiatus poſſit aliquid donare Patronis titulo gratitudinis?

SUMMARIUM.

1 *Penſio conſtitui poteſt ad inſtantiam Regis, ſuper Epiſcopatibus uſque ad quartam partem.*

2 *Ita contigit de facto in tranſlatione Epiſcopi Miirandenſis ad Epiſcopatum Portuenſem.*

Ibi. *Penſio conſtitui non poteſt ſine conſenſu præſentati.*

3 *Epiſcopus poteſt præſtare conſenſum, ut penſio reſervetur uſque ad quartam partem. Et uſque ad num.* 6.

7 *Penſio quando reſervatur uſque ad quartam partem, tenetur penſionarius, qui non eſt in poſſeſſione eam exigendi, probare eam in quarta parte comprehendi, & in ea intraſſe tempore datæ.*

8 *Penſio quando reſervatur ſub conditione, aut modo, tenetur penſionarius etiam juſtificare, quanvis agatur contra eum, qui penſioni conſenſit.*

9 *Titularis non poteſt ad ſolutionem penſionis compelli, niſi prius juſtificata narrativa, modo, aut conditione, ſub qua penſio fuit reſervata.*

Ibi. *In gratioſis omnia narrata prius verificanda ſunt, aliàs gratia non exequitur, & habetur pro non facta.*

10 *Dictio* uſque *comprehendit terminum intrinſecum, & terminatum.*

11 *Gratia expedita de motu proprio Pontificis, non indiget juſtificatione.*

Ibi. *Penſionum antiquarum facienda eſt mentio, quia Papa non intendit Beneficia gravare multiplici onere.*

Ibi. *Clauſula de motu proprio non operatur ultra intentionem concedentis.*

13 *Liquidatio ſemper debet præcedere in incertis.*

Ibi. *Executio ſolum in liquidis fieri debet.*

14 *Executor debet aſſumere partes Judicis, quando res non eſt liquida.*

15 *Ex-*

15 *Exceptiones, quæ oriuntur ex ventre, & tenore Bullarum, faciunt ſuperſedere in executione.*

16 *Nulla eſt actio, quanvis executiva, & poſſeſſoria, quæ non ſubſiſtat, cum contra eam opponitur exceptio in continenti probata, aut probanda.*

17 *Si talis exceptio non admittatur, & appelletur, cauſa committitur ſimpliciter.*

19 *Sententiæ Legatiæ.*

21 *Præſentatus poteſt aliquid donare Patrono, vel ejus filiis, cauſa gratitudinis, nullo pacto, vel condictione præcedente, & n. 22.*

23 *Beneficiatus poteſt donare de reditibus Beneficii, cauſa remunerationis.*

DIximus ſupra *Reſol.* 18. *num.* 3. penſionem non poſſe conſtitui in Beneficiis Patronatûs Regii, ſine Regis conſenſu, & conſequenter conſtitui non poteſt in Epiſcopatibus Regni, quorum Reges ſunt Patroni: ex dictis *Reſol.* 41.

1 Poteſt tamen conſtitui ad Regis inſtantiam, uſque ad quartam partem in Regnis Portugalliæ, & Caſtellæ, quanvis antiquitùs eſſet uſque ad tertiam partem redituum Epiſcopatuum, ut conferantur perſonis à Rege nominatis, ſeu nominandis: ex Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 395. 396. & 492. Flamin. *de Reſign. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 39. & ex dictis ſupra *Reſol.* 45. *num.* 15. & 18. & hæc eſt praxis.

2 Ita de facto contigit in translatione Epiſcopi Mirandenſis *Domn. Fr. Joannis de Valladares*, viri quidem in omni literarum peritia eruditiſſimi, & Eccleſiaſticæ libertatis acerrimi defenſoris, quem Rex Caſtellæ nominavit in Epiſcopum Portuenſem anno 1627. cui à Gubernatoribus Regni ſcriptum fuit, ut præſtaret conſenſum ſuper reſervatione penſionum illius Epiſcopatus, uſque ad quartam partem, ex ejus reditibus, ſine quo literæ non poterant expediri: ex Vivian. *in Praxi Jur. Patron. deciſ.* 91. *num.* 22. Barboſ. *in Praxi exigendi penſion. in Proœm. ſub num.* 13.

3 Huic Epiſtolæ reſpondit Epiſcopus, prius fructus Epiſcopatus ejuſdem eſſe computandos; notum enim erat, reditus illius eſſe diminutos propter defectum comertii maris, à quo pendebat maior pars ejus redituum; cui iterum reſcriptum fuit in tali computatione maximam poſſe oriri dilationem, quam cauſa non patiebatur, & ſemper quartam partem eſſe intelligendam de reditibus exiſtentibus, qui poſtea liquidari poterant. Sub hac condictione dictus Epiſcopus ſuum præſtitit conſenſum, prout poterat; ut judicatum in *Rota* teſtatur Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 424. *verſ. Non obſtat, quòd titularis conſenſit*, & *num* 464. 465. 466. ubi varias refert deciſiones Rotæ.

4 Præſtito conſenſu in forma relata S. Pontifex *Urbanus VIII.* ei gratiam fecit Epiſcopatus 30. Auguſti 1627. & expeditis literis cum illa clauſula ſolvendi penſiones antiquas, & modernas uſque ad quartam partem, ingreſſus fuit poſſeſſinem illus, & Epiſcopatus Portuenſis, & in ea ſtetit per quinquennium, quin ei aliquæ novæ literæ penſionis peterentur.

5 Lapſis quinque annis *D. Andreas Francus* Judex ſubdelegatus Apoſtolicus Bullarum SoU. regalium *Martini Aplhonſi de Lucena*, de novo ei reſervatorum, ſuper fructibus ejuſdem Epiſcopatus monitorium expedivit contra dictum Epiſcopum, ut in certo termino ſub pœnæ interdicti ingreſſus Eccleſiæ, penſiones per quinquennium decurſas dicto Martino perſolveret.

6 Contra hoc monitorium, ego tanquam Procurator fiſcalis ejuſdem Epiſcopi, excipiendo propoſui, dictam penſionem non eſſe

exe-

exequendam ex ſequentibus.

7 Primò. Quia illa penſio de novo fuit reſervata, ſub conditione, & clauſula, ſi intra quartam partem poſſet habere locum, & eam non excederet, quod prius dictus Martinus debebat probare, maximè parte opponente, cum non eſſet in poſſeſſione illam exigendi; ut pluribus relatis DD. & deciſionibus Rotæ reſolvit Garcia *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 442. *& à num.* 458. 461. 464. 484. *&* 540. *& part.* 9. *cap.* 2. *à num.* 163. & etiam tenebatur probare eam poſſe intrare intra quartam partem tempore datæ: ex *Cap. Eam te, de Reſcriptis, cap. Si eo tempore, eodem tit. in* 6. *cap. Cum cui, de Præbend. in* 6. Gratian. *Forenſ. cap.* 508. *num.* 10. Gigas *de Penſion. quæſt.* 22. *num.* 16. & in terminis Garcia *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 398. ubi plures DD. refert, & deciſiones Rotæ.

8 Secundò Quia indubitati juris eſt, quòd quando penſio reſervatur ſub aliquo modo, aut condictione, tenetur penſionarius eam juſtificare: ita Rota 2. *part. deciſ.* 221. *n.* 4. *&* 5. Barboſ. *de Penſionibus, quæſt.* 2. *num.* 1. quanvis agatur contra eum, qui penſioni conſenſit, non ſolum in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio, quando agitur executivè, ſi penſionarius non eſt in poſſeſſione exigendi (prout non erat dictus *Martinus*) ut per Gig. *de Penſionib. quæſt.* 85. *num.* 10. *& quæſt. ult. num.* 15. Gratian. *Forenſ. cap.* 113. *n.* 74. Seraphin. *deciſ.* 1017. Garc. *de Benef. dict. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 464. ubi varias refert deciſiones Rotæ: Barboſ. *ubi ſupra.*

Tertiò. Quòd titularis, attento jure, non poteſt ad ſolutionem compelli, non juſtificata prius narrativa, modo, aut condictione, ſub qua à principio facta fuit reſervatio, nec literæ prius exequi debent, immò potius ſuperſedendum, donec condictio, aut modus juſtificetur; ut pluribus relatis reſolvit Barboſ. *de Penſionibus, quæſt.* 2. *à n.* 2. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 74 *num.* 7. Vulgare enim eſt, quod in gratioſis omnia narrata, prius verificanda ſunt: ex Garc. *de Benef.* 6. *part. cap.* 2. *n.* 189. ubi plures refert, & in terminis *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 442. *&* 443. Flamin. *de Reſign. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 65. *&* 107. *& quæſt.* 4. *n.* 44. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 4. *Proœm. n.* 78. Gig. *de Penſionib. quæſt. ultim. num.* 15. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 129. *n.* 1. Barboſ. *in Vot. lib.* 3. *vot.* 111. *num.* 3. *& de Penſionib q.* 2. *à n.* 1. Themud. 2. *part. deciſ.* 240. *num.* 4. *in fin.* Aliàs gratia non exequitur, & reſervatio ante juſtificationem, non habetur pro gratia Apoſtolica: ut pluricus relatis reſolvit Barboſ. *de Penſionibus, quæſt.* 2. *à num.* 2.

Quartò. Quia S. Pontifex voluit, 10
quòd penſiones antiquæ in omni eventu ſolverentur: patet ex Bullis, ibi: *Quas ſemper ſalvas eſſe volumus.* Et quod ſolum modernæ poſſint habere locum, ſi intra quartam partem intrare poſſent, patet ex Bullis, ibi: *Nos etiam hodie nonnullas penſiones annuas uſque ad quartam partem fructuum reſervavimus*, quæ dictio *uſque* denotat terminum intrinſecum, & terminatum in quartam partem: ex reſolutis per Barboſ. *de Diction. dict.* 437. *à n.* 1.

Quintò. Quia quanvis gratia ex- 11
pedita de *motu proprio Pontificis*, non indigeat juſtificatione: Vivian. *in Prax. jur. Patron. deciſ.* 91. *num.* 3. *& deciſ.* 94. *num.* 4. Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 491. 493. *&* 494. Barboſ. *in Votis, lib.* 3. *vot.* 125. *num.* 15. Nihilominus, ſi ultima penſio fuit reſervata, non facta expreſſa mentione de prioribus, non valet reſervatio, quanvis gratia expediatur de *motu proprio*; quia Pontifex non intendit Beneficia, & Epiſcopatus multiplici onere, & penſione gravare; ut pluribus relatis reſolvit Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 561.

cum

cum ſequentibus. Flamin. *de Reſign. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 47. *&* 48. Gig. *de Penſionibus, quæſt. ult. num.* 12. Nec dicta clauſula operatur ultra intentionem concedentis; plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 47. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 79. *n.* 47. Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 503. & in præſenti non fuit facta mentio ſpecifica priorum penſionum; prout conſtat ex Bullis.

12 Sextò. Quia jam ob diminutionem redituum, Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Primas Bracharenſis, *D. Rodericus à Cunha*, cui dictus Epiſcopus *Joannes* ſucceſſit in Epiſcopatu impugnaverat ultimam penſionem impoſitam ſuo tempore ſuper fructibus ejuſdem Epiſcopatus, in favorem *Principis de Candia*, quia excedebat quartam partem, prout certitudine comprobavi.

13 Septimò. Quia ut litigium vitaretur, prius liquidandus erat valor Epiſcopatùs, quod ſemper præcedere debebat: ex *L. Hæc autem*, §. 1. *ff. Ex quibus cauſis in poſſiſſ.* plures per Gratian. *Forenſ. cap:* 705. *num.* 14. Farinac. *part.* 1. *deciſ.* 689. *n.* 3. Et ſi intra quartam partem penſio poſſet habere locum, Epiſcopus excipiens paratus erat, ad ſolvendum in continenti; & quatenus non liquidabatur, non erat executivè procedendum; cùm attento jure executio ſolum fieri debeat ſuper liquidis; ut pluribus relatis Gail *lib.* 1. *obſ.* 68. *num.* 6. Garc. *de Benef. dict. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 472. *in fin. & num.* 487. Farin. *part.* 1. *deciſ.* 689. *num.* 3. Surd. *Conſil.* 168. *num.* 21. *& & deciſ.* 169. *num.* 14. Marcheſan. *de Commiſſion.* 2. *part. commiſſ.* 1. *cap.* 5. *num.* 18.

14 Octavò. Quia in his terminis Executor debebat aſſumere partes Judicis, & cognoſcere: an iſta penſio quartam parte excederet, maximè parte opponente, ex Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *n* 443. *&* 531. *&* 6. *part. cap.* 2. *num.* 110. 114. 123. 159. *&* 160. *&* 163.

Hanc exceptionem non admiſit 15 dictus executor, cum eſſet ex juribus, & DD. relatis admiſſibilis, ut ſuperſederetur in executione; oriebatur enim ex ventre, & tenore Bullarum; quanvis requireret altiorem indaginem; ut judicatum in Rota teſtatur Garc. *dict. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 489. *&* 490. Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 42. Plures per Barboſ. *de Penſionib. quæſt.* 7. *à num.* 5. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 3. *à num.* 63. *&* 4. *part. cap.* 7. *à num.* 100.

Nulla eſt enim actio tam privi- 16 legiata, etiamſi executiva, & poſſeſſoria ſit, in cujus effectu, non ſuperſedeatur, ſi contra eam opponatur exceptio relevans, in continenti probanda: ex *Cap. Literas, de reſtit ſpoliator. L. Si is à quo, ff. Ut in poſſeſſ. legat.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 47. *à n.* 1. *& de recuperand. remed.* 1. *quæſt.* 21. *à num.* 240. Gratian. *Forenſ. cap.* 384. *num.* 10. Flores *Variar.* 1. *q.* 5. *n.* 73. *&* 74. Barboſ. *de Penſ. quæſt.* 7. *num.* 8. *verſ. Nulla eſt enim.*

Quare pro parte Epiſcopi appel- 17 latum eſt ad Tribunal *Legatiæ*, ubi cauſa fuit commiſſa *Auditori* cum clauſula, non retardatæ ſolutionis penſionis arbitrio, cum deberet committi ſimpliciter, attentis reſolutis per Garc. *dict. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 489. & Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 42.

Coram quo dictus Epiſcopus ſe 18 obtulit ad probandum hanc modernam penſionem excedere quartam partem, & oblatis computis, & documentis ex utraque parte *Auditor* protulit Sententiam ſequentem.

Sententia Legatiæ.

Viſtos eſtes Autos, clauſula Non 19 retardata ſolutione perſonis arbitrio, *poſta na commiſſaõ do Senhor Illuſ-*

Illuſtriſſimo fol. 73. papeis, e Certidoens juntas; porque ſe moſtra render a Meſa Pontifical do Biſpado do Porto (no tempo, que foy provìdo nelle o Senhor Biſpo Dom Fr. Joaõ de Valladares appellante, e que conſentio na dita penſaõ, de que ſe trata a favor do appellado Martim Affonſo de Lucena) ſeis contos e quatrocentos mil reis hum anno por outro, pouco mais, ou menos, como conſta da Certidaõ, e computo de ſeis annos continuos, fol. 108. E em tanto ſer poſto na avaliaçaõ, e conſulta feita a Sua Mageſtade ao tempo, que nomeou ao Senhor Biſpo appellante no dito Biſpado, precedendo ſobre iſſo as diligencias neceſſarias, como conſta da Certidaõ fol. 109. em razaõ da qual avaliaçaõ ſe impoz a dita penſaõ nova, motu proprio, *de conſentimento do dito Senhor Biſpo; ao que tambem corresponde a Certidaõ, e computo do Senhor Arcebiſpo Primaz fol. 93. anteceſſor do Senhor Biſpo appellante. Moſtra-ſe importarem as penſoens velhas, entrando o dito Senhor Principe de Candia, hum conto quinhentos e vinte oito mil reis, conforme o dito computo fol. 108. e mais juſtificaçaõ feita, os quaes abatidos dos ſeis contos e quatrocentos mil reis acima ditos, ficaõ ao dito Senhor Biſpo, além das ſuas tres partes, trezentos e oitenta e oito mil reis, pouco mais, ou menos, em que bem cabe ainda na quarta parte da penſaõ annua de oitenta mil reis, impoſta a favor do appellado. O que todo viſto, com o mais dos Autos, diſpoſiçaõ de direito no caſo; e como a prova, e papeis juntos por parte do dito Senhor Biſpo, naõ concluem couſa certa em contrario, e que desfaça o computo, e Certidoens offerecidas pelo appellado; julgo, e declaro naõ ter lugar o arbitrio, mas que deve correr eſta cauſa,* non retardata ſolutione penſionis, *para o que mando ſe paſſe desinhibitoria em fórma, e as cuſtas a final.* Petrus Antonius à Marquis, *Auditor.*

20 Ab hac Sententia appellatum eſt pro parte Epiſcopi, cui delatum non fuit, & ideo ad redimendam vexationem, qua per executorem premebatur, penſionem ſolvit.

An ſi Epiſcopus, vel quilibet alius 21
Beneficiatus poſſit aliquid donare Patrono, vel eorum filiis, cauſa gratitudinis, nullo pacto, nec conditione præcedente? Reſolutio eſt affirmativa, & ita reſpondi interrogatus in hoc caſu; in eo enim nulla datur prohibitio Canonica, nec labes Simoniæ.

Ita *text. in cap. Sicut Epiſcopum* 1. 22
quæſt. 2. ibi: *Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas Chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex Clero, gratiæ tantummodo cauſa dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ejus obligatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit.* Et ibi: *Pro ingreſſu Eccleſiæ, non licet pecuniam exigere, ſed ſpontaneè oblatum licet ſuſcipere.* Cap. *Quam pio eàdem cauſa, & quæſtione,* ibi: *Niſi voluntarie oblata.* Cap. *Tua nos 34. de Simon.* ibi: *Si verò purè, ac ſine pacto, vel conditione qualibet offeret.* Et ibi: *Hujuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo Simoniacæ pravitatis.* Cap. *Dilectus* 2. *de Simon. in fin.* ibi: *Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit gratis oblatum.* Sanch. *de Sponſal. lib.* 1. *diſp.* 39. *num.* 2. *& Concil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 41. *num.* 5. *&* 7. ubi Beneficiatus poteſt donare de reditibus Beneficii remunerationis cauſa; plures per Gratian. *Forenſ. cap.* 210. *num.* 16. 17. *&* 18. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 8. *cap.* 7. *à num.* 28. *& num.* 31.

RESOLUTIO LXIV.

An Rex poſſit nominare Capellanum Maiorem in locum proprietarii ſuſpecti ad abſolvendos Miniſtros Regios à Cenſuris impoſitis ipſo jure, & à Cenſuris Bullæ Cœnæ, & ab aliis Cenſuris contra eos per Ordinarios fulminatis? Et an poſſit Capellanus Maior inhibere Prælatos Regni, nè aliquem locum Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, quin illius præcedat examen, & approbatio?

SUMMARIUM.

1 *Caſus contingentia.*
2 *Prædicator non poteſt prædicare ſine licentia Ordinarii, qui poteſt licentias conceſſas revocare.*
3 *Proviſio revocatoria ad prædicandum.*
4 *Intimatio illius per Clericum, in quem Miniſtri Regii violentas manus injecerunt.*
5 *Manus violentas in Clericum injiciens, notoreitate facti inexcuſabili, ſtatim evitandi ſunt ſine aliqua declaratione.*
7 *Sententia Capituli Lamecenſis ſuper notoreitate ſacrilegii.*
8 *Judex ſæcularis tenetur remittere Clericum, cum culpis ad Judicem Eccleſiaſticum.*
Ibi. *Judex Eccleſiaſticus ex officio tenetur Clericum ad ſe advocare à poteſtate ſæculari.*
9 *Senator cenſuratus recurrit ad Capellanum Maiorem, ut eum abſolveret à Cenſuris, & ut cauſam ad ſe advocaret juxta formam Brevium* Leonis X. *&* Julii III.
10 *Capellanus Maior declaravit ſe eſſe ſuſpectum.*
11 *Rex nominavit in locum Capellani Maioris D. Petrum de Menezes.*
14 *Commiſſarius juſſit expedire inhibitoriam, & cauſam advocare, cum ſuſpenſione Cenſurarum.*
16 *Capitulum exceptionem oppoſuit contra advocatoriam, & inhibitoriam.*
17 *Privilegia, ut operentur, neceſſe eſt, quòd uſu recipiantur.*
18 *Privilegia amittuntur per uſum contrarium, per non uſum, aut per abuſum, & non uſum decennii.*
19 *Privilegia non amittuntur per non uſum, etiam mille annorum, quando non ſe obtulit occaſio illis utendi.*
Ibi. *Privilegium amittitur per negligentiam, quæ non datur in eo, qui non habet occaſionem illo utendi.*
21 *Judices ſæculares, quando Cenſuris premebantur ab Eccleſiaſticis, ad Judicium Coronæ recurrebant, quia aliud remedium non inveniebatur ad redimendam nullitatem Cenſurarum.*
22 *Judex ſæcularis, quanvis poſſit conveniri coram Eccleſiaſtico, vel ſæculari pro injuria facta Clerico, nunquam tamen pro ſacrilegio poteſt coram ſæculari conveniri.*
Ibi. *Poſteriora derogant Prioribus.*
23 *Cauſæ omnes Eccleſiaſticæ coram Ordinariis locorum, duntaxat in prima inſtantia, terminantur; nec poſſunt ante biennium per aliquos Judices Superiores avocari, nec appellari, niſi à Sententia definitiva, vel illius vim habente.*
Ibi. *Dictio*: dumtaxat, *eſt reſtrictiva, quæ excludit omnes alias perſonas, præter nominatas.*
24 *In Brevibus* Leonis X. *&* Julii III. *non datur facultas Regi, ut ſubrogare poſſit alium in locum Capellani Maioris ſuſpecti, cui facultas abſolvendi commiſſa fuit.*
Ibi. *Subrogatio eſt actus juriſdictionis.*
Ibi. *Rex eam non habet in rebus Eccleſiaſticis.*

Ibi. *Nemo dat, quòd non habet, nec committit, quod non poteſt.*

25 *Capellanus Maior poſtquam ſe à cauſa excluſit tanquam ſuſpectum, non poterat ſubdelegare ſine conſenſu Capituli.*

Ibi. *Subdelegatus à delegato Papæ debet eſſe conſtitutus in dignitate.*

26 *Qui non poteſt eſſe Judex principaliter, nec etiam incidenter per ſubdelegationem alterius; & n.* 50.

27 *Bullæ* Leonis X. *&* Julii III. *ſolùm loquuntur de Cenſuris fulminatis contra Miniſtros Regios per Ordinarios, & non de Cenſuris impoſitis per Bullam Cœnæ, & ipſo jure incurſis.*

28 *Brevia Apoſtolica ſunt ſtricti juris, & non poſſunt extendi ultra caſum, de quo expreſſé loquuntur.*

29 *Verba privilegii ſunt attendenda, & ſecundùm ejus tenorem judicandum.*

30 *Judex, ad quem appellatum eſt à Sententia interlocutoria, non poteſt inhibere Judici à quo, nec annullare ejus Cenſuras per ſimplicem ſupplicationem, niſi cognoſcere cæperit, an cauſa appellationis ſit vera?*

32 *Sententia interlocutoria Judicis Commiſſarii.*

33 *Executio ſuſpenditur pendente exceptione nullitatis, ex defectu juriſdictionis.*

34 *Exceptio incompetentiæ poteſt poni etiam poſt tres Sententias conformes.*

35 *Exceptio obreptionis, & ſubreptionis facit ſuperſedere in cauſa principali, & in executione Brevium, & Reſcriptorum.*

36 *Exceptio, quæ oritur ex ventre, & tenore Brevium, & Bullarum, facit etiam ſuperſedere in executione.*

37 *Exceptio de formâ commiſſionis non ſervatâ facit etiam ſuperſedere.*

Ibi. *Actus factus contra formam commiſſionis eſt ipſo jure nullus.*

38 *Ampliatur quamvis in minimo omittatur.*

39 *Referuntur verba commiſſionis, ex quibus conſtat Commiſſarium prius debere cognoſcere.*

41 *Sententia Commiſſarii ſuper impedimentis.*

42 *Exceptio contra eam.*

43 *Juriſdictio, vel eſt ordinaria, vel delegata.*

Ibi. *Factum ab eo, qui non habet juriſdictionem ordinariam, vel delegatam nullum eſt.*

44 *Idem procedit in abſolutione Cenſurarum, in foro Pœnitentiæ.*

44 *Judex Commiſſarius non eſt Ordinarius Capellæ Regiæ.*

46 *Nec ei conveniunt verba Brevium.*

Ibi. *Verba cui non conveniunt, nec etiam diſpoſitio.*

47 *Verba legis, & commiſſionis interpretantur ſecundùm propriam ſignificationem, à qua non eſt recedendum.*

48 *Cauſa commiſſa alicui dignitati, nomine appellativo, ſolus ille, qui eam habet, & ejus exercitium, poteſt de illa cognoſcere, & non alius, qui eam non habet.*

49 *Negativa probatur ex actis.*

Ibi. *Subdelegari non poteſt cauſa; quando eſt electa induſtriâ perſonæ.*

50 *Subdelegatio fieri non poteſt, niſi in perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutâ, nec in eo, qui non habet, eandem dignitatem, & qualitatem.*

Ibi. *Paritas rationis requiritur in ſubrogato, & in eo, in cujus locum ſubrogatur.*

51 *Subdelegare poteſt Judex antequam recuſetur.*

52 *Commiſſarius nec etiam poterat cognoſcere ut talis.*

Ibi. *Sæculares ſunt incapaces juriſdictionis ſpiritualis.*

53 *Capellanus Maior non poteſt Miniſtros Regios abſolvere à Cenſuris Bullæ Cœnæ, nec à jure inflictis*

tis ipſo facto virtute dictorum Brevium.

54 *Supplicatio Regis Emmanuelis ſolum fuit directa ad Cenſuras per Ordinarios præſumptuoſé, & injuſté fulminatas contra Miniſtros Regios.*

Ibi. *Verbum*: Præſumant, *dolum, & temeritatem importat.*

55 *Non fecit mentionem in ſupplica de Cenſuris à jure fulminatis, & impoſitis ipſo facto pro violenta manuum injectione in Clericos.*

Ibi. *Excommunicatio ſecum trahit executionem paratam.*

56 *Injuria non naſcitur, unde jura naſcuntur.*

57 *Appellatio non datur ab executore Legis.*

58 *Nec à pœna per Legem inflictâ.*

59 *Declaratoria non eſt Cenſura, nec per eam amplius ligatur Cenſuratus.*

60 *Excommunicatus pro notoria manuum injectione in Clericum, ſtatim poteſt ſine declaratione evitari.*

Ibi. *Excommunicatus tenetur in foro conſcientiæ à Divinis abſtineri.*

Ibi. *Si excommunicatus monitus noluerit ab Eccleſia exire, contrahit novam excommunicationem Papæ reſervatam.*

61 *Excommunicatio fulminata à non habente juriſdictionem non ligat in foro conſcientiæ.*

62 *Excommunicationem debet quis potius ſuſtinere, quàm contra propriam conſcientiam cum peccato operari.*

Ibi. *Excommunicatione nulla non obſtante, poteſt quis juſtè, & licitè celebrare, ſine metu irregularitatis.*

64 *Acta originalia non tranſportantur, ſed ſolum tranſumptum authenticum.*

65 *Sententia ſuper ſecundis impedimentis.*

66 *Contra hanc Sententiam iterum Capitulum oppoſuit exceptionem.*

Ibi. *Prius cognoſcitur attento omni jure de exceptione præjudiciali incompetentiæ, & nullitatis, ex defectu juriſdictionis, quàm cauſæ principalis.*

67 *Judex, qui procedit in cauſa principali, omiſſa exceptione præjudiciali, pervertit ordinem judicialem.*

Ibi. *Qui ordinem judicialem pervertit, nulliter procedit.*

70 *Judex dubius de ſua juriſdictione non poteſt procedere.*

Ibi. *Nec procedit, quin prius cognoſcat de exceptionibus præjudicialibus, & de veritate juriſdictionis.*

71 *Repugnantia non eſt admittenda.*

Ibi. *Præverſio cauſæ ad ſe ipſam annullat proceſſum.*

73 *Sententia ſuper tertiis impedimentis.*

74 *Exceptio materiæ veteris non datur, niſi quando articuli fuerunt admiſſi, & ſuper illis probatio data fuit; non verò quando nulla probatione præcedente, fuerunt rejecti.*

Ibi. *Nec quando additur nova qualitas, & circunſtantia.*

75 *Appellatio recipitur quo ad utrunque effectum, quando cauſæ gravaminis exprimuntur, & ſuperſedetur in executione.*

76 *Nullitas, & exceſſus deducti per viam appellationis, ſtatim faciunt ſuperſedere in executione, & ceſſat via executiva.*

Ibi. *Aliàs ſi Judex procedat, committit violentiam, pro qua datur recurſus ad Coronam.*

77 *Judex rejiciens exceptiones nullitatis, & incompetentiæ, obreptionis, & ſubreptionis, tenetur recipere appellationem quo ad utrunque effectum, aliàs committit violentiam.*

79 *Capellanus Maior poteſt Prælatis Regni inhibere, nè aliquem Regni locum Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, quin prius ab eodem cauſa ſit examinata, & approbata,*

juxta formam Brevis Leonis X.
80 *Bulla* Leonis X.
81 *Iſtud privilegium fuit perſonale, prout fuit aliud ejuſdem Pontificis, ut Capellanus Maior poſſet abſolvere Miniſtros Regios Cenſuratos per Ordinarios, præſtita prius cautione, ut conſtat ex altera Bulla ejuſdem* Leonis X.
82 *Altera Bulla* Leonis X.
83 *Bulla* Julii III. *impetrata per Regem* Joannem III. *in perpetuum, ut Capellanus Maior pro tempore exiſtens de dictis Cenſuris cognoſceret.*
84 *Bulla* Julii III.
85 *Bulla* Julii III. *comprehendit etiam Collectores, & Nuntios hujus Regni, qui quanvis non ſint Prælati de Regno, ſunt tamen Prælati in Regno.*
Ibi. *Collectores, & Nuntii habent juriſdictionem Ordinariam in Provincia.*
86 *In odioſis obſervatur proprietas, & latitudo verbi.*

1 HÆc quæſtio contigit de facto anno 1657. inter *Capitulum*, Sede vacante, *Eccleſiæ Lamecenſis*, & Senatorem Portuenſem *Gregorium Pacheco de Mendoça* exiſtentem, cum *Alçada* in illa Civitate. Præceperat enim dictum Capitulum *Fr. Franciſco de Alvarenga*, aliàs ab *Annuntiatione*, Ordinis *S. Bernardi*, nè in illo Epiſcopatu prædicaret, & licentiam ſibi conceſſam ad prædicandum revocavit, pro ut poterat; quia ſcandala in prædicationibus ſeminabat in populis, & ob alias juſtas rationes: ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 5. cap. 2. de Reformat. verſ. Si vero.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. alleg. 76. num. 48. & 49. & in Collect. ad Trident. dict. ſeſſ. 5. cap. 2. n. 24.* Nec poſſunt ſine dicta licentia prædicare: Barboſ. *ubi proxim. num. 28. & 29.* Oliv. *de For. Eccleſ. part. 1. quæſt. 7. n. 88. in fin.* Merlin. *tom. 2. deciſ. 598. num. 62. & 63.* Themud. *2. part. deciſ. 175. num. 1. & 2.*

Cùmque dictus Religioſus conaretur, hac non obſtante prohibitione, prædicare in Monaſterio vulgo das *Chagas* ejuſdem Civitatis *Lamecenſis* dicto Capitulo immediatè ſubjecto, habitâ notitiâ, idem Capitulum eum iterum notificare juſſit, ut ſub pœna excommunicationis, & aliis, ipſo facto incurrendis, nè prædicaret; prout conſtat ex Proviſione tenoris ſequentis. 2

Tenor Proviſionis.

O Deaõ, Dignidades, Conegos, Cabido da Santa Sè deſta Cidade de Lamego, Sede Epiſcopali vacante: *A todos os Fieis Chriſtãos noſſos Subditos, ſaude, e paz para ſempre em Jeſu Chriſto noſſo Senhor. Fazemos ſaber, que por juſtos reſpeitos, e cauſas racionaes, convenientes ao proveito das almas dos ditos noſſos Subditos, como na fórma do Concilio Tridentino* authoritate Ordinaria, *temos revogado ao Padre Fr. Franciſco da Annunciaçaõ, Religioſo da Ordem de S. Bernardo, e morador no Moſteiro de Santa Maria das Salzedas, deſte Biſpado, qualquer licença, que tenha dos Senhores Biſpos, que foraõ deſte Biſpado, ou noſſa, como Prelado, que ſomos,* Sede Epiſcopali vacante, *a qual revogaçaõ lhe foy intimada; e com tudo, para que venha geralmente à noticia de todos os noſſos Subditos, para que ſe com auſo temerario (o que Deos naõ permita) ſe introduzir a prègar, o lancem todos de ſy, e o naõ ouçaõ. Pelo que ſe paſſou a preſente, pela qual,* authoritate Ordinaria, *mandamos de novo ao dito Padre Fr. Franciſco, que mais naõ prégue em todo eſte Biſpado, ſob pena de excommunhaõ* ipſo facto incurrenda, *e de quatro annos de degredo para o Brazil, executado tudo do Aljube Eccleſiaſtico. E outro ſy mandamos a todas* 3

as Religioſas da noſſa Obediencia, ſob a meſma pena de excommunhaõ, o naõ admittaõ, nem ouçaõ ſuas prégaçoens, nem o conſintaõ ſubir ao Pulpito de ſuas Igrejas. Dada em eſta Cidade de Lamego ſob noſſos ſinaes, e ſello de noſſa Meſa Capitular, aos vinte e ſete dias do mez de Dezembro de 1656. annos. E eu o Conego Domingos de Amaral, Secretario do Cabido, o ſob eſcrevi. O Deaõ. O Arcediago de Coa. Manoel de Carvalho de Vaſconcellos. Clemente Gonçalves Carneiro. Gonçalo Barboſa. Domingos de Amaral. Antonio de Afonſeca.

4 Hæc diligentia commendata fuit *Emmanueli Ribeiro*, Notario Apoſtolico, & Clerico exemplaris vitæ, & virtutis, & facta cum illo Religioſo diligentia, abiens in domum ſuam dictus Senator *Georgius Pacheco*, cum ſuo ſatellitio, *Merino*, & *Scriba*, in irriſionem Capituli, cui erat maximè odioſus, cum gladiis, & fuſtibus, piſtolis, & aliis armis offenſivis, & defenſivis, dictum Clericum juxta Crucem de *Almacave* ejuſdem Civitatis expectavit, & in eum pacificè venientem, tanquam in famoſum latronem, omnes evaginatis gladiis irruerunt, quorum primus fuit ipſe Senator, qui in eum manus injecit violentas, ad cujus exemplum cæteri omnes officiales, & ſatellites nefarias etiam manus intulerunt, & variis injuriis, verbo, & opere affecerunt, ſublatoque palio, & galero, magnis clamoribus, in ſæcularem carcerem generali omnium ſcandalo, & lacrymis circunſpicientium, tam nefandum ſcelus in Chriſtiano Regno operati, detruſerunt.

5 Et quanvis dictus Senator, ejus officiales, & ſatellites, ſtatim evitari poterant, tanquam excommunicati notorietate facti inexcuſabili, quod tergiverſatione aliqua celari non poterat, juxta Extravagantem *Martini V.* de qua Gutier. *Can. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. ubi ſine aliqua denuntiatione, nec declaratione, dicit evitandos hos publicos percuſſores Clericorum, ibi: *Salvo ſiquem pro ſacrilega manuum injectione in Clericum Sententiam latam à Canone, adcò notoriè conſtiterit incurriſſe, quod factum non poſſit aliquâ tergiverſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari, nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abſtineri, juxta Canonicas Scantiones.* Idem etiam decretum eſt in Concilio *Baſilienſi*, de quo etiam Gutier. *dict. num.* 1. *verſ. Conſilium autem*; & Covar. *in cap. Alma mater*, *part.* 1. §. 2. *num.* 7. qui plures refert, *num.* 9. & Gutier. *dict. cap.* 1. *num.* 3. *cum ſeq.* Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſput.* 46. *num.* 10.

Attamen dictum Capitulum, ut 6 juridicè conſtaret de tam notorio ſacrilegio, commiſit vices ſuas *Decâno* ejuſdem Eccleſiæ, ut Summarium faceret, & eo expedito, & juſtificato per 18. teſtes judicialiter interrogatos, & conteſtes de viſu, & certa ſcientia, de eodem actu, & tempore, & deducto ad Capitulum, in eo prolata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Capituli ſuper notorietate ſacrilegii.

Conſta deſte Summario, e papeis à elle juntos, que eſtando notificado o Padre Frey Franciſco de Alvarenga, Religioſo profeſſo da Ordem de Saõ Bernardo, da parte deſte Cabido, Sede vacante, para que naõ prégaſſe mais neſte Biſpado, por juſtas razoens, e cauſas, que para iſſo precederaõ, ao que como Prelado que ſomos, Sede vacante, o podiamos conſtranger, e revogar, qualquer licença, que 7

tiveſſe

tiveſſe de prégar neſte Biſpado na fórma do Sagrado Concilio Tridentino, elle dito Padre com atrevimento temerario, eſtando aſſim ſuſpenſo do miniſterio de prégar, intentou de o fazer na ſegunda Oitava do Natal; 27. dias deſte mez, no Convento das Chagas deſta Cidade, que he de noſſa immediata juriſdicçaõ, e obediencia; pela qual razaõ lhe mandàmos fazer nova notificaçaõ, aggravada com Cenſuras, e outras penas, para que naõ executaſſe ſua deſobediencia, no tal caſo, a qual notificaçaõ lhe foy intimada por noſſa commiſſaõ pelo Padre Manoel Ribeiro, Clerigo de Miſſa, Notario Apoſtolico; e recolhendo-ſe o dito Padre para ſua caſa, depois de feita a dita notificaçaõ, por cauſa della o eſtava eſperando à Cruz de Almacave deſta Cidade o Dezembargador Jorge Pacheco de Mendoça, que de preſente aſſiſte com alçada neſta Cidade, acompanhado de ſeu Meirinho Andrè Carneiro da Sylva, e ſeu Eſcrivaõ Ignacio Velozo de Siqueira, Pedro Leitaõ, Balthaſar Ferreira, Antonio Dias, e o Coelho, que por nome naõ perca, ſeus Beleguins, com os mais de ſua quadrilha; e que chegando o dito Padre perto do dito poſto, o dito Dezembargador pegou delle, e o prendeo, e de ſeu mandado pegàraõ tambem nelle o Meirinho, Eſcrivaõ, e mais Beleguins, e o levàraõ prezo a empuxoens à raſtro, dando-lhe de eſpaldeiradas, picando-o, e dando-lhe nas coſtas com piſtolas, e armas; e deſta maneira (peor do que ſe fora hum ladraõ) deſcompoſto, ſem capa, e deſcuberto da cabeça, o levàraõ à Cadea ſecular deſta Cidade acompanhado de armas de fogo offenſivas, e outras defenſivas, e que atè o preſente o tem na dita Cadea ſem o remeter a eſte Cabido, nem dar cauſa à dita prizaõ. Pelo que authoritate Ordinaria, de que neſta parte uſamos, declaramos ao dito Jorge Pacheco de Mendoça, e aos ditos ſeu Meirinho, e Eſcrivaõ, e a Pedro Leitaõ, Balthaſar Ferreira, Antonio Dias, e ao Coelho, que por nome naõ perca, Beleguins da dita Alçada, e aos mais cujos nomes aqui havemos por expreſſos, e declarados, haverem todos, e cada hum delles encorrido na excommunhaõ mayor Apoſtolica do Cap. Si quis ſuadente diabulo 17. quæſt. 4. e nas excommunhoens da Bulla In Cœna Domini, clauſ. 15. e em outras da meſma Bulla, de excommunhaõ reſervada a Sua Santidade; e tambem por encorrerem pelo dito caſo em excommunhaõ na meſma fórma reſervada, por encontrarem, e impedirem noſſa juriſdicçaõ Ordinaria na materia do governo eſpiritual regetivo deſte Biſpado, por ſer delito graviſſimo, e injuria, e ſacrilegio atrociſſimo, publico, e notorio, cometido no meyo deſta Cidade, à viſta dos muitos moradores della, que geral, e eſpecialmente ficàraõ eſcandalizados; e neſta fórma mandamos, ſe paſſem as declaratorias neceſſarias, aſſim para eſta Cidade, como para todas as mais, que parecer deſte Reino, em ordem de vir à noticia de todos os Fieis delle, e que por taes excommungados de excommunhaõ mayor Apoſtolica reſervada a Sua Santidade, ſejaõ todos publicados nos Pulpitos, Eſtaçoens, e lugares publicos, e ſe fixe eſta noſſa Declaratoria nas portas principaes das Igrejas, e Conventos, para que venha à noticia de todos. Lamego, em Cabido, Sede vacante, aos 29. de Dezembro de 1656. O Deaõ. O Meſtre Eſcola. O Arcediago de Coa. O Arcipreſte. Franciſco Ribeiro. Jeronymo Ferreira. Manoel de Carvalho de Vaſconcellos. Clemente Gonçalves Carneiro. Manoel Rodrigues. Gonçalo Barboſa. Domingos de Amaral. Antonio da Fonſeca Cabral.

Expeditis, & affixis in foribus Eccleſiarũ, & Monaſteriorũ illius Civi- 8
tatis declaratoriis, ut iſti ſacrilegi vitarentur, fuerunt poſtea per idem Sũmarium pronuntiati, ut à ſacrilegio liberarentur, & expeditum fuit

Pre-

Precatorium per idem Capitulum (prout tenebatur ex officio: plures per Riccium *in Praxi aurea reſol.* 475. *num.* 2. contra dictum Senatorem) ut Clericum cum culpis, ſi quas haberet, remitteret eidem Capitulo; cui Precatorio dictus Senator non detulit, imnò pertinaciter dictum Clericum ultra quatuor menſes in carcere ſæculari retinuit contra juris communis diſpoſitionem: DD. per *text. in cap. Si Judex laicus*, *de Sentent. excommun. in* 6. Plures per Riccium *ubi ſupra n.* 1. & per generalem Regni, & totius Chriſtianitatis ſtylum, & contra Regni concordias tempore Regis Petri I. *Cap.* 6. de qua Gabr. Pereir. *de Man. Reg. tit. de Concord. fol.* 249. *num.* 146. & tempore Regis Joannis I. *Cap.* 24. de qua idem Gabriel *tit. de Concordiis*, *fol.* 262. *num.* 197. ex quibus deſumpta fuit Ordinatio Regia *lib.* 2. *tit.* 1. §. 23. & 24. quam dictus Senator ſcire tenebatur.

9 His Cenſuris ligatus, & irretitus, & ab Officiis Divinis evitatus dictus Senator, petitionem fecit Capellano Maiori *D. Emmanueli à Cunha* Epiſcopo Elvenſi (qui feliciter requieſcat) ut cauſam ad ſe advocaret, juxta formam Brevium *Leonis X.* & *Julii III.* conceſſorum ad inſtantiam Sereniſſimorum Regum *Emmanuelis*, & *Joannis III.* de quibus *infra à num.* 80. & eum abſolveret à Cenſuris præſtitâ cautione de parendo mandatis, & judicatis per eundem Capellanum Maiorem, cui detulit, in forma ſequenti.

Interlocutoria Capellani Maioris.

10 *Recorra a Sua Mageſtade, para que nomee Capellaõ Mór, que conheça deſta Cauſa, porque eu pela Cruz, que trago ao peito, juro, que tenho juſto impedimento para conhecer della. Lisboa*, 7. *de Janeiro de* 1657. M. Biſpo Capellaõ Mór.

Quare dictus Senator à Rege impetravit Decretum, ut *D. Petrus de Menezes* electus Epiſcopus Portuenſis de hac cauſa cognoſceret, tanquam *Capellanus Maior*, prout ex eo conſtat tenoris ſequentis. 11

Forma Commiſſionis, & Decreti.

Dom Pedro de Menezes, Biſpo eleito do Porto, e meu Submilher de Cortina mais antigo, conheça da Petiçaõ de Jorge Pacheco de Mendoça, Dezembargador da Relaçaõ do Porto, que ſerà incluſa neſte Decreto, e lhe deferirà em lugar do Biſpo meu Capellaõ Mór, como for juſtiça. Lisboa, 11. *de Janeiro de* 1657. Rubrica Dominæ Reginæ Regentis. 12

Hac exhibita commiſſione dictus *D. Petrus de Menezes* cum Brevibus *Leonis X.* & *Julii III.* & cautione de parendo judicatis interloquutus fuit commiſſarius per Sententiam ſequentem. 13

Prima Sententia interlocutoria D. Petri de Menezes.

Paſſe Carta advocatoria inhibitoria, e levantamento de Cenſuras, viſta a fórma dos Breves de Sua Santidade Leaõ X. & Julio III. *e mais documentos juntos, e terſe dado cauçaõ idonea. Lisboa*, 20. *de Janeiro de* 1657. Dom Pedro de Menezes. 14

Virtute hujus Sententiæ expedita fuit Carta citatoria inhibitoria, & compulſoria, cum ſuſpenſione Cenſurarum uſque ad finem cauſæ, non ſolum dicto Senatori, ſed etiam ejus officialibus, & ſatellitibus, qui nullam præſtiterunt cautionem. 15

Intimatâ hac compulſoriâ, & inhibitoriâ Capitulo Lamecenſi, excipiendo, me Patrocinante, oppoſuit ex- 16

exceptionem incompetentiæ, & nullitatis ex defectu jurisdictionis, obreptionis, & ſubreptionis ex ſequentibus.

17 Primò. Quòd Brevia *Leonis X.* expedita anno 1518. de quo *infra num.* 82. & *Julii III.* anno 1511. de quo *infra num.* 84. nunquam practicata, nec fuerunt uſu recepta: privilegia enim, ut operentur, neceſſe eſt, ut uſu recipiantur: DD. per text. *in Cap. ultim. de Conſuetud. in* 6. *cap.* 1. *de Treuga, & Pace*, ubi latè Panormitan. *& in cap. Cum olim, de Cleric. conjugat.* Soar. *de Legib. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 1. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 2. *num.* 1. Themud. *deciſ.* 2. *n.* 42. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 322. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 26. *n.* 2. *&* 3. Surd. *Conſil.* 48. *num.* 11. *&* 12. *& Conſil.* 58. *num.* 9. *& Conſil.* 440. *num.* 57.

18 Et amittuntur per uſum contrarium, per non uſum, & per abuſum: ita Gloſſ. *verb. Renunciaſſe, in cap. Ex ore, de his, quæ fiunt à maiori parte*, Gloſſ. *verbo, Cum facto, in cap. ult. de Vita, & honeſtate*, DD. per *text. in cap. Cum aſſeſſiſſent, de Conſt. & per cap. Si de terra, cap. Accedentibus, de Privileg. & per text. in L.* 1. *ff. de Nundin. & in L.* 2. *Cod. de Diverſit. reſcript.* Plures per Phœb. *p.* 1. *deciſ.* 33. *num.* 10. Gam. *deciſ.* 262. *num.* 3. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 22. *num.* 34. *& cap.* 63. *num.* 34. *& deciſ.* 91. *n.* 26. *& n.* 30. Themud. *dict. deciſ.* 2. *n.* 42. amittitur etiam per non uſum decennii: Innocenc. *in cap. Accedentibus, de Privileg.* Abb. *in cap. Pro illorum, de Præbend.* DD. per *text. in L. Imperium, ff. de Juriſd. omn. Jud.* Gratian. *deciſ.* 14. *in Addit. num.* 11.

19 Quanvis enim privilegia non amittantur per non uſum, etiam mille annorum, quando non ſe obtulit occaſio illis utendi: DD. per *text. in L. & Atteleſinius* 35 *ff. de Servit. ruſtic. L. Si ſic, ff. Quemadmodum ſervitut. amittantur*, Gloſſ. *in cap. Abbate, de verb. Signific.* Barthol. *in L. Filiis, per text. ibi, Cod. de Decurion. lib.* 10. Bald. *de Præſcript.* 4. *part. quinta Principal, quæſt.* 4. *n.* 3. Plures per Maſtrilh. *deciſ.* 96. *num.* 6. Gratian. *deciſ.* 14. *in Addit. num.* 9. *&* 10. ubi plures refert, ea moti ratione, quia cum privilegium per negligentiam amittatur, hæc dari non poteſt, in eo, qui non habuit occaſionem illo utendi; & conſequenter illud amittere non poſſe: plures per Cyriac. *Contr.* 57. *num.* 18. & per Surd. *Conſil.* 323. *num.* 50. *& Conſil.* 419. *num.* 28.

Planè plures ſe ſe obtulerunt occaſiones, ut Capellani Maiores tali privilegio uterentur, in quibus Vicarii Generales hujus Civitatis, & Collectores, plures Regios Miniſtros Cenſuris affecerunt, & tanquam excommunicatos declararunt, prout fuit in tempore Collectoris *Alexandri Caſtracani*, qui anno 1640. plures Miniſtros Regios cenſuravit, & eo à Regno expulſo Cenſuratos reliquit, quin Capellanus Maior, pro tempore in hac Civitate exiſtens, de talibus Cenſuris cognoſceret, nec in cauſa ſe aliquo modo injeſſit, ut eſt notum. Ergo talia privilegia non ſunt in ſua obſervantia, & fuerunt per non uſum revocata. 20

Secundò. Quia quando Judices, & Miniſtri Regii ab Eccleſiaſticis Judicibus Cenſuris premebantur, non ad Capellanum Maiorem, ſed ad Judices Regiæ Coronæ recurrebant, prout experientiâ conſtat, & ex concordia cum Sereniſſimo Rege *Sebaſtiano*, cap. 16. de qua Gabriel Pereir. *de Man. Reg. tit. de Concord. fol.* 296. *num.* 298. ubi recurritur ad Coronam ſuper Cenſuris ab Ordinariis fulminatis, quia aliud remedium non inveniebatur ad redimendam nullitatem Cenſurarum; & certum eſt, quòd ſi illa Brevia in ſuo robore extitiſſent, ad Judicium Coronæ in illo tempore recurrendum non erat. 21

22 Ter-

22 Tertiò. Quia, quanvis pro injuria, vel offenſa Clericis facta, ut in præſenti, poſſit Judex Laicus, qui eam fecit, conveniri coram Eccleſiaſtico, vel ſæculari, prout voluerit Clericus offenſus; nunquam tamen pro ſacrilegio coram ſæculari, ſed coram Eccleſiaſtico Judice agendum eſt. Conſtat ex Concordia ejuſdem Regis *Sebaſtiani* facta cum Clero, de qua Gabriel Pereir. *de Man. Reg. tit. de Concord. cap.* 18. *num.* 300. *fol.* 296. *verſ.* ex qua deſumpta fuit Ordinatio Regia *lib.* 2. *tit.* 9. §. 3. *in fin.* ibi: *E quanto ao ſacrilegio, e excommunhaõ, no caſo, em que ſe nella incorreo, ſe procederá no Juizo Eccleſiaſtico*, ubi pluribus relatis Emmanuel Barboſ. *in Remiſſion. d.* §. 3. *n.* 1. *&* *n.* 4. Bobadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 37. *& num.* 133. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 59. *num.* 10. Et ſi dicta Brevia eſſent in ſuo robore, in dicta Ordinatione, & Concordia poſteriori, eſſet facienda declaratio, cauſas Cenſurarum contra ſæculares Miniſtros fulminatarum eſſe coram Capellano Maiori diſcutiendas, & non coram Vicariis Generalibus locorum, in quibus Clericis talis offenſio facta fuit. Poſteriora enim (ubi aliud non exprimitur) derogant prioribus: ex *L. Et poſteriores, ff. de Legibus, L. Si unus* 28. §. *Pactus nè peteret, ff. de Pact.* Gam. *deciſ.* 50. *num.* 3. Flamin. *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 10. Barboſ. *Axiom.* 183. *n.* 1. Surd. *Conſil.* 145. *n.* 24. *& Conſil.* 202. *n.* 1.

23 Quartò. Qui cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes (prout eſt cauſa ſacrilegii) in prima inſtantia coram Ordinariis locorum duntaxat terminantur, & deciduntur, & illa dictio *duntaxat* eſt taxativa, & reſtrictiva, quæ excludit omnes alias perſonas præter expreſſas: ex *L.* 3. §. *Cum Titio, ff. de Adimend. legat. L.* 2. *Cod. de Legibus, cap. Cum Eccleſia, de Verbor. ſignif. cap. Statutum*, §. *In nullo, de Reſcript. in* 6. *cap.* 1. *de Jur. jurand. in* 6. Plures per Barboſ. *de Dictionib. Diction.* 97. *n.* 4. itaut ante biennium nec committi, nec advocari poſſint per quoſcunque ſuperiores, nec inhibitio fieri, niſi à definitiva, vel à definitivæ vim habente appellatio interponatur; nec Legati de Latere, nec alii Judices, quorumcunque facultatum vigore, poſſunt Epiſcopos, & Ordinarios impedire, nec aliquo modo eorum juriſdictionem præripere, niſi prius Epiſcopo requiſito, aut negligente in cauſa procedere; aliàs, omnia in contrarium facta nullius ſunt roboris, vel momenti: ita expreſſè definitum, & conſtitutum eſt per Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 20. *de Reformat.* ubi plures refert Barboſ. *in Collect. n.* 8. affirmans pluribus relatis, hoc Decretum procedere etiam reſpectu Capituli Sede vacante, quia ſuccedit Epiſcopo in juriſdictione Ordinaria; *& de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *à n.* 61. ubi plures refert.

Quintò. Quia dicta Brevia, & privilegia conceſſa fuerunt Cappellano 24
Maiori pro tempore exiſtenti, ut ex ipſis patet, quin in eis detur facultas Regi aliquem nominandi, nec ſubſtituendi ſuo loco: quare illa commiſſio Regia, de qua *ſupra n.* 12. nulla fuit, quia ſubdelegatio, ſeu ſubrogatio Judicis eſt actus juriſdictionis: ex *text. in L. Imperium* 3. *in fin. ff. de juriſd. omn. judic.* DD. per *text. in cap. Judex ab Apoſtolica S. de Offic. deleg. in* 6. & ibi Gloſſ. *verb. Proponatur.* Vantius *de Nullit. tit. Ex defectu juriſd. deleg. n.* 4. quam Rex in rebus Eccleſiaſticis non habet: ex *Cap. Decernimus, de Judic. cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit.* Surd. *Conſil.* 193. *n.* 17. nec ei fuit hæc poteſtas commiſſa per dicta Brevia. Ergo quidquid factum fuerit ab ipſo ſubſtituto, ſeu ſubdelegato, nullum eſt ex defectu juriſdictionis, quam Rex non habet in hoc caſu; nemo enim dare poteſt, quod non habet: ex *L. Obſervare*, §. *ult. ff. de Offic Proconſul.*

Digitized by Google

L. Traditio, in princ. ff. de Acquirend. rer. domin. nec committere, quod non poteſt: *Cap. Daibertum* 1. *q.* 7. *cap. ult. de Reſcript. cap. Quòd autem, de Jur. Patron. cap.* 1 *de Offic. Ord. in* 6. Vant. *de Nullit. tit. Ex defect. juriſd. delegat. n.* 3. *in fin. & tit. Ex defect. inhabilit. n.* 125. *in fin.* Surd. *d. Conſil.* 193. *n.* 17.

25 Sextò. Quia dato, quòd dicta Brevia eſſent in ſua obſervantia, nec Capellanus Maior poterat ſubdelegare vices ſuas poſt interlocutoriam, de qua *ſupr. n.* 10. quin præcederet expreſſus conſenſus Capituli: ex *text. in cap. Judex ab Apoſtolica, de Offic. deleg. in* 6. nec quanvis vellet, poterat vices ſuas ſubdelegare dicto *D. Petro de Menezes*, quia non erat conſtitutus in dignitate Eccleſiaſtica, de qua *text. in cap. Statutum* 8. *de Reſcriptis in* 6. & ideo in eo ſubdelegare non poterat: ex *text. in dict. cap. Statutum*, §. *In nullo*, ibi: *Neque alibi, quam intra illas, & perſonis duntaxat deſignatis ſuperiùs, committat quomodolibet vices ſuas.* Cap. *ult. verſ. Vices*; & ibi Gloſſ. *verb. Superiùs, de Offic. delegat. in* 6. utrobique Barboſ. *in Collect.*

26 Cum ergo dictus *D. Petrus de Menezes*, non poſſit eſſe Judex Apoſtolicus, quia non habet qualitates à jure requiſitas *in d. cap. Statutum*, nec etiam poterat eſſe ſubrogatus; qui enim non poteſt eſſe Judex principaliter, nec etiam per ſubrogationem alterius; ita pluribus relatis Salgad. 2. *p. cap.* 7. *n.* 147.

27 Septimò. Quia quanvis dicta Brevia eſſent in viridi obſervantia, & *d. D. Petrus* poſſet eſſe Judex ſubrogatus, non poterat ſe ingerere in hoc caſu, quia dicta Brevia non agunt de Cenſuris à jure latis ipſo facto pro violenta manuum injectione in Clericos, nec de Cenſuris impoſitis ipſo facto in Bulla Cœnæ, quibus Cenſuris dictus Senator *Georgius* pro violenta manuum injectione in dictum Clericum fuit ipſo facto cum ſuo ſatellitio irretitus: ex *Cap. Si quis ſuadente Diabulo* 17. *q.* 4. & etiam in Cenſuras *Bullæ Cœnæ* incidit, quia de facto impedivit Capitulum, nè ſua juriſdictione vteretur: conſtat ex *Clauſ.* 16. ipſius Bullæ, de qua Barb. *de Pot. Epiſc. alleg.* 50. *n.* 73.

Quare dicta Brevia, cum ſint ſtricti juris, extendi non poſſunt ultra caſum, de quo expreſſè loquuntur DD. *per text. in cap.* 1. *de Reſcript. in* 6. Surd. *Conſil.* 105. *n.* 27. Riccius 3. *p. deciſ.* 105. *à n.* 1. Phœb. *p.* 1. *deciſ.* 19. *n.* 10. *& deciſ.* 70. *n.* 5. Valaſc. *Conſult.* 136. *n.* 9. Gratian. *Forenſ. tom.* 3. *cap.* 530. *n.* 48. Gutier. *Conſil.* 5. *n.* 15. *& Pract. lib.* 2. *q.* 75. *n.* 3. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 188. *n.* 10. *&* 2. *p. deciſ.* 117. *n.* 5. Surd. *Conſil.* 526. *n.* 8. Bobadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 255. *ad med.* 28

Verba enim privilegii ſunt attendenda, & ſecundùm ejus tenorem judicandum: ex *Cap. Porrò, cap. Reſpicimus, de Privileg.* Riccius *Collect.* 1625. Gutier. *d. Conſil.* 5. *n.* 8. *verſ. Et cum tenor*, Surd. *Conſil.* 1. *num.* 31. *& DD. ſupra.* 29

Octavò. Quia dictus *Georgius* expreſſit falſitatem, & ſuppreſſit veritatem in ſupplica; non enim expreſſit, ſe fuiſſe excommunicatum à jure ex eo, quia injeſſit manus violentas in Clericum, & ob eandem cauſam ſe fuiſſe à Capitulo denuntiatum, ut à Fidelibus vitaretur, tacendo in hoc veritatem, & expreſſit falſitatem dicendo ſe Clericum incarceraſſe virtute Sententiæ Metropolitani, quæ eo tempore jam erat revocata per Sententiam Apoſtolicam, & *Capitulum Metropolitanum* cum tota ſua *Relatione* judicatum ſuſpectum Capitulo Lamecenſi; & inſuper hæc cauſa ſacrilegii nullam combinationem, nec parentellam habebat, cum litigio pendente inter Capitulum Lamecenſe, & Religioſas Monaſterii ejuſdem Civitatis: quare *d. D. Petrus*, non poterat abſolvere ſupplicantem, quin prius cognoſcere cœpiſſet, an cauſa in ſupplica allegata eſſet vera: ex *Cap. Romana*, 30

§. *Quòd*

§. *Quòd ſi obviatur, in fin. de Appell. in* 6. nec Capitulum inhibere, quin prius de cauſa cognoſceret: ex *text. in dict. cap. Roman.* §. *Si autem, in fine*, nec denique Cenſuras, & interdicta tollere, per ſimplicem Supplicationem ejuſdem *Georgii*, quin præcederet cauſæ cognitio, eodem Capitulo audito: ex *text. in d. cap. Romana*, §. *Sententias*, *de Appellat. in* 6.

31 Hac oblata exceptione ex parte Capituli, & aliis rationibus roborata, ſupplicavit iterum *dict. Georgius*, ut *dict. D. Petrus* præciperet Chartam expedire cum Cenſuris, & pœnis, nè ab Eccleſiaſticis vitaretur in divinis, nec in humanis; ex eo quia *dict. D. Petrus* relaxaverat Cenſuras à Capitulo fulminatas ſub præſtita cautione, & Capitulum Lamecenſe nec ſuſpenſioni Cenſurarum, nec inhibitoriæ parere voluiſſe. Hanc petitionem juſſit *d. Petrus* actis injungi, & ſibi fuiſſe concluſam, cum exceptione Capituli, & in eis interlucutus fuit per Sententiam tenoris ſequentis.

Secunda interlocutoria D. Petri de Menezes.

32 *Deferindo à Petiçaõ do Supplicante fol.* 35. *mando, que ſe paſſe Carta em fórma, para que ſeja admittido aos Officios Divinos, guardando-ſe em tudo a fórma da minha Carta no levantamento das Cenſuras; e no tocante aos Embargos hajaõ as partes Viſta; e em ultimo lugar o Promotor da Capella Real. Lisboa*, 24. *de Fevereiro de* 1657. D. Pedro de Menezes.

33 Hæc interlocutoria, fuit nulliter prolata, & contra juris diſpoſitionem, quo attento, pendente exceptione nullitatis ex defectu juriſdictionis, ſuſpenditur executio, quanvis ſit Sententia lata: DD. *per text. in L.* 4. §. *Condemnatum*, *ff. de Re judicat.* Plures per Vant. *de Nullit. tit. Quot, & quibus modis nullitatis*, *n.* 33. Plures per Surd. *Conſil.* 99. *n.* 18. Roland. *lib.* 1. *Conſil.* 1. *num.* 29. Mendes à Caſtr. *in Prax.* 2. *p. cap.* 21. *n.* 109. *&* 110. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 9. *num.* 15.

Idem etiam procedit, quando opponitur exceptio incompetentiæ, quæ opponi poteſt, etiam poſt tres conformes: ex Gail *lib.* 1. *obſerv.* 42. *num.* 11. *&* 12. Suar. à Pace *part.* 1. *tom* 1. *tempore* 1. *num.* 84. *& tempor.* 5. *num.* 25. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 22. *num.* 4. *&* 10. Gabr. Pereir. *deciſ.* 2. *num.* 9. *in fin.* Phœb. 2. *p. deciſ.* 118. *à num.* 25. Plures per Marcheſan. *de Commiſſionib.* 2. *part. commiſſ.* 2. *cap.* 2. per totam, Themud. *p.* 1. *deciſ.* 59. *num.* 4. Ordinatio Reg. *lib.* 3. *tit.* 75. *in princip. & tit.* 87. §. 1. ubi Barboſ. *in Remiſſ.* 34

Idem etiam procedit in exceptione obreptionis, & ſubreptionis, quæ etiam facit ſuperſedere in cauſa, & in executione Brevium, & Reſcriptorum; ita pluries judicatum teſtatur Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 41. *in princip. & per totam.* Gabr. Pereir. *deciſ.* 60. *per tot. & de Manu Reg.* 2. *part. cap.* 22. *n.* 23. Emmanuel Barboſa *ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *n.* 6. Pinel. *in Rubric. Cod. de Reſcind. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 28. Mendes à Caſtr. *Prax. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 12. 35

Idem etiam procedit, quando opponitur exceptio, quæ oritur ex ventre, & tenore Brevium, & Bullarum Apoſtolicarum, quæ etiam facit ſuperſedere in executione; ut pluribus relatis reſolvit Barboſ. *de Penſionib. quæſt.* 7. *à num.* 5. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 3. *à n.* 63. *&* 4. *part. cap.* 7. *à num.* 100. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 9. *num.* 16. *&* 27. 36

Idem etiam, quando excipitur de formâ non ſervatâ; tunc enim ſuperſedetur, quia actus factus contra formam commiſſionis, nullus eſt ipſo jure: DD. *per text. in cap.* 37

Cum dilecta 22. *de Reſcript. L. Certa forma*, *ff. de Jur. fiſci*, *L. Cum hi*, §. *Si Prætor*, *ff. de Tranſact.* Gail *lib.* 1. *obſ.* 1. *num.* 36. Surd. *Conſil.* 371. *num.* 70.

38 Quòd ampliatur, etiamſi in minimo forma omittatur: Surd *Conſil.* 133. *num.* 4 *& deciſ.* 144. *num.* 15. *&* 17. Sanch. *de Matr. lib.* 7. *diſp.* 63. *num.* 18. Valaſc. *Conſult.* 149. *n.* 15. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 89. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 59. *num.* 5.

39 Ergo ex his omnibus titulis non poterat dictus *D. Petrus* procedere ad ulteriora, immò potius tenebatur ſuperſedere, quin dictum *Georgium* abſolveret, nec eum admittere juſſiſſet ad Divina Officia, pendente exceptione, ex defectu ſuæ juriſdictionis, & prius debebat cognoſcere de juſtitia, vel injuſtitia Cenſurarum; hæc enim fuit forma conceſſa in Brevi *Leonis X.* ibi: *Eas ſi juſtè repereris eſſe latas obſervari faciendi, ſin minus relaxandi, & dum cognitio coram te pependerit*, *&c.* & in Brevi *Julii III.* ibi: *Eas ſi juſtè repereris eſſe latas obſervari facere*, *&c.* Itaque prius debebat cognoſcere de juſtitia, vel injuſtitia Cenſurarum per reproductionem actorum, & poſtea debebat inhibere, & idonea, præſtitâ cautione, Cenſuras tollere, & non antea per ſimplicem petitionem ejuſdem *Georgii*: quare nulliter proceſſit, non obſervata forma commiſſionis.

40 Oblatis ex utraque parte rationibus, ſuper impedimentis oppoſitis per Capitulum, fuerunt iterum acta concluſa dicto *D. Petro*, qui protulit interlocutoriam tenoris ſequentis.

Tertia Sententia interlocutoria ſuper impedimentis.

Sem embargo dos Embargos, que não recebo, viſta ſua materia, e Autos, e a diſpoſiçaõ dos Breves de Sua Santidade, que eſtaõ em ſeu vigor; mando, que a Carta embargada ſe cumpra, e ſe aggravem as Cenſuras contra os Capitulares de Lamego, que naõ obedeceraõ à dita Carta, os quaes ajuntaraõ aos proprios Autos de ſeus procedimentos, para ſe lhes fazer juſtiça; e para o dito tempo lhes reſervo o direito, para poderem allegar o que deduzem nos artigos dos Embargos, que trataõ do procedimento do Dezembargador; e paſſem-ſe as ordens neceſſarias, para que naõ ſeja evitado da Communhaõ dos Fieis, e dos Officios Divinos, viſto eſtarem-lhe levantadas as Cenſuras, com cauçaõ, que deu na fórma dos ditos Breves; e paguem os Embargantes as cuſtas dos Autos, em que os condemno. Lisboa, 7. de Julho de 1657. 41
Dom Pedro de Menezes.

Ab hac Sententia appellavit Capitulum Lamecenſe ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, ſalvo ſemper jure nullitatis; ſed quia injuſtè ſuæ appellationi non detulit, dictum Capitulum, cum proteſtatione ab ea non deſiſtendi, excipiendo propoſuit contra dictam Sententiam, eam eſſe nullam, tanquam prolatam à Judice non habente juriſdictionem. 42

Primo. Quia juriſdictio, vel eſt ordinaria, vel delegata: patet ex titulis de *Officio ordinarii*, & de *Officio delegati*; aliàs judicatum ab eo, qui jus dicendi non habet authoritate ordinaria, vel delegata, nullum eſt: ex *L.* 1. §. *ult. ff. ad Trebelian. L.* 1. §. *Hæc autem verba*, *ff. Quod quiſq. juris*, *L.* 2. *in fin. ff. de Pæn.* DD. *per text. in L.* 4. §. *Condemnatum*, 43

natum, *ff. de Re judic.* & *in Cap.* 1. *eodem tit.* & de utriuſque differentia, vide Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 80. *à n.* 1. *ubi optimè.*

44 Idem etiam procedit in abſolutione Cenſurarum, & in foro Pœnitentiæ: ex Tridentino *Seſſ.* 14. *cap.* 7. *de Sacrament. Pœnitent.* ibi: *Perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe, Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet juriſdictionem.* Idem repetit *Seſſ.* 23. *cap.* 15. *de Reformat.* plures per Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. alleg.* 25. *à num.* 1.

45 Plane dictus *D. Petrus* non eſt Ordinarius, ut patet, nec *Capellanus Maior* actu, nec habitu, nec pro tali nominatur, nec reputatur, Illuſtriſſimo Domino *Emmanueli à Cunha*, Epiſcopo Elvenſi, Capellano Maiori exiſtente, ad quem, & alios pro tempore exiſtentes, dicta Brevia directa fuerunt, ut conſtat ex Brevi *Leonis X. infra num.* 80. ibi: *Tibi, & qui pro tempore in Capella dicti Emmanuelis Regis Maior Capellanus*, & in ſecundo Brevi *Julii III.* de quo *infra num.* 84. ubi ſimilia verba referuntur.

46 Nec dicto *D. Petro de Menezes* conveniunt verba dictorum Brevium, non habenti qualitatem, nec dignitatem *Capellani Maioris* pro tempore exiſtentis, cui in hoc caſu juriſdictio commiſſa fuit: ergo non poterat ſe intromittere in cauſam, cui enim verba legis, Brevis, aut commiſſionis non conveniunt, nec etiam diſpoſitio: ex *L.* 4. §. *Toties*, *ff. de Damno infecto*, *L. Quod conſtitutum*, *ff. de Milit. teſtamen. L. Ita autem*, *in princip. ff. de Adminiſtr. tutor.* Surd. *deciſ.* 112. *num.* 13. Plures per Barboſ. *Axiom.* 222. *num.* 33. Oliv. *de For. Eccleſ.* 2. *part. quæſt.* 39. *num.* 2. *ad fin.*

47 Verba enim legis, & commiſſionis intelliguntur, & interpretantur ſecundùm propriam ſignificationem, à qua non eſt recedendum: ex *L. Non aliter*, *ff. de Legat.* 3. *L. Cum lege*, *ff. de Teſtam. L.* 1. §. *Quod autem*, *ff. de Aleæ luſu*, *& aleat. Cap. Ad audientiam*, *de Decimis.* Plures per Barboſ. *dict. Axiom.* 222. *num.* 4. *&* 5.

Ex quo fluit, quòd quando aliqua caufa committitur alicui Dignitati, nomine appellativo, ut in præſenti, ſolum ille, qui eandem habet, & ejus exercitium, de ea cognoſcit, & non alius, qui eam non habet: ita DD. per *text. in cap. Quoniam*, *Abbas* 14. *de Offic. delegat.* ubi Barboſ. *in Collect.* Plures per Gratian. *deciſ.* 154. *num.* 5. Ergo non habente dicto *D. Petro* dignitatem, nec officium, nec exercitium *Capellani Maioris*, nullo modo poteſt ſe in hac cauſa, tanquam *Capellanus Maior* ingerere. 48

Nec etiam per textu alicujus ſubdelegationis *Capellani Maioris*, de qua non conſtat ex actis, ex quibus probatur negativa: Surd. *Conſil.* 21. *num.* 1. *& Conſil.* 129. *num.* 17. nec ipſe *Capellanus Maior*, quanvis vellet, poterat in eo ſubdelegare, tum quia commiſſio Apoſtolica eſt perſonaliſſima, quæ perſonam *Capellani Maioris* non egreditur, tanquam ejus electa induſtria: ex *Cap. ultim.* §. *Is autem*, *de Offic. delegat.* ubi Barboſ. plures refert *in Collect.* Gail *lib.* 1. *obſ.* 97. *num.* 2. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 205. *& de Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 21. *per tot. & lib.* 6. *præſumpt.* 92. 49

Tùm, quia nemo poteſt ſubdelegare, niſi in perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, nec in eo, qui non habet eandem Dignitatem, vel qualitatem: DD. *per text. in cap. Statutum*, §. *In nullo*, *de Reſcript. in* 6. Ille enim, qui non poteſt eſſe Judex principaliter, nec etiam per ſubrogationem: ita pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 7. *num.* 146. *& n.* 147. ubi paritas 50

ritas rationis requiritur in ſubrogato, & in eo, in cujus locum ſubrogatur, ut ejus naturam ſortiatur, adeo, ut ſi ſubrogatus in aliquo diſcrepet, in eo non ſortiatur eandem naturam: cum ergo dictus *D. Petrus* non ſit perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, nec habeat dignitatem, nec exercitium *Capellani Maioris*, non poterat per *Capellanum Maiorem* proprietarium ſubrogari; nec ei vices ſuas ſubdelegare, ex ſupra dictis.

51 Hoc recognoſcens dictus *Capellanus Maior* proprietarius, ideò non ſubdelegavit, prout alias ſubdelegare poterat, ante quam recuſaretur, vel pro ſuſpecto daretur (prout fecit *ſupra num.* 10.) ex *text. in cap. Judex ab Apoſtolica* 5. *de Offic. deleg. in* 6. ubi poteſt licitè vices ſuas committere, ante quam recuſatio contra ipſum proponatur: Plures per Barboſ. in *Collect. ibid.*

52 Nec poterat dictus *D. Petrus* ſe ingerere virtute commiſſionis Regiæ, de qua *ſupra num.* 12. Primò, quia non erat perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, nec habebat dignitatem *Capellani Maioris*, juxta formam dictorum Brevium. Secundò, quia hæc facultas ſubdelegandi, vel ſubrogandi, in eiſdem Brevibus Regibus non conceditur impedito *Capellano Maiori.* Tertiò, quia hæc juriſdictio cognoſcendi de validitate, vel nullitate Cenſurarum, vel ab eis abſolvendi, eſt ſpiritualis, cujus ſæculares ſunt incapaces: DD. per *text. in cap. Decernimus, de Judic. cap. Certum eſt, diſt.* 10. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *q.* 15. *à n.* 2. cum aliis *ſupra num.* 22. ex quibus manifeſtè deducitur dictum *D. Petrum* nullam habere in hoc caſu juriſdictionem.

53 Sed dato, quòd aliquam haberet, nunquam poterat abſolvere, nec tollere Cenſuras ipſo jure inflictas: per jus Canonicum, & per Bullam, *In Cœna Domini*, contra percutientes Clericos, & violatores Eccleſiaſticæ juriſdictionis, in quibus incidit, ipſo jure, dictus Senator, prout ſupra probatum eſt, *n.* 4. 8. *&* 27.

Ratio eſt, quia ſupplicatio Sereniſſimi Regis *Emmanuelis* inſerta in Brevi *Leonis X.* de quo *infra n.* 82. fuit directa ad Cenſuras tantum præſumptuoſé, & injuriſé per Ordinarios fulminatas contra Miniſtros Regios, pro levibus, & minimis cauſis, prout denotant illa verba ſupplicæ, ibi: *Crevit adverſus Laicos licentia, & audatia, ut etiam Nobiles, & Civitatum, ac Provinciarum Regimini Præſidentes, Cenſura hujuſmodi, pro levibus, & minimis quibuſque culpis laceſſere, eoſque illâ innodare, & ibi præſumant*; quod verbum: *Præſumant*, dolum, & temeritatem importat: Sanch. *de Matr lib.* 2. *diſp.* 40. *n.* 4. *ad fin.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 24. *num.* 6. *verſ. Si verò, poſt med.* Rebuf. *tract. de Nominat. q.* 5. *n.* 34. Dian. 4. *part. tract.* 4. *reſolut.* 187. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 16. *num.* 18. 54

Huic ſupplicationi deferens *Summus Pontifex* commiſit *Capellano Maiori* cognitionem validitatis, & nullitatis earundem Cenſurarum per Ordinarios fulminatarum, & abſolutionem, quatenus cauſa validitatis, aut nullitatis earum, non decideretur, ut patet ex diſpoſitione, ibi: *Per quoſcunque Ordinarios Judices, & Commiſſarios.* Et per eadem verba loquitur aliud Breve *Julii III.* de quo *infra num.* 84 ſed in utroque, nec verbum dictum eſt circa Cenſuras à jure fulminatas, pro violenta manuum injectione in Clericos, in quibus ipſo facto incidit dictus Senator ob eandem cauſam, *per text. in cap. Si quis ſuadente diabulo* 17. *quæſt.* 4. Hæc enim Cenſura ipſo facto ſecum traxit executionem paratam, per *text. in cap. Paſtoralis* 53. §. *Verum, verſ. Nos itaque*, ibi: *Cum executionem excommunicatio ſecum trahat, de Appellat.* & ibi Gloſſ. 55

Digitized by Google

Gloſſ. *verb. Excommunicatio*, & ibi plures. Barboſ. *in Collect.* Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *p. cap.* 5. *num.* 3. Ergo ad has Cenſuras à jure fulminatas, non debet illorum Brevium diſpoſitio extendi: ex ſupra reſolutis *à num.* 27.

56 In Cenſuris enim à jure latis nunquam conſiderari poteſt præſumptio calumnioſa, nec injuſtitia, nec injuria, quæ non naſcitur, unde jura naſcuntur: ex *L. Meminerint*, *C. Unde vi*, nec pro illis Cenſuris à jure fulminatis poterat dictus Senator recurrere ad *Capellanum Maiorem* pro abſolutione impetranda, cum harum reſpectu, nulla ei fuiſſet facultas attributa in dictis Brevibus.

57 Sicut nec etiam poterat appellare à Capitulo ex eo, quia declaravit eum in dictis Cenſuris à jure latis incurriſſe, quia in hoc caſu proceſſit Capitulum, tanquam legis Canonicæ executor, à quo non datur appellatio; ut pluribus relatis reſolvit Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 6. *à num.* 2. *& melius num.* 12. *&* 2. *part. cap.* 11. *num.* 16. Marant. *de Ordin. Judic.* 6. *p. tit. de Appellat. num.* 345. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 19. *num.* 33.

58 Sicut etiam ob eandem rationem non appellatur à pœna per Legem impoſita: ex Salgad. *dict.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 32. *&* 3. *part. cap.* 7. *n.* 73. Lancelot. *de Attent.* 3. *p. cap.* 28. *n.* 83. Nec appellatur à Sententia juris, Sanch. *Conſil. lib.* 3. *cap. unic. dub.* 32. *num.* 262. *in fin.*

59 Declaratoria enim, per quam quis declaratur in aliquam Cenſuram incurriſſe, non eſt Cenſura, nec per talem declaratoriam amplius ligatur Cenſuratus: ex text. *in dict. cap. Paſtoralis*, §. *Verum*, *verſ. Nos itaque*, ibi: *Excommunicatus per denuntiationem amplius non ligatur.* Gutier. *lib.* 1. *Canon. cap.* 1. *à n.* 36.

60 Cum ergo illa declaratio neceſſaria non eſſet, ut dictus Senator à Fidelibus vitaretur; unuſquiſque enim, viſa notorietate facti, tenebatur eum ſine aliqua declaratione evitare: ex *dicta Extravag. ad evitanda.* Sanch. *de Matr. lib.* 3. *diſp.* 46. *num.* 10. & ex dictis *ſupra n.* 5. Immò potius ipſe Senator tenebatur in Foro conſcientiæ à Divinis abſtinere, ut per Soar. *de Cenſur. diſput.* 12. per totam, ita ut, ſi monitus noluiſſet ab Eccleſia exire, contraheret novam excommunicationem Papæ reſervatam: ex *Clement. Gravis*, *de Sentent. excommun.* plures quos refert, & ſequitur Barb. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 50. *num.* 101. Quare non poterat dictus *D. Petrus* illas Cenſuras tollere, quas dictum Capitulum non fulminavit.

Ex eadem ratione non poterat 61 etiam præcipere Capitulo, ut dictum Senatorem, publicum Clerici percuſſorem, ad Divina Officia admitteret ſub pœna excommunicationis, quæ nunquam ligare poterat Capitulares, quia in hoc caſu nullam habebat juriſdictionem in Foro contentioſo: ex Covarruv. *in Cap. Alma mater.* §. 11. *n.* 1. *de Sentent. excommun. in* 6. *per text. in cap. Cum ab Eccleſiarum*, *de Offic. Ordinarii*; & ibi Gloſſ. *verb. Eccleſiaſtica Sententia*; & ibi Abbas *à num.* 4. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *p. cap.* 11. *n.* 59. Nec Capitulares, nec cæteros Fideles ligare poterat in Foro conſcientiæ: ex Sanch. *de Matr. lib.* 2. *diſput.* 39. *num.* 9.

Quare illâ excommunicatione 62 per dictum *D. Petrum* fulminatâ non obſtante, ſemper Capitulum dictum Senatorem à Divinis excludere tenebatur, nè aliàs contra propriam conſcientiam operaretur: ex *text. in cap. Inquiſitioni* 44. & ibi Gloſſa *verbo*, *Humiliter*, *de Sentent. excommunicat. cap. Ita nè* 32. *quæſt.* 5. ubi *Auguſtinus* dicit ibi: *Potius quilibet mala tolerare decernat, quàm malo conſentire.* Faciunt reſoluta per Sanch. *de Matr. lib.* 2. *diſp.* 39. *à n.* 4.

&

&c non obſtante illa nulla excommunicatione, à qua Capitulum legitimè appellaverat, poterant Capitulares juſtè, & licitè ſine metu irregularitatis celebrare: ex Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *caſ.* 542. *n.* 34. Navar. *in cap. Cum contingat. remed.* 1. *per totum*, *de Reſcriptis*, *&* 6. *Cauſa nullit. num.* 1. Salſed. *ad Bernard. cap.* 33. *verſ. Nec etiam*, Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 24. *& à num.* 36. *& lib.* 2. *cap.* 16. *à num.* 21. *&* 25. Sanch. *Concilior. lib.* 3. *cap. unico*, *dub.* 32. *& num.* 222. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 155. *&* 156. *&* 2. *part. cap.* 5. *num.* 21. *&* 22.

63 Nec etiam dicta Sententia dicti Commiſſarii ſuſtineri poterat in illa parte, qua mandavit acta originalia contra dictum Senatorem fulminata exhiberi; hoc enim nullo jure cavetur, quia nec in gradu appellationis, Judici competenti originalia exhibentur, nec tranſportantur, ſed ſolum tranſumptum authenticum: ex Tridentino *Seſſ.* 24. *cap.* 20. *de Reformat. verſ. Præterea*, ubi Barboſ. *in Collect. num.* 83. dicit ita judicatum in Rota, & hic eſt ſtylus ſemper obſervatus; & cum jam illud tranſumptum eſſet exhibitum, per quod conſtabat evidenter de violenta manuum injectione ad effectum pœnæ excommunicationis ut pluribus relatis Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 774. *n.* 1. ceſſabat etiam in hac parte Sententia impedita.

64 His, & aliis rationibus fuit dicta Sententia impedita, & cum eis ad dictum *Petrum* fuerunt acta deducta, qui protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Quarta Sententia interlocutoria ſuper ſecundis impedimentis.

65 *Recebo o quarto Artigo dos Embargos fol.* 144. *e viſtos os Autos, o hei por provado, e por baſtante o treslado dos Autos, que ſe juntou a fol.* 71. *para por elles ſe proſeguir eſtà cauſa; e aos mais Artigos dos Embargos naõ defiro por ora, e para ſeu tempo reſervo a determinaçaõ delles; e no entre tanto, que a cauſa ſe naõ julga ſobre a validade, ou nullidade das Cenſuras, de que ſe trata, ſeja o Doutor Jorge Pacheco admittido aos Officios Divinos na fórma dos Breves de Sua Santidade, e para iſſo ſe paſſe Carta na fórma do deſpacho fol.* 116. *verſo; e haja viſta por ſeu Procurador o Doutor Jorge Pacheco para apontar ſobre a nullidade das Cenſuras, e ajuntar todos os documentos, que fizerem a bem de ſua juſtiça, de que ſe darà viſta ao Procurador do Reverendo Cabido, e ao Promotor, para tambem dizerem; e a final ſe defirirà às cuſtas. Lisboa* 15. *de Outubro de* 1657. Menezes.

Contra hanc Sententiam, iterum Capitulum excipiendo propoſuit (cum proteſtatione à ſua appellatione non deſiſtendi) eam manifeſtam implicationem, & repugnantiam continere, cum perverſione Ordinis judicialis; nam omni jure attento, priùs cognoſcitur de exceptione præjudiciali incompetentiæ, & nullitatis, ex defectu juriſdictionis, quam cauſæ principalis, tam attento jure Civili *in L.* 1. *&* 2. *Codic. de Ordin. cognit. L. Si quæramus*, *ff. de Teſtam. L. Non ignoret*, *Cod. Qui accuſare non poſſunt*, quàm attento jure Canonico *in cap. Tuam*, & ibi Gloſſ. *verb. Dependentem*, *de Ordin. cognit. cap. Lator*, & ibi Gloſſ. 2. *Qui filii ſint legit. cap. Exhibita*, *de Judic. cap. Si fortè*, *de Elect. in* 6. & denique attenta Ordinatione Regia *lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *& tit.* 20. §. 9. & eſt generalis reſolutio DD. per jura relata; & per *text. in cap. de Cætero*, *de Re judicat.* ubi Abbas *num.* 2. *&* 3. Felin. *num.* 11. Barthol. *in L.* 4. §. *Condemnatum*, *num.* 1. *&* 3 *ff. de Re judicat.* Covar. *Pract. cap.* 25. 66

d.

à num. 1. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 9. *num.* 2. Maſcard. *de Probat. Concluſ.* 685. *num.* 5. *& melius Concluſ.* 1115. *à num.* 13. Cald. *ad L. Si curatorem, verb. Per quod in priſtinum, à num.* 20. *Cod. de in integrum reſtitut.* Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. §. 4. *num.* 14 Petrus Barboſ. *in L. Titia, n.* 7. *ff. de Solut. Matr.*

67 Aliàs Judex, qui aliter procedit, & cognoſcit de cauſa principali, omiſſa exceptione præjudiciali, prævertit ordinem judicialem: ex text. *in dict. cap. Tuam, de Ordin. cogn. ibi.* Nihil aliud eſt, quàm diverſis proceſſibus implicare negotium, & confuſione quadam Judicii ordinem, & qui eum prævertit, nulliter procedit: Gloſſ. *verb. Pervertendo, in dict. cap. Exhibita.* Vant. *de Nullitate, tit. An qualibet Sententia, à num.* 5. *& num.* 12. *& tit. Ex defectu proceſſus, num.* 2. Cald. *For. lib.* 1. *q.* 25. *à num.* 24. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *p. cap.* 13. *à num.* 14.

68 Planè ex eadem Sententia conſtat exceptionem incompetentiæ, & nullitatis ex defectu proceſſus, & juriſdictionis non fuiſſe rejectam, ſed ſuo tempore reſervatam; & juſſum eſt exceptum abſolvi à Cenſuris, & procedit in cauſa principali, quin prius illa exceptio incompetentiæ, & nullitatis diſcuteretur; utjura ſupra dicta clamant, *n.* 66. & Reinoſ. *obſerv.* 45. *n.* 4. *&* 5.

69 Ergo notoriè conſtat, per eandem Sententiam judicialem ordinem confundi in proceſſu ad ulteriora in cauſa principali, relictâ in ſuo robore illa exceptione præjudiciali nullitatis, & incompetentiæ, quæ rejecta non fuit, immò ineptè ſuo tempore reſervata; quia tempus, in quo de ea agendum erat, attento jure, eſt in ipſo litis ingreſſu ante cognitionem, vel diſcuſſionem cauſæ principalis, quam ipſa exceptio excludit: ex juribus *ſupra num.* 66.

Recognoſcens ergo dictus *Domn.* 70 *Petrus*, vim, & formalitatem dictæ exceptionis, ex eo quia eam non rejecit, manſit dubius de ſua juriſdictione, quare procedere non poterat ad ulteriora; ut in terminis reſolvit Navar. *in cap. Accepta, de Reſtit. ſpoliat. oppoſitione* 8. *num.* 20. *verſ.* 4. *& in cap. Cum contingat, de Reſcriptis* 11. *Cauſa Nullitat. n.* 1. *verſ. Quare* 3. Gutier. *Pract. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 10. Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. Oliv. *de For. Eccleſ.* 2. *part. quæſt.* 39. *num.* 31. Nec etiam Capitulum inhibere, donec cognoſceret de viribus exceptionis, & de veritate juriſdictionis: ex Ricc. *in Praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 507. *n.* 3. Lancelot. *de Attentat.* 2. *part. cap.* 20. *in Præfat. num.* 129.

Continet etiam implicationem, 71 ex eo quia illam exceptionem incompetentiæ, & nullitatis ex defectu juriſdictionis non rejecit, immò etiam ſuo tempore reſervavit, in quo ſupoſuit illam eſſe admiſſibilem, & in proceſſu ad ulteriora in cauſa principali ſupoſuit non admittendam, ex quo reſultat manifeſta repugnantia, & implicatio ejuſdem cauſæ ad ſe ipſam, contra *text. in L. Ubi repugnantia, ff. de Regul. jur cap. Solicitudinem, de Appellat.* & proceſſus nullius eſt momenti: DD. *per text. in L. Prolatam, Cod. de Sentent. & interlocut. & in cap. Exhibita*, ubi Panorm. *num.* 10. *de Judic.* Plures per Vant. *de Nullit. tit. Ex defectu proceſſus, num.* 49. & per Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 13. *num.* 14. Valaſc. *tom.* 2. *Conſult.* 119. *num.* 12.

His, & aliis rationibus ſuper ju- 72 riſdictionis defectu, repugnantiæ, & implicationis cauſæ ad ſe ipſam, fuerunt acta deducta ad dictum *D. Petrum*, qui protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia interlocutoria ſuper tertiis impedimentis.

73 *Sem embargo dos Embargos, que naõ recebo, o deſpacho embargado ſe cumpra, e paguem os Embargantes as cuſtas delles, viſto a materia ſer velha, e regeitada, e allegada. Lisboa, 10. de Dezembro de 1657.* Menezes.

74 Ab hac Sententia Capitulum iterum, ſalvo jure nullitatis, ad Sanctam Sedem, debito, & legitimo tempore appellavit, accumulando hanc prioribus appellationibus; illam enim exceptionem rejicere non poterat ſub prætextu materiæ veteris, hæc enim non datur, niſi quando ſuper aliqua materia articuli fuerint admiſſi: ex Ordinatione Regia *lib.* 3. *tit.* 83. §. 2. Gloſſ. *verb. Super ea, in Clement. ult. de Appellat.* non verò quando fuerunt rejecti, nulla probatione præcedente; tunc enim iterum allegari poteſt; ita pluribus relatis Barboſ. *ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 88. *num.* 1. Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. *&* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 20. Phœb. 2. *part. areſt.* 92. Maximè quando additur nova qualitas, & circunſtantia, ut in præſenti: Surd. *deciſ.* 7. *num.* 20. *&* 33. Reinoſ. *obſ.* 49. *n.* 7. Themud. *deciſ.* 84. *n.* 4. Barboſ. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 83. *num.* 1. Caſtr. *in Prax. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 28. *part.* 1. *&* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 20. *verſ. Item illa.* Gutier. *Pract. lib.* 1. *quæſt.* 35. Reinoſ. & Phœb. *ubi proxim.*

75 Retulit etiam Capitulum ſuo ordine cauſas gravaminis: juxta text. *in cap.* 1. *de Appellat. in* 6. & cauſas notoriæ nullitatis in jure, & in facto comprobatas, quibus terminis appellatio recipitur quo ad utrunque effectum: ex Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 144. *& à num.* 147. ubi dicit in executione eſſe ſuperſedendum.

Tum etiam, quia exceſſus, & 76
nullitas deducta per viam appellationis, ut in præſenti, ſtatim facit ſuperſedere in executione; ut per eundem Salgad. 4. *part. cap.* 3. *num.* 237. & ex eadem ratione ceſſat via executiva; ut per Salgad. *d. cap.* 3. *n.* 71. aliàs ſi Judex procedat, committit notoriam violentiam, pro qua patet recurſus ad Coronam: idem Salgad. *dict. cap.* 3. *num.* 74. 78. *&* 242. *&* *part.* 1. *cap.* 1. *n.* 5.

Denique, quia Judex rejiciens 77
exceptiones nullitatis, incompetentiæ, obreptionis, & ſubreptionis, ut in præſenti, tenetur appellationem recipere quo ad utrunque effectum; aliàs committit violentiam, pro qua datur recurſus ad Coronam; ut per eundem Salgad. plures referentem 4. *p. cap.* 6. *num.* 5. *&* 6. *& cap.* 7. *à n.* 4. *&* 8. *&* 2. *part. cap.* 1. *num.* 39. ubi plura jura, & DD. refert.

Sed his, & aliis juridicis rationi- 78
bus ſpretis, dictus *Domn. Petrus* appellationem, tanquam frivolam, rejecit. Hoc medio tempore pervenit Reſcriptum Apoſtolicum ad Vicarium Generalem Mirandenſis Diœceſis, cujus virtute inhibitoriam expedivit contra dictum *Petrum de Menezes*, qui ſe pro inhibito dedit.

Poteſt etiam Capellanus Maior 79
Prælatis Regni inhibere, nè aliquem Regni locum Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, niſi prius cauſa ſibi fuerit inſinuata, & à ſe examinata, & approbata per Breve *Leonis X.* conceſſum ad inſtantiam Sereniſſimi Regis *Emmanuelis*, quod reperitur in Archivo Regio (vulgo *Torre do Tombo*) *lib.* 2. *Brevium, fol.* 199. quod reperitur tranſcriptum in libro *Privilegiorum Capellani Maioris, fol.* 13. tenoris ſequentis.

BRE-

BREVE LEONIS X.

LEO Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Ferdinando, Epiſcopo Lamecenſi, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Honeſtis petentium, præſertim Catholicorum Regum, & Principum votis libenter annuimus, eaque quantum cum Deo poſſumus, favoribus proſequimur opportunis. Ad audientiam noſtram Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Emmanuele, Portugalliæ, & Algarbiorum Rege illuſtri per diverſas literas ſuas, ſuumque apud nos deſtinatum Oratorem referente, pervenit, quod nonnulli Epiſcopali, & Archiepiſcopali dignitate fulgentes, & alii Prælati Regni ſui, Oppida, Caſtra, & Villas in dicto Regno, conſiſtentia, ſine cauſa, & culpa illorum Rectorum, vel Officialium, & ex quacunque etiam minima cauſa, Eccleſiaſtico frequenter ſubjiciunt interdicto, indeque in non modicum Oppidorum, Caſtrorum, & Villarum hujuſmodi incolarum, & habitatorum animarum periculum, cum aliis juris remediis poſſint providere, quod executioni demandarentur ea, propter quæ illa hujuſmodi ſubjiciunt interdicto: unde quotidie querelæ multorum ad ipſum Emmanuelem Regem propterea deferuntur. Quare pro parte ipſius Emmanuelis, Regis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in poſterum in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur his, prout convenit, providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ (de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus) committimus, & mandamus quatenus omnibus, & ſingulis Epiſcopis, Archiepiſcopis, & aliis Prælatis præfatis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à Divinis, inhibeas, nè de cætero Oppida, Caſtra, Villas, & Terras, ac Eccleſias in eis conſiſtentes dicti Regni, Eccleſiaſtico ſubjiceant interdicto, niſi prius cauſam, quare interdictum hujuſmodi opponere velint, tibi inſinuaverint, illaque per te prius examinata diligenter (ſuper quo tuam conſcientiam oneramus) approbata, legitiméque declarata fuerit; decernentes interdictum ab Archiepiſcopis, ac Prælatis præfatis contra inhibitionem hujuſmodi pro tempore oppoſitum nullius eſſe roboris, vel momenti, nec illud obſervari debere, ac contra facientes pœnas prædictas incurriſſe, per te declarari poſſe, contradictores authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. *prædeceſſoris noſtri, illa præſertim, qua cavetur, nè quis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam Dietam à fine ſuæ Diœceſis, ad Judicium trahatur, ſeu nè Judices à Sede Apoſtolica deputati extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere, præſumant, & de duabus Dietis in Concilio generali edita, ac de perſonis ultra certum numerum ad judicium non evocandis, aliis que Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Statutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, & contrariis quibuſcunque, aut ſi Epiſcopis, Archiepiſcopis, ac aliis Prælatis præfatis, vel quibusvis aliis communiter, vel diviſim ab eâdem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1516. *V. Idus Januarii, Pontificatus noſtri anno quarto.*

Breve iſtud fuit perſonale, ut patet ex illius contextu, prout etiam fuit aliud Breve ejuſdem *Leonis X.* ut Capellanus Maior poſſet abſol- 81

vere à Cenſuris fulminatis contra Miniſtros Regios per Judices Eccleſiaſticos, præſtita prius cautione, quod reperitur in libro *Privilegiorum Capellani Maioris fol. 17. verſ.* tenoris ſequentis.

BREVE II. LEONIS X.

Venerabili Fratri Ferdinando Epiſcopo Lamecenſi.

LEO PAPA X.

82 *Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto filius noſter Emmanuel Portugalliæ, & Algarbiorum Rex illuſtris, quod licet Eccleſiaſticæ Cenſuræ aculeus Clericis contra Laicos, non ad Laicorum offenſam, ſed ad Clericorum à Laicis pro tempore oppreſſorum patrocinium ſit à jure conceſſus: nihilominus tamen in Regno Portugalliæ, & dominiis illi ſubjectis, ab aliquo tempore citra, perſonarum Eccleſiaſticarum juriſdictionem habentium crevit adverſus Laicos licentia, & audacia, & etiam Nobiles, & Civitatum, ac Provinciarum reginini Præſidentes, Cenſura hujuſmodi pro levibus, & minimis quibuſque cauſis laceſſere, eoſque illa innodare, & pro talibus publicè nuntiare, ſicque eorum juriſdictionis exercitium impedire cum populorum, quibus illi juſtitiæ miniſtrandæ curam gerunt, jacturâ, & animarum perturbatione, paſſim præſumant, & niſi per nos aliqua opportuno remedio provideatur, neceſſe ſit, quod tam frequens, facilis, & plerumque injuſta Cenſurarum promulgatio contemptui habetur, & quæ ad ſpiritualis ſalutis medicinam ſunt inventa, ad illius palam vergant interitum, & grave aliquando in populis ſcandalum ſuſcitetur. Quare dictus Emmanuel Rex nobis fecit humiliter ſupplicari, ut in præmiſſis aliquod opportunum remedium adhibere de benegnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, & qui pro tempore fuerit in Capella dicti Emmanuelis Regis Maior Capellanus, qui etiam, ut idem Rex aſſerit, Judex eſt Ordinarius familiarium, & Curialium ipſius Emmanuelis Regis, de quorum numero, pro maiori parte Rectores, Correctores nuncupati, Provinciarum, & Civitatum hujuſmodi exiſtunt in omnibus cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus per Sedem Apoſtolicam deputatus, de validitate, vel nullitate Cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum per quoſcumque locorum Ordinarios Judices, & Commiſſarios in aliquem, vel aliquos ex modernis, & pro tempore exiſtentibus Provinciarum, & Civitatum Rectoribus hujuſmodi, vel aliis Regiis Commiſſariis, foraneis nuncupatis, ſeu eorum Miniſtris pro tempore promulgatarum, tam per viam appellationis, quàm ſimplicis querelæ cognoſcendi, & appellatione remota, eas, ſi juſtè repereris eſſe latas, obſervari faciendi; ſin minus, relaxandi, & dum coram te cognitio pependerit (nè interim dictorum Rectorum in jure dicendo, & in juſtitia miniſtranda populis, eorum regimini commiſſis officium ceſſet) Cenſurarum earundem, effectum, recepta in forma juris idonea cautione, de ejus mandatis parendo, ſuſpendendi, & ſub ſimilibus Cenſuris, & aliis etiam pecuniariis pœnis, quibuſvis Judicibus, & perſonis inhibendi, & brachium ſæculare contra inobedientes invocandi, & in præmiſſis, etiam per edictum publicum, conſtito tibi, & dicto pro tempore exiſtenti Maiori Capellano, de non tuto acceſſu, procedendi, ac alia omnia, & ſingula in eiſdem præmiſſis, & circa ea quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exequendi Apoſtolica authoritate, tenore præſentium plenam, & liberam concedimus facultatem: non obſtantibus fœlicis recorda-*

cordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, nè aliquis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis ibi exceptis caſibus, & illis ultra unam Dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu nè Judices à Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut aliis vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus Dietis in Concilio generali editis, ac aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 12. Junii 1518. Pontificatus noſtri anno ſexto.

83 Sed quia utrumque Breve fuit perſonale, & cauſæ durabant, propter quas utrumque expeditum fuit, & populi, & Miniſtri Juſtitiæ cum maximo animarum periculo Cenſuris, & interdictis premebantur, Sereniſſimus Rex *Joannes III.* aliud Breve in perpetuum impetravit à Summo Pontifice *Julio III.* ut *Capellanus Maior* pro tempore exiſtens de prædictis Cenſuris cognoſceret, quod reperitur in eodem archivo (vulgo *Torre do Tombo*) *lib.* 2. *Brevium fol.* 198. & tranſcriptum eſt in dicto libro *Privilegiorum Capellani Maioris*, *à fol.* 26. tenoris ſequentis.

BREVE JULII III.

Dilecto Filio Capellano Maiori Capellæ pro tempore exiſtentis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis illuſtris.

JULIUS PAPA III.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper fecit, Chariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Portugalliæ, & Algarbiorum Rex illuſtris, quod aliàs pro parte claræ memoriæ Emmanuelis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Genitoris ſui, fœlicis recordationis Leoni Papæ X. prædeceſſori noſtro expoſitum, quòd licet Eccleſiaſticæ Cenſuræ aculeus Clericos contra Laicos, non ad Laicorum offenſam, ſed ad Clericorum à Laicis pro tempore oppreſſorum patrocinio à jure conceſſus exiſteret. Nihilominus tanta in Regno Portugalliæ, & dominiis illi ſubjectis, perſonarum Eccleſiaſticarum juriſdictionem habentium creverat adverſos Laicos licentia, & audacia, ut etiam Nobiles, & Civitatum, ac Provinciarum regimini Præſidentes, Cenſura hujuſmodi pro minimis cauſis laceſſere, & ſic eorum juriſdictionis exercitium impedire paſſim præſumerent, & quod niſi de aliquo remedio opportuno provideretur, tam facilis, & frequens Cenſurarum promulgatio contemptui haberetur, idem prædeceſſor præfati Emmanuelis Regis, in ea parte ſupplicationibus inclinatus, certo tunc expreſſo Judici, & qui pro tempore eſſet in Capella dicti Emmanuelis Regis Maior Capellanus, qui etiam, ut dictus Emmanuel Rex aſſerebat, Judex erat Ordinarius 84

dinarius familiarium, & Curialium ipſius Emmanuelis Regis, de quorum numero pro maiori parte Rectores, Correctores nuncupati Provinciarum, & Civitatum hujuſmodi exiſtebant, in omnibus cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus per Sedem Apoſtolicam deputatus, de validitate, vel nullitate Cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum per quoſcunque locorum Ordinarios, Judices, & Commiſſarios in aliquem, vel aliquos ex tunc, & pro tempore exiſtentes Provinciarum, & Civitatum Rectores hujuſmodi, vel alios Regis Commiſſarios, foraneos nuncupatos, ſeu eorum Miniſtros pro tempore promulgatarum, tam per viam appellationis, quàm ſimplicis querelæ cognoſcendi, & appellatione remota, eas ſi juſtè reperiret eſſe latas, obſervari faciendi; ſin minus, relaxandi, & dum coram eo cognitio hujuſmodi penderet, nè interim dictorum Rectorum in jure dicendo, & juſtitia miniſtranda, populis eorum regimini commiſſis, officium ceſſaret, Cenſurarum hujuſmodi effectum recepta in forma juris idonea cautione, de ejus mandatis parendo, ſuſpendendi, & ſub ſimilibus Cenſuris, quibus vis Judicibus, & perſonis inhibendi, & brachium ſæculare contra inobedientes invocandi, & in præmiſſis, etiam per Edictum, conſtito de non tuto acceſſu procedendi, ac omnia, & ſingula alia circa ea quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi per ſuas in forma Brevis literas, plenam, & liberam licentiam, & facultatem conceſſit, prout in illis pleniùs continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, cauſæ, propter quas literæ prædictæ conceſſæ fuerunt, adhuc durent, nè de validitate literarum Leonis prædeceſſoris hujuſmodi dubitari contingat, idem Joannes Rex nobis humiliter ſupplicari fecit, ut literas prædictas approbare, & innovare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas Leonis prædeceſſoris hujuſmodi, ad hoc, ut tu, & pro tempore exiſtens Capellanus Maior Capellæ ipſius Joannis, & pro tempore exiſtentis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis, de validitate, vel nullitate Cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum, per quoſcunque locorum Ordinarios, Judices, & Commiſſarios in aliquem, vel aliquos ex modernis, & pro tempore exiſtentibus Provinciarum, & Civitatum hujuſmodi, vel aliis Regiis Commiſſariis, foraneis nuncupatis, ſeu eorum Miniſtris, pro tempore promulgatarum, tam per viam appellationis, quàm ſimplicis querelæ, cognoſcere; & appellatione remota, eas ſi juſtè repereris eſſe latas, obſervari facere, ſin minus relaxare, & dum coram te cognitio ipſa pependerit, nè interim dictorum Rectorum in jure dicendo, & juſtitia miniſtranda, populis eorum regimini commiſſis, officium ceſſet, Cenſurarum earundem effectum, recepta in forma juris idonea cautione de ejus mandatis parendo ſuſpendere, & ſub ſimilibus Cenſuris, & aliis, etiam pecuniariis pœnis, quibusvis Judicibus, & perſonis inhibere, & auxilium brachii ſæcularis, ad hoc, ſi opus fuerit, invocare, ac in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna facere, gerere, & exercere liberè, & licitè valeas, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & innovamus: & non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus Dietis, non tamen tribus, ac aliis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel deviſum ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 18. Decembris

bris 1551. *Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

85 Hoc Breve comprehendit etiam *Collectores*, & *Nuntios* hujus Regni, qui quanvis nòn ſint Prælati hujus Regni, ſunt tamen Prælati in Regno, & in eo Epiſcopalem exercent juriſdictionem, & ſecundùm jus ſunt Ordinarii in Provincia: DD. *per text. in cap.* 2. *de Offic. delegat. in* 6. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 16. *n. ult.* Cevalh. *Commun. q.* 897. *num,* 786. Vant. *de Nullit. tit. Coram quo nullitas, num.* 18. Sanch. *de Matr. lib.* 3. *diſp.* 31. *n.* 2. noviſſimè Amatus 2. *p. deciſ.* 65. *à n.* 35.

86 Quare prædicti *Collectores*, & *Nuntii*, ſub diſpoſitione eorundem Brevium continentur, & eadem ratio, & cauſa finalis conceſſionis procedit reſpectu Cenſurarum per eos latarum, & in odioſis obſervatur proprietas, & latitudo verbi; ita reſolvit Gabr. Pereir. *de Man. Reg. tit. de Concord. cum Rege Dionyſio, cap.* 7. *num.* 58. *verſ. Hic articulus, fol.* 227. *& de Manu Reg. cap.* 65. *n.* 15.

RESOLUTIO LXV.

An Rex poſſit promittere Beneficia vacatura Patronatûs Regii, & Commendas, & penſiones ſuper illis reſervare?

SUMMARIUM.

1 *Pontifex poteſt promittere Beneficia vacatura.*

2 *Nullus inferior à Pontifice ea poteſt promittere.*

3 Cabedius *limitat reſolutionem non procedere reſpectu Regum Portugalliæ, attenta inveterata conſuetudine.*

4 *Reprobatur* Cabedus *à* Garcia.

Ibi. *Non valet conſuetudo contra Conſtitutionem habentem decretum irritans.*

Ibi. *Nec etiam prætextu Indulti Apoſtolici.*

5 *Rex Portugalliæ non poteſt promittere Commendas vacaturas, & num.* 6.

Ibi. *Commendæ regulantur per regulas Beneficiorum.*

6 *Rex quanvis habeat jus providendi Commendas vacaturas, eſt in habitu, ſed eas non poteſt providere, niſi actualiter vacaverint.*

7 *Ita conſtitutum eſt in Definitorio.*

8 *Rex Sebaſtianus indultum Apoſtolicum impetravit ad providendum Commendas vacaturas, & revalidationem promiſſarum à* Pio V.

9 *Bulla* Pii V.

10 Cabedius *convincitur.*

11 *Reges hujus Regni, quando faciebant promiſſiones de Commendis vacaturis, licentiam à Sede Apoſtolica impetrabant.*

12 *Bullæ* Gregorii XIII. *ad inſtantiam Regis* Philippi I.

13 *Bulla ſecunda ejuſdem Pontificis in materia.*

14 *Conſuetudo longæva pro lege obſervatur.*

Ibi. *Conſuetudo immemorabilis habet vim tituli, & privilegii.*

Ibi. *Eſt potentior privilegio.*

15 *Conſuetudo debet probari, cum ſit quid facti.*

Ibi. *Non dicitur probata, quin de eâ conſtet per tres Sententias conformes.*

Ibi. *Reprobata tanquam irrationabilis, cenſetur etiam reprobata immemorabilis.*

Ibi. *Vulnerata per actus poſteriores non obſervatur.*

Ibi. *Ultima attenditur.*

16 *Rex poteſt promittere officia vacatura.*

Ibi. *In mera temporalitate conſiſtunt; & reſpectu eorum nulla reperitur prohibitio.*

Ibi. *Beneficia, & Commendæ ſunt ſub diſpoſitione Pontificis, & habent jus ſpiritualitatis annexum, & conſiſtunt in jure percipiendi fructus*

tus ex bonis Deo dicatis.

17 *Rex non poteſt reſervare penſiones ſuper Beneficiis, & Commendis, ſine licentia Pontificis.*

Ibi. *Beneficia, & Commendæ debent ſine diminutione conferri.*

18 *Penſio eſt contra jus.*

Ibi. *Non reſervatur per Epiſcopos, & Prælatos, niſi in caſibus à jure expreſſis.*

Ibi. *Nullibi reperitur cautum, Regem tanquam Magiſtrum Ordinum Militarium poſſe penſiones reſervare.*

19 *Definitorium Ordinis, quo cautum eſt, ut Indultum Apoſtolicum impetraretur ad eas reſervandas.*

20 *In adminiſtratione generali, prohibetur alienatio immobilium.*

Ibi. *In diſmembratione fructuum requiruntur eædem ſolemnitates, quæ in unione.*

21 *Rex* Sebaſtianus *Indultum Apoſtolicum impetravit ad penſiones reſervandas ſuper Commendis vacantibus, & vacaturis.*

22 *Rex* Henricus *aliud impetravit ad donandum Commendas filiis eorum, qui in bello Africano occubuerunt, quamvis eſſent ætatis* 14. *annorum, & ut eis, qui eſſent minoris ætatis, viduis mortuorum, & benemeritorum, poſſet penſiones ſuper Commendis reſervare.*

23 Philippus I. *aliud impetravit à Sede Apoſtolica ad has penſiones reſervandas, quod in ſua vita duntaxat conceſſum fuit.*

24 *Bulla* Gregorii XIII. *in favorem* Philippi I.

25 *Illa privilegia fuerunt perſonalia.*

Ibi. *Privilegium perſonale non egreditur perſonas privilegiatas.*

26 *Rex, tanquam Magiſter Ordinum, poteſt ex juſta cauſa penſiones temporales reſervare ſine licentia Apoſtolica, non verò perpetuas.*

Ibi. *Epiſcopi ex juſta cauſa, poſſunt penſiones temporales reſervare ſuper Beneficiis.*

27 *Rex, ut Magiſter Ordinum Militarium, ut Prælatus reputatur.*

Ibi. *Labor viriliter operantium, in Regni, & Reipublicæ auxilium remunerandus eſt.*

28 *Regulares poſſunt reſervare penſiones benemeritis ſuper Beneficiis ejuſdem Ordinis.*

Ibi. *Magni Magiſtri Hoſpitali Hieroſolomitani poſſunt eas reſervare in favorem Religioſorum ejuſdem Ordinis.*

Ibi. *Ita judicatum.*

QUanvis Summus Pontifex ex poteſtatis plenitudine poſſit promittere Beneficia vacatura: ex *Cap. Ex parte* 1. *de Officio delegat. cap. Propoſuit, verſ. Licet, de Conceſſ. Præbend. cap.* 2. *de Præbend. cap.* 2. *de Præbendis, in* 6. 1

Nihilominus nullus inferior, cujuſcunque fuerit authoritatis, ea poteſt donare, vel promittere ante vacationem: DD. per *text. in cap.* 2. *cap. Ex tenore, cap. ultim. de Conceſſ. Præbend.* ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 3. *cap. Deteſtanda, eodem tit. in* 6. ubi Bonifacius VIII. reprobat ſimiles promiſſiones cum decreto irritanti *verſ. ult.* ibi: *Nos malitiis hujuſmodi, & animarum periculis occurrere cupientes, promiſſiones eaſdem, & alias quaſcunque ſub quovis modo, aut formâ verborum, de cætero faciendas, per quas directé, vel indirectè aperiri via valeat ad Beneficia vacatura, authoritate Apoſtolica penitus reprobamus; decernentes per eas, vel ipſarum aliquam ad providendum alicui nullum deinceps quomodolibet obligari.* Ubi plures refert Barboſ. *in Collect.* & in citatis juribus Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 19. *de Reformat. & Seſſ.* 25. *cap.* 7. *de Reform.* Gonzal: *ad Regul.* 8. §. 1. *Proœm. à num.* 57. Garc. *de Benef. part.* 10. *cap.* 1. *à n.* 1: Plures per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 3. relati à Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 14. *num.* 1. *& cap.* 15. *n.* 5. *&* 6. Cald. *de Renovat.* Em-

Emphyteut. lib. 1. *q.* 5. *num.* 5. Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 27. *num.* 5. *&* 6. Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 9.

3 Limitat tamen Cabedius *dict. cap.* 14. ſupra dictam Reſolutionem non habere locum reſpectu Regum Portugalliæ, qui conſueverunt, & ſolent promittere Beneficia vacatura de ſuo jure Patronatus in genere ob benemerita, & ſervitia; prout refert *dict. cap.* 14 *num.* 2. *&* *num.* 3. ponit formam præſentationis, *&* *num.* 4. dicit non obſtare *Cap. ult. de Conceſſ. Præbend.* quia procedit de jure communi, & non attenta conſuetudine hujus Regni, ex privilegio præſumpto Summi Pontificis, & tolerantia per tempus immemorabile, quæ vim obtinet privilegii.

4 Sed hæc limitatio reprobatur à Garcia *de Benefic. part.* 10. *cap.* 1. *num.* 4. ubi reprobat talem conſuetudinem, tanquam irrationabilem, & iniquam, introductam contra tot Conſtitutiones Apoſtolicas, cum decreto irritanti; & contra Conſtitutionem habentem decretum irritans non valet conſuetudo: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 283. *num.* 23. *& cap.* 440. *num.* 18. Garc. Salgad. Merlin. *Reſol.* 29. *num.* 33. nec talem conſuetudinem patiuntur jura ſupra relata *num.* 2. nec etiam prætextu Indulti Apoſtolici, prout etiam declaravit Concil. Trident. *d. Seſſ.* 24. *cap.* 19. *de Reformat.* ibi: *Etiam ſub nomine Indulti, vel alio quovis colore concedi, nec hactenus conceſſis cuiquam uti licere, &c.*

5 Eadem reſolutio procedit etiam reſpectu Commendarum, quas Rex Portugalliæ, tanquam magnus Magiſter Militarium Ordinum, non poteſt promittere ante quam vacent; regulantur enim per regulas Beneficiorum: ex dictis *Reſolut.* 66. *num.* 9. & ex reſolutis per Cabed. *de Patronat. Reg. Cor. cap.* 15. *à n.* 5. *uſq. ad num.* 14. quanvis ipſe contrarium reſolvat *à num.* 15. *uſque ad num.* 21. *&* *num.* 22. ponit formulas proviſionum tam pro Commendis certis, quàm incertis.

Attamen attento jure non poſſunt providere Commendas vacaturas, nec dare earum expectativas: Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 845. *n.* 1. *& deciſ.* 855. *à n.* 1. quia licet Rex, habeat jus eas providendi in habitu, non tamen in actu, niſi à tempore vacationis: Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 5. Magiſter enim in earum proviſione habetur, ut Prælatus, ex dicendis *infra n.* 27. & Prælatus non poteſt conferre, nec promittere Beneficia vacatura: ex dictis *ſupra num.* 2. & ita intellectum, & definitum fuit in Ordinis Chriſti Definitoriis *p.* 2. *tit.* 6. *pag.* 155. *ibi.* 6

TITULUS VI.

De promiſſione Commendarum.

Por quanto as rendas do Reino enfraquecerão, e Sua Mageſtade (como Rey, que delle he) não tem tanto com que remunerar aos que ſervem na Guerra, e na Paz, e ſe lhes faltar ao menos com promeſſas, não haverá quem o ſirva nas muitas, e importantes occaſioens, que ha; aſſentámos, que ſe impetre Breve de Sua Santidade, para daqui em diante poder o Meſtre prometer Commendas em geral por ſerviços peſſoaes, jà feitos, e por ſerviços do pay ao filho, ou neto, quando filho não houver; e que a promeſſa ſeja conforme aos merecimentos de cada hum; e para as promeſſas, que jà eſtão feitas, ſe mande impetrar Breve de revalidação. 7

Ob eandem rationem Rex *Sebaſtianus* illud impetravit à Summo Pontifice *Pio V.* exponens, ſe promiſiſſe plures *Præceptorias* multis militibus ob multa, magnaque ſervitia 8

vitia ab eis accepta, & alias res, & bona militiarum, & poſt eorum deceſſum ſuis filiis, & nepotibus, ſeu conſanguineis eorum, petens earum revalidationem, & approbationem: cui ſupplicationi Pontifex detulit, aliquibus declarationibus, quarum prima fuit: Nè deinceps tales promiſſiones fierent abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, prout conſtat ex Brevi, quod reperitur regiſtratum *in libro Brevium Menſæ Conſcientiæ, de duobus FF. à fol.* 90. datum Romæ 18. Januarii 1570. Pontificatus ſui anno V. & in eadem die expedivit aliud Breve revalidationis earundem promiſſionum, quod eſt regiſtratum eodem *libro fol.* 92. *verſ.* tenoris ſequentis.

PIUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

9 *Etſi decrevimus reſtituere prolapſam diſciplinam Militiarum Jeſu Chriſti, & S. Jacobi de Spata, & de Avis Regni Portugalliæ; cupimus tamen eorum omnium indemnitati conſulere, quibus promiſſiones Præceptoriarum, & Beneficiorum dictarum Militiarum, cum vacabunt, ſive filiis, ſive nepotibus, ſive conſanguineis, affinibusvè illa obtinentium, & forte aliis, tam à claræ memoriæ Joanne III. quàm à chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sebaſtiano Rege Portugalliæ, & Algarbiorum, in vim privilegiorum Apoſtolicorum, ſeu vetuſtæ conſuetudinis ob benemerita, & alias cauſas, factæ ſunt, quas* 18. *Januarii, contra conſtitutionem noſtram, omnium hujuſmodi gratiarum revocatoriam ſub certis conditionibus tunc expreſſis, ad dicti Sebaſtiani Regis preces in integrum reſtituimus, quemadmodum literis noſtris deſuper confectis plenius continetur. Quare motu proprio, certaque ſcientia noſtra, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, reſtitutionem, ac promiſſiones omnes prædictas, nec non facultates, & alia quæcunque per dictas literas conceſſa Statuta, & Decreta, uſque dum ſingulæ promiſſiones ipſæ plenarium fuerint effectum ſortitæ, ſub conditionibus tamen ſupra dictis, valere: ac ſingulis, quorum intereſt per omnia ſuffragari debere, ac ſi reformatio prædicta, & ſuper ea conficienda, literæ noſtræ non emanarent. Non obſtantibus prædictis, nec non omnibus illis, quæ in literis reſtitutionis hujuſmodi volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die* 18. *Januarii* 1570. *Pontificatus noſtri anno V.*

Ex quibus convincitur Cabedius *dict. cap.* 15. qui quanvis in fine illius Capitis mentionem faciat Brevium *Pii V.* & ad ea ſereferat, ſunt tamen contra ejus reſolutionem; quia *Pius V.* reprobaverat expectativas Beneficiorum, & Commendarum, & earum promiſſiones, & eas poſtea approbavit ad inſtantiam Regis *Sebaſtiani*, ea tamen conditione, nè de cætero fierent abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate: ex dictis *ſupra num.* 8. 10

Ex quo fluit, quòd quando Re- 11 ges aliquas faciebant promiſſiones de Commendis vacaturis, à Sede Apoſtolica licentiam impetrabant; prout fecit Philippus I. poſt Regni occupationem. Conſtat in exemplo quod reperitur in eodem libro regiſtri *Menſæ Conſcientiæ fol.* 169. tenoris ſequentis.

Cha-

Chariſſimo in Chriſto, Filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico, Militiæ de Avis perpetuo Adminiſtratori, Apoſtolicâ authoritate deputato.

GREGORIUS PAPA DECIMUS TERTIUS.

12 *Chariſſime in Chriſto Fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exhibita pro parte Majeſtatis tuæ petitio continebat, quòd ipſa Majeſtas tua habitâ ratione nobilitatis, generis, & meritorum dilecti filii Ludovici de Alencaſtri, Præceptoris Maioris Militiæ de Avis, ſub Regula Ciſtercienſi, in Regno Portugalliæ inſtituta, conſanguinei tui, nec non obſequiorum, per eundem Ludovicum eidem Majeſtati tuæ, & claræ memoriæ Sebaſtiano, & Henrico Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus prædeceſſoribus tuis impenſorum, dicto Ludovico, ut ſi contingeret illum abſque filio maſculo legitimo, cui Præceptoriæ de Veiros, de Landroal, de Alcanede, ac de Eſtremoz dictæ Militiæ, juſta promiſſionem tuam, ei aliàs factam concedi poſſent, ab humanis decedere, Præceptorias prædictas, nec non penſiones annuas uſque ad ſummam quadringentorum millium regalium, monetæ Portugalliæ mille ducatos, vel circa, conſtituendos ſuper fructibus, reditibus, & proventibus earundem præceptoriarum, perſonis tibi per dictum Ludovicum nominandis, ſibi conſanguinitate, vel affinitate conjunctis ab eo tunc reſignatis, etiamſi illæ juſta ejuſdem Militiæ Statuta, & Ordinationes ad illas recipiendas, & obtinendas, ac penſiones percipiendi habiles, & capaces non eſſent, conferre, & concedere, ac reſervare, & aſſignare reſpectivè promiſit per ſuas literas, prout in illis latiùs continetur. Et quia, ſicut eadem ſubjungebat expoſitio ſtantibus Statutis, & literis Apoſtolicis, quibus caveri dicitur expreſſè, nè promiſſiones hujuſmodi fiant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, nè vè habitus, aut præceptoriæ dictæ Militiæ perſonis, quæ prius certo in illis expreſſo tempore contra infideles in Africa, aut triremibus, non militaverint, & in certa ætate conſtitutæ fuerint, concedi poſſint; dubitas promiſſiones hujuſmodi viribus non ſubſiſtere, illaſque adimpleri poſſe abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Quare tuo nomine fuit nobis humiliter ſupplicatum, quatenus promiſſionibus prædictis robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui votis tuis, illis præſertim, quæ favorem, & commodum nobilium perſonarum, ac de te, & Regibus prædictis optimè meritarum concernunt, libenter annuere ſolemus, literarum promiſſionis, nec non Statutorum, ac literarum Apoſtolicarum prædictarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, promiſſionem prædictam, ratam, & gratam habentes, illamque, ac literas tuas, prout illam concernunt prædicto Ludovico conceſſas, Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbantes, & confirmantes, Majeſtati tuæ, tuiſque in dictæ Militiæ regimine, ſeu adminiſtratione ſucceſſoribus illas adimplendi, & obſervandi, literaſque deſuper neceſſarias, ſingulis perſonis prædictis, tam ſuper conceſſione Præceptoriarum, quàm reſervatione, & aſſignatione penſionum prædictarum; dummodo penſiones hujuſmodi, tertiam partem fructuum Præceptoriarum hujuſmodi non excedant, illarum occurrente vacatione concedendi eiſ-*

 dem,

dem, authoritate, & tenore præſentium, licentiam, & facultatem impertimur; teque, & ſucceſſores prædictos ad promiſſionis hujuſmodi obſervantiam teneri, & cogi poſſe, dictarumque Præceptoriarum conceſſiones, aliis perſonis forſan faciendas, nullas, irritas, & inanes fore eâdem authoritate, & tenore decernimus; non obſtantibus Statutis, & literis, præmiſſis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis aliis ejuſdem Militiæ, & etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, ſtabelimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ejuſdem Militiæ, illiuſque Magiſtris Adminiſtratoribus, Superioribus, & perſonis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus illorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſé derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 15. Octobris 1583. Pontificatus noſtri anno XII.

Aliud exemplum reperitur in eodem libro *Menſæ Conſcientiæ*, *fol.* 170. tenoris ſequentis.

Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico.

GREGORIUS PAPA DECIMUS TERTIUS.

13 *Chariſſime in Chriſto Fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Majeſtas tua nobis expoſuit, quemadmodum in virtute, & meritis adductis dilecti filii Ferdinandi Telles, Militiæ (cujus tu perpetuus Adminiſtrator Apoſtolicâ authoritate deputatus exiſtis) Jeſu Chriſti, Ciſtercienſis Ordinis, Fratris, Militis, & Conciliarii tui, ac etiam in remunerationem laborum, pro te, ac prædeceſſoribus tuis Portugalliæ, & Algarbiorum Regibus, tam in partibus Indiarum, ubi Pro-Regis munere functus eſt, quàm alias ſuſceptorum, nec non obſequiorum nobis præſtitorum, te conceſſurum promiſiſti filio, ſeu filiis ipſius Ferdinandi, & ab eo ante ejus obitum nominandis, etiamſi illi tunc in Africa, vel Triremibus, contra infideles non militaverint, nec in ætate ad id per Statuta dictæ Militiæ requiſitâ, conſtituti fuerint, Præceptorias Beatæ Mariæ de Moreira, & de Caſtromarim, cum illius Caſtellania dictæ Militiæ Vicenſis, & Sylvenſis Diœceſum, quas ille Præceptoriam videlicet Beatæ Mariæ à claræ memoriæ Sebaſtiano, eorumdem Regnorum Rege, & Militiæ Adminiſtratore, alteram verò, à te obtinebat, ſi tamen ad id noſter, & Apoſtolicæ Sedis accederet aſſenſus. Nos igitur Majeſtatis tuæ, hoc quandocunque venerit, uſus, effectum iri cupientes, ſupplicationibus tuis inclinati promiſſionem ſub noſtra voluntate factam hujuſmodi, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, tibique, ac futuris Magiſtris, & Adminiſtratoribus dictæ Militiæ, licentiam tribuimus, ut promiſſionibus hujuſmodi inſiſtentes, Præceptorias præfatas, filio, ſeu filiis ejuſdem Ferdinandi ab eo nominandis, concedere, & aſſignare, licitè, & liberè, valeatis, etiamſi illi eo tempore, ut præfertur, non militaverint, nec ſint in ætate ad id requiſita conſtituti. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Militiæ juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, uſibus, & naturis, etiam quibus inter alia caveri dici-*

dicitur expreſſé, nè promiſſiones hujuſmodi ante habitam Sedis Apoſtolicæ licentiam fiant, nè vè Præceptoriæ hujuſmodi concedantur perſonis, quæ 18. ætatis ſuæ annum non attigerint, vel compleverint, & nè ulli duæ dictæ Militiæ Præceptoriæ concedentur. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ad effectum præmiſſorum duntaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſé derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 22. Septembris 1584. Pontificatus noſtri anno decimo tertio.

14 Ex quibus conſtat, nullum dari privilegium Apoſtolicum ad Beneficia, & Commendas vacaturas providendas, aliàs fruſtra recurreretur ad illas licentias à Sede Apoſtolica impetratas; quamvis enim longæva conſuetudo pro lege obſervetur: ex §. *Ex non ſcripto*, *Inſtitut. de Jur. natural.* Ordinat. Reg. *lib. 3. tit. 64. in princip.* & ibi Barboſ. *in Remiſſ. n.* 11. Valaſc. *Conſult.* 164. *num.* 9. Themud. *deciſ.* 57. *num.* 10. & immemorabilis habeat vim tituli, & privilegii: ex *L.* 1. §. *ult. ff. de Aqua pluvia*, *cap.* 1. & ibi Gloſſ. *verb. Memoriæ*, *de Præſcript. in* 6. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 85. *num.* 7. Gratian. *Forenſ. cap.* 492. *num.* 2. & *cap.* 578. *num.* 11. Riccius 3. *p. deciſ.* 76. *num.* 7. immo ſit potentior privilegio: ex Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 2. *num.* 2. *ad fin.* Narbon. *de Appellat. Vicarii ad Epiſcop.* 2. *part. fundam.* 4. *à num.* 7.

15 Nihilominus debet probari, cum ſit facti: ex *L. In Bello*, §. *Factæ*, *ff. de Capt. & Poſthlimin. reverſ.* Gail *lib.* 1. *obſerv.* 36. *num.* 16. Valaſc. *Conſult.* 162. *num.* 8. Petr. Barboſ. *in L. Titia*, *num.* 11. *ff. de Solut. Matr.* non dicitur probata, niſi de eaconſtet per tres Sententias conformes: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 441. *num.* 24. nec valet, cum ſit reprobata à jure: ex dictis *ſupra num.* 2. & 4. & conſuetudine reprobata, tanquam irrationabili, cenſetur etiam reprobata immemorabilis: ex Gabriel Pereir. *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. *in fin.* Gratian. *Forenſ. cap.* 559. *num.* 51. & 52. Riccius 3. *part. deciſ.* 76. *n.* 3. Narbon. *ubi ſupra ad fundament.* 4. *num.* 19. & vulnerata per actus poſteriores, prout conſtat ex ſupra relatis, ſemper ultima conſuetudo attenditur: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 126. *num.* 8. & *deciſ.* 207. *in addit. num.* 5. Surd. *Conſil.* 525. *num.* 15.

Nec obſtat, quòd Rex poteſt promittere officia vacatura; ut ait Emmanuel Barboſ. *ad Ordin. lib.* 1. *tit.* 98. *in princip. num.* 2. & alter Barboſ. *ad cap.* 2. *de Conceſſ. Præbend. n.* 5. Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 2. *à num.* 1. ubi ita dicit judicatum Cabed. 2. *part. deciſ.* 24. *num.* 10. ergo etiam Beneficia, & Commendas vacaturas. Reſpondetur enim, officia ſæcularia in mera temporalitate conſiſtere, nec reſpectu eorum reperitur alia prohibitio: ex Phœb. *dict. deciſ.* 2. *num.* 9. At verò Beneficia, & Commendæ ſunt ſub diſpoſitione Pontificis, & habent aliquid ſpiritualitatis annexum, & conſiſtunt in jure præcipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, prout dicemus infra *Reſolutione ſequenti*, *num.* 9. 16

Ex quo etiam fluit, quòd Rex non poteſt reſervare penſiones perpetuas, ſuper Beneficiis, & Commendis in favorem alicujus, ſine licentia, & authoritate Sedis Apoſtolicæ, ex eo quia Beneficia, & Commendæ integrè conferenda ſunt ſine aliqua diminutione: ex *text. in cap. Moribus*, *cap. Vacante*, *cap. Cum causa*, *de Præbend. cap. unic. Ut Eccleſiaſtica Beneficia*; ubi Barboſ. *in Collect.* Garc. *de Benefic. part.* 12. *cap.* 4. *à num.* 2. 17

Ratio eſt, quia penſio eſt contra jus: ex *Cap. Extirpandæ*, *de Præbend. dict. cap. unic. Ut Eccleſiaſt. Benef.* Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 296. Gigas *de Penſion. quæſt.* 96. *num.* 18

num. 1. & ſine authoritate Pontificis nec conſtitui, nec reſervari poteſt per Epiſcopos, & Prælatos inferiores, niſi in caſibus à jure expreſſis: Garc. *dict. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 297. *& à num.* 306. prout latiùs oſtendimus *infra reſol.* 60. *à num.* 12. & nullibi reperitur cautum, Regem tamquam Magiſtrum Ordinum Militarium eas poſſe reſervare, aut ſeparare fructus, & reditus Commendarum, & ſic recognitum fuit in Definitoriis Ordinis Jeſu Chriſti, ubi ſtabilitum fuit, quòd Breve Apoſtolicum impetraretur ad has penſiones ſuper Commendis Ordinis reſervandas; prout conſtat ex *Definit.* 2. *part. tit.* 7. *pag.* 155. tenoris ſequentis.

Definitorium Ordinis, 2. *part. tit.* 7.

19 *Pelas penſoens ſe defraudaõ muito as Commendas deſta Ordem, e conforme a direito o Meſtre as naõ pòde pôr ſem authoridade Apoſtolica, que para iſſo tenha; e porque os Meſtres as daõ atè agora a muitas peſſoas: Definimos, e ordenamos, que ſe peça Breve a Sua Santidade para o Meſtre as poder dar com o Habito da Ordem, e ſem elle, às peſſoas benemeritas, que lhe parecer, e que ſuppra Sua Santidade as nullidades do que atè agora ſe fez. E lembre o Definitorio a Sua Mageſtade, que por a mayor parte das Commendas ſer de pouco rendimento, haja por bem, de que ſe eſcuze gravallas com penſoens; e quando ſe derem, ſeja a peſſoas, que tenhaõ ſerviços da qualidade, que as Commendas requerem.*

20 Ratio eſt, quia in adminiſtratione generali prohibetur alienatio immobilium: ex *Cap. Is, cui* 42. *de Elect. in* 6. ibi: *Alienatione immobilium duntaxat exceptâ.* Et ibi Gloſ. *verbo*, *Immobilium*: quare Rex, licet, ut Magiſter Militiarum, habeat generalem adminiſtrationem Commendarum, non poteſt earum reditus deſmembrare; in diſmembratione enim requiruntur eædem ſolemnitates, quæ in unione, & conſenſus Capituli, vocatis Rectoribus, vel Defenſoribus, & aliæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiaſticæ: ex *Cap.* 1. *de Rebus Eccleſ. non alienand. in* 6. Plures per Garc. *de Benef. part.* 12. *cap.* 3. *num.* 3. ubi varias refert Rotæ Deciſiones, & *Cap.* 4. *à num.* 2. 6. *&* 7.

Quare Rex *Sebaſtianus*, Indultum 21 à Sede Apoſtolica impetravit ad has penſiones reſervandas, ſuper Commendis vacantibus, & vacaturis, & ſuper bonis Ordinum in favorem Militantium, cum Habitu, vel ſine illo, quod expeditum fuit per Cardinalem *Rainuntium*, Sedis Apoſtolicæ Pœnitentiarium de mandato Summi Pontificis *Pii IV.* ſibi vivæ vocis oraculo facto, V. Idus Februarii anni 1560. quod etiam reperitur in dicto libro regiſtri *Menſæ Conſcientiæ fol.* 97.

Poſtea Rex *Henricus* aliud impe- 22 travit à Summo Pontifice *Gregorio XIII.* datum apud S. Petrum 18. Auguſti anni 1579. ut poſſet Commendas eorum, qui in bello Africano occubuerunt, eorum filiis concedere, quanvis eſſent ætatis 14. annorum, & ut eis, qui eſſent minoris ætatis, & viduis mortuorum, & aliorum benemeritorum portionem, vel penſionem ſibi benè viſam, ad eorum ſuſtentationem, de Commendarum reditibus reſervaret: quod Indultum reperitur in eodem libro *Menſæ Conſcientiæ fol.* 106. *verſ.*

Tandem Philippus I. poſt Regni 23 occupationem, aliud impetravit ab eodem Pontifice *Gregorio XIII.* ad has penſiones reſervandas, quod in ſua vita duntaxat conceſſum fuit, prout conſtat ex Brevi, quod reperitur in eodem libro *Regiſtri fol.* 168. tenoris ſequentis.

Cha-

Chariſſimo in Chriſto, Filio Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico.

GREGORIUS PAPA DECIMUS TERTIUS.

24 *Chariſſime in Chriſto fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Portugalliæ Regnum piis, & nobilibus viris refertum; præcipua charitate proſequimur, ideoque, ut illi, vel maximè qui, vel eorum conſanguinei, unà cum claræ memoriæ Sebaſtiano Portugalliæ, & Algarbiorum Rege, pericula, & ſumptus, alii mortem in Africa fortiter ſubierunt, in dignis ſua, & maiorum nobilitate ſtudiis valeant ſuſtentari; Majeſtaſque tua de his poſſit facilius promereri, qui tam ſuorum exempla imitantes, quàm in fixis animo ad veram Religionem ſtimulis excitatis contra infideles operam tibi ſuam ſtrenuè, & feliciter præſtant, utque diſtributis à te ſubſidiis, & muneribus, quaſi virtutis teſtimonia ad maiora accendantur, alioſque provocent ad præclara hujuſmodi ſtudia capeſſenda, eidem Majeſtati tuæ, quo ad vixeris liberam licentiam tribuimus diſmembrandi, & ſeparandi ab omnibus Præceptoriis Militiarum Regularium Jeſu Chriſti, & S. Jacobi, & de Avis dicti Regni, quarum tu perpetuus Adminiſtrator ex conceſſione Apoſtolica exiſtis, dummodo ipſarum Præceptoriarum fructus, reditus, & proventus quadringentorum ducatorum auri de Camara, ſecundùm communem æſtimationem, valorem annuum non excedant, ex tunc, ſi illæ vacent ad præſens, aut de conſenſu illas obtinentium, vel cum primum eas quibusvis modis, & ex quorumcunque perſonis vacare contigerit, partemque tibi viſa erit, bonorum proprietatum fructuum, & jurium quorumcunque, Præceptoriarum, & Beneficiorum hujuſmodi, quæ tamen dimidium illorum omnium non excedat, aliasque novas in ſingulis hujuſmodi Militiis præceptorias erigendi, & inſtituendi, ac pro cujusque dote partes ſic diſmembratas, prædictas applicandi, & apropriandi, ipſaſque Præceptorias, ſic à te erectas earum (quarum ipſi erunt Militiarum) Militibus concedendi ſuper eiſdem fructibus, rebus, & bonis, unam, vel plures penſiones annuas, non tamen dimidiam partem fructuum eorundem excedentes, prædictis earum Militiarum (quarum illi fuerint) Militibus, quo ad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, per Præcptores Præceptoriarum earundem, & ſucceſſores ſuos illas pro tempore obtinentes, annis ſingulis, in terminis, & locis, ac ſub conditionibus, cautelis, & pœnis à te tunc decernendis, integrè perſolvendas, reſervandi, conſtituendi, & aſſignandi, volentes, & Apoſtolica authoritate, decernentes diſmembrationes, & erectiones, inſtitutiones, reſervationes, & alia ſupra dicta, poſtquam à te confecta fuerint, ſuos effectus omninò ſortiri debere, nec non irritum, & inane, quidquid ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Turonenſis Concilii, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dictarum Militiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabelimentis, uſibus, & naturis, privilegiis, quoque indultis, & literis Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 24. Martii anni 1584. Pontificatus noſtri anno XII.*

Ex quibus conſtat, has conceſſiones fuiſſe perſonales, & cum ipſis Regibus expiraſſe, quin ad ſucceſſores extenderentur: *Cap. Porrò. Cap. Sanè*,

Sanè, de Privileg. regul. Cap. Privilegium, de Regul. jur. in 6. L. Privilegia 156. *ff. eodem tit. L. Sol'dorum, Cod. de Excuſat. munerum, lib.* 10. Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 1. *per tot.* Salaſ. *de Legib. diſp.* 17. *ſect.* 6. *&* 8. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 15. *à num.* 124. qui agunt, an extendatur privilegium ex paritate rationis:

26 Declara tamen ſupra dicta procedere, quando Rex voluerit penſiones perpetuas, ſine aliquo Indulto Apoſtolico, & ſine cauſa, ſuper Commendis reſervare; non verò, quando reſervaverit ad tempus, durante vita Commendatoris gravati, & cum juſta cauſa: tunc enim, inconſulto Pontifice, & ſinè Indulto Apoſtolico, eas poteſt reſervare remunerationis cauſa; prout eas reſervant Epiſcopi in his terminis ſuper Beneficiis ſuæ Diœceſis, pro bono pacis, & pro aliis juſtis cauſis: ex Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 85. *n.* 12. *verſ. Poterunt tamen, & verſ. Cum ſupra alleg.* 69. *num.* 15. *& de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 56: *cum aliis relatis infra reſol.* 68. *n.* 27.

27 Rex enim Portugalliæ, ut Magiſter Ordinum Militarium, tanquam Prælatus reputatur: ex Cabed. *de Patr. Reg. Coron. cap.* 15. *n.* 5. *& p.* 1. *deciſ.* 61. *n.* 6. Gabr. Pereir. *deciſ.* 58. *n.* 7. *& deciſ.* 2. *n.* 2. Barboſ. *in Collect. deciſion. collect.* 12. *n.* 1. ubi plures refert, & *in Collect. ad cap. ult. de Conceſſ. Præbend. num.* 3. *verſ. Similiter.* Ergo ſicut Epiſcopus poteſt ex juſta cauſa reſervare penſiones temporales in vita gravati, ita etiam Rex, tanquam Magiſter Ordinum Militarium, & remunerationis cauſa in favorem pugnantium in bello contra infideles, & in Regni defenſionem: labor enim, & ſudor cujuſcunque virtuoſè, & viriliter operantis in Regni, & Reipublicæ auxilium, remunerandus eſt: ex *Cap. ult.* 7. *q.* 1. ubi Gloſſ. *verb. Laborem, cap. Charitate, verſ. Juſtum, cap. Si quos de Servis,* & ibi Gloſſ. *verb. Benemeritos* 12. *q.* 1. cum aliis per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 85. *n.* 12. *verſ. Poterunt tamen*, ubi refert ex Cicerone, quòd nihil in Republica magis utilius, & neceſſarium, quàm gratiam referre benemeritis.

Ob eandem etiam rationem poſſunt Prælati Regulares penſiones reſervare ſuper Beneficiis ejuſdem Religionis, & magni Magiſtri Religionis *Hyeroſolomitanæ* in Commendis ſuæ Religionis ad favorem Religioſorum, ſive Equitum ejuſdem Religionis; & ita dicit judicatum Barboſ. *de Poteſt, Epiſcop. alleg.* 85. *num.* 11. *verſ. Amplia in quolibet, & de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 61. *&* 62. Ergo ex eadem ratione Rex Portugalliæ, tanquam magnus Magiſter Militiarum ſui Regni, eas reſervare poteſt: ex *Cap. In cauſis, de re Judicata.* 28

RESOLUTIO LXVI.

An aliquis poſſit plura Beneficia, & Commendas Patronatûs Regiî obtinere, & etiam Statûs Domûs Brangantinæ, & earum titulos Ordinariis petentibus exhiberè teneatur?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia plura nemo poteſt obtinere.*

2 *Beneficium ſufficiens qui habet, ſi aliud conſequatur, vacat primum ipſo jure, habita pacifica poſſeſſione ſecundi.*

Ibi. *Tenetur ſtatim dimittere primum.*

3 *Si utrumque retinere præſumpſerit, utroque privatur, & ita judicatum in Rota.*

4 *Idem procedit in Commendis, quarum duas nemo habere poteſt.*

Ibi. *Incompatibilitas inducitur ex pluralitate Commendarum.*

5 *Ita conſtitutum eſt per Conſtitutiones* Pii V. *&* Gregorii XIII.

6 *Idem etiam diſponitur in Definitorio*

torio Ordinis Jeſu Chriſti.
7 *Idem obſervatur in Commendis Status Bragantiæ.*
8 *Diploma Regis* Joannis IV. *Adminiſtratoris ejuſdem Status.*
9 *Commendæ regulantur per Regulas Beneficiorum.*
Ibi. *Comprehenduntur in Beneficiorum definitione.*
Ibi. *Commendæ Definitio.*
Ibi. *Commenda perpetua eſt titulus Canonicus.*
Ibi. *A Beneficiis parum, aut nihil diſtat.*
10 *Beneficia impetrans, debet in ſupplica enarrare omnia Beneficia jam obtenta, quamvis ſint modici valoris, nè gratia de ſubreptione arguatur.*
11 *Beneficiati, & Commendatores, qui plura poſſident Beneficia, & Commendas, tenentur titulos, & diſpenſationes Ordinario petenti exhibere; & ſi non exhibuerint termino aſſignato, ipſo jure privati exiſtunt.*
12 *Judex Ordinum Militarium, juſſit Commendas* Antonii Cavide *ſequeſtrari, quia earum titulos in termino aſſignato non exhibuit.*
13 *Sententia Judicis Ordinum Militarium.*
14 *Contra eam exceptionem oppoſuit dict.* Antonius *in Chancellaria.*
15 *Forma ſupplicationum dicti* Antonii *ad Commendas, poſſidendas, & num. 16. & 17.*
18 *Forma conceſſionis Apoſtolicæ.*
19 *Primum fundamentum dicti* Antonii*: ſe eſſe ſufficienter diſpenſatum per illas diſpenſationes in pluralitate Commendarum.*
20 *Secundum fundamentum: ſe illis ſupplicationibus enarraſſe Commendas habitas, & habendas, & Pontificem diſpenſaſſe, non ſolum in Africanis ſervitiis, ſed etiam in pluralitate Commendarum.*
21 *Tertium fundamentum.*
22 *Quartum fundamentum.*
23 *Illa fundamenta, & allegationes confutantur.*
24 *Supplicationes dicti* Antonii *continent expreſſam falſitatem.*
25 *Commendæ Status Bragantiæ non dantur pro ſervitiis Africanis, ſed pro factis Dominis ejuſdem Status.*
26 *Cauſa finali deficiente, gratia corruit.*
Ibi. *Superfluum Lex abhorret.*
27 *Commendæ Coronæ dantur pro ſervitiis Africanis ex earum inſtitutione.*
Ibi. *Falſitas ſtatim dicitur probata, quando conſtat rem aliter ſe habere.*
28 *Qualitas Beneficiorum, & Commendarum, in ſupplica eſt clarè, & expreſſè narranda, ut diſpenſatio in pluralitate ſit valida.*
Ibi. *Mens Pontificis non extenditur ad ea, quæ ſunt facti, & n. 52.*
29 *Quamvis Commendæ Status Bragantiæ requirerent ſervitia Africana, ſolum diſpenſatio obtenta reſpectu eorum operaretur, non tamen reſpectu incompatibilitatis non petitæ.*
Ibi. *Gratia regulatur ex forma ſupplicationis, & ſecundùm eam intelligitur.*
30 *Dictio*: Hujuſmodi, *eſt relativa ad formam ſupplicationis.*
31 *Diſpenſatio eſt odioſa.*
Ibi. *Non extenditur.*
Ibi. *Una non tollit omnes defectus, ſed tot debent eſſe, quot obſtacula, & impedimenta.*
32 *Pontifex, ſi voluiſſet, expreſſiſſet.*
33 *Impedimento uno ſublato, aliud manet.*
34 *Diſpenſatio non inducitur ex narrativa de Beneficiis, & Commendis obtentis, ut aliæ de novo conſequantur.*
35 *Ita intelligunt DD. & n. 36.*
36 *Eas non poſſunt poſſidere impetrantes tutâ conſcientiâ.*
37 *Plures decipiuntur exiſtimantes ex tali narratione, & conceſſione induci diſpenſationem.*
38 Valenzuela *in hoc deceptus fuit.*
39 *Diſpenſatio, ut ſit valida, debet præcedere juſta, & rationabilis*

cauſa , & non ſufficit ſola voluntas , & authoritas Superioris; aliàs dicitur potius deceptatio, quàm diſpenſatio.

40 *Aliàs diſpenſatus , non manet tutus in conſcientiâ , & tenetur ad reſtitutionem.*

41 *Chriſtus non conceſſit Papæ poteſtatem abſolutam , ſed adminiſtrativam , & debet fideliter , & rationabiliter diſpenſare.*

42 *Diſpenſatio ſine juſta cauſa , quanvis concedatur à Pontifice , eſt illicita , & injuſta , & peccat mortaliter.*

43 *Impetrans etiam mortaliter peccat , quia cooperatur peccato mortali Superioris , & utriuſque damnationem continet.*

44 *Pontifice diſpenſante contra jus , etiam cauſa rationabili expreſſa , & animo retenta , non præſumitur pro diſpenſatione , niſi probetur , cauſam eſſe veram.*

45 *Diſpenſationes matrimoniales fieri non poſſunt ſine juſta cauſa , & præcedente cognitione.*

46 Antonius Cavide , *ſolum pro cauſa allegavit ſuam cupiditatem ad dictas Commendas obtinendas , nec fecit mentionem de prioribus diſpenſationibus , ut poſteriores valerent.*

47 *Cauſa allegata erat magis ad negaudum , quàm ad concedendum.*

48 *Per importunitatem multa non concedenda , conceduntur.*

49 *Commendarum conſervatio eſt omninò prohibita.*

50 *Diſpenſatio , ut inducatur , quinque requirit.*

52 *Pontificis mens non extenditur ad ea , quæ facti , quanvis expediatur de motu proprio , certâ ſcientiâ , & de plenitudine poteſtatis.*

Ibi. *Nec etiam ad incognita.*

53 *Diſpenſatio ſolum extenditur ad expreſſa , & eſt ſtricti juris.*

54 *Pontifex non expreſſit in dictis Indultis , ſe in incompatibilitate diſpenſare.*

55 *Pontifex non cognovit de juſta cauſa diſpenſationis.*

56 *Si non conſtit de juſta cauſa diſpenſationis , non creditur eam præceſſiſſe , quanvis ſit diſpenſatio Pontificis.*

Ibi. *Pontifici dicenti ſe diſpenſaſſe ex juſta cauſa non eſt credendum , niſi de ea conſtet ; maximè quando ex ea reſultat tertio præjudicium.*

57 *Diſpenſatio non fit cum præjudicio tertii , & n. 59.*

58 *Sedes Apoſtolica jura tuetur , & æquitatem.*

59 *Gratia Apoſtolica cum præjudicio tertii eſt odioſa , & nunquam cenſetur valida , & n. 57. in fine.*

Ibi. *Maximè ſi impetretur ad inſtantiam partis ; tunc enim præſumitur Pontificem deceptum.*

Ibi. *Papa nunquam intendit tertio præjudicare , niſi expreſſé declaret.*

60 *Diſpenſatio , ut operetur , debet eſſe clara , & non ambigua.*

61 *Reſpondetur ad primum fundamentum adverſarii.*

62 *Reſpondetur ad ſecundum.*

Ibi. *Pontifex ſcribens* de certa ſcientia *excommunicato , non ideo eum abſolvit quin expreſſé declaret.*

Ibi. *Nec quanvis nominet aliquem Beneficiatum , aut Commendatorem , non ideo ei jus tribuit in Commenda , ſeu Beneficio.*

63 *Reſpondetur ad tertium.*

64 *Diſpenſatio eſt vulnus Legis , & ſoli Pontifici eſt conceſſum.*

Ibi. *Rex tanquam magnus Magiſter Ordinum Militarium eſt inferior.*

65 *Rex quatenus talis , eſt ſolutus Legibus , non tamen quatenus Magiſter.*

66 *Tolerantia nullum jus tribuit illud non habenti.*

67 *Reſpondetur ad quartum fundamentum.*

68 *Clauſulæ* : Non obſtantibus , de motu proprio , & certa ſcientia , *non inducunt diſpenſationem.*

69 *Non tollunt plura impedimenta Canonica , quin eorum fiat expreſſa derogatio.*

70 *Nec derogant Conſtitutionibus , & Decretis factis in Conciliis generalibus.*

71 Nec

71 *Nec derogant Conſtitutionibus, & Decretis factis in Conciliis Generalibus.*

72 *Per illas clauſulas generales, non tolluntur impedimenta, quæ Pontificem difficiliorem redderent ad concedendum.*

Ibi. *Decreta Conciliorum non derogantur ſine ſpeciali derogatione.*

73 *Beneficiorum pluralitas reprobata eſt in Concilio Generali Lateranenſi, & fuit renovata per Concilium Tridentinum.*

74 *Papa non videtur unico verbo juris diſpoſitionem evertere.*

75 *Papa non derogat juris, & Conciliorum diſpoſitionibus, niſi exprimat.*

76 *Ita judicatum in Rota.*

Ibi. *Sententia lata contra Deciſionem Rotæ nulla eſt.*

77 *Per clauſulas generales*: Non obſtantibus privilegiis, *non cenſentur derogata privilegia clauſa in Corpore juris, quin de eis fiat ſpecialis mentio.*

78 *Per clauſulam derogatoriam*: Cujuſcunque conſuetudinis, *non cenſetur derogata immemorabilis.*

Ibi. *Beneficium habens, ſeu Commendam, cum qua commodè quis ſuſtentari valeat, ſi plures appetat, & acquirat, non excuſatur à peccato mortali.*

79 *Explicatur* Valenzuela.

80 *Beneficia, ſeu Commendæ, non poſſunt acquiri, nec poſſideri ſine titulo.*

Ibi. *Intruſus tenetur fructus reſtituere à tempore intruſionis.*

82 *Jus ad rem acquiritur per præſentationem, & jus in re per collationem.*

1 CErtum eſt in jure, neminem poſſe plura Beneficia obtinere: *Cap. Quia in tantum, cap. Referentur, cap. Ad hæc, cap. De multa, & paſſim, de Præbend. Extravag. Execrabilis, eodem tit. cap. Quia nonnulli, de Cleric. non reſidentib. cap. Literas, de Conceſſ. Præbend.* Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 2. & 4. de Reform. & ſeſſ. 24. cap. 17. de Reformat.* ubi plures refert Barboſ. *in Collect. num. 55. & in Votis lib. 3. vot. 122. n. 18.* Rebuf. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſ. ad plura Beneficia, à num. 1.* Plures per Salſed. *in Prax. ad Bernard. cap. 49. per totum.* Garc. *de Benef. p. 11. cap. 5. à num. 182.* Sanch. *Conſil. lib. 2. cap. 2. dub. 7.* Merlin. *tom. 1. deciſ. 6. à n. 8.* Rebuf. *ſup. n. 22.*

Ampliatur, quòd, ſi aliquis habeat Beneficium ſufficiens, ſi aliud ſufficiens poſtea conſequatur, habita pacifica poſſeſſione ſecundi, vacat primum ipſo jure: Garc. *de de Benef. part. 11. cap. 5. à num. 182. & num. 283. verſ. Alia declaratio*, ubi varias refert declarationes Eminentiſſimorum Cardinalium, & Deciſiones Rotæ: plures per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg. 62. num. 3. & in Collect. ad Trident. ſeſſ. 7. cap. 4. num. 4. & ſeſſ. 24. cap. 17. à num. 9.* & DD. relati ſupra *Reſol. 31. num. 8.* Et ſtatim debet dimittere primum: *dict. Extravag. Execrabilis*, ibi: *Abſque moræ diſpendio*: plures per Garc. *de Benef. dict. part. 11. cap. 5. n. 36. & 37.* Barboſ. *in Collect. Deciſion. collect. 64. num. 9.* 2

Aliàs, ſi utrumque retinere præſumpſerit, utroque ſpoliatur: *dict. cap. De multa.* Concil. Trident. *dict. ſeſſ. 7. cap. 4. de Reformat.* Garc. *dict. part. 11. cap. 5. num. 7. 76. & n. 94.* Barboſ. *in Collect. ad Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. de Roform. num. 11. 12.* ubi ita dicit judicatum in Rota, & in Sacra Congregatione; & Garc. *dict. part. 11. cap. 5. num. 98.* Barboſ. *in Collect. Deciſion. collect. 64. num. 10. & 11. cap. Dudum 54. de Elect.* 3

Idem procedit in Commendis, quarum duas nemo poteſt habere: DD. *per text. in cap. Nemo deinceps, de Elect. in 6.* & ibi Gloſſ. *verbo, Unam.* Concil. Trident. *dict. ſeſſ. 7. cap. 2. & 4. & dict. ſeſſ. 24. cap. 17.* & ideo ex earum pluralitate in- 4

 com-

compatibilitas inducitur: Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 5. §. 8. *n.* 2. Hojed. *de Incompatibilit. Benef. p.* 1. *cap.* 14. *à num.* 16. Plures per Barboſ. *in Collect. ad Trid. dict. ſeſſ.* 7. *cap.* 8. *num.* 18. Vivian. *de Jur. Patr. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 62. Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 643. *num.* 1. Barboſ. *in cap. Dudum* 54. *n.* 14. *de Elect.*

5 Ita expreſſè conſtitutum eſt per Conſtitut. *Pii V.* cum Decreto irritanti, quam poſtea confirmavit *Gregorius XIII.* & ſuper his Conſtitutionibus fundatum fuit Definitorium Ordinis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, 2. *part. tit.* 5. *pag.* 154. tenoris ſequentis.

Definitorium Ordinis.

6 *O Papa Pio V. mandou, que nenhum Cavalleiro poſſa ter duas Commendas, e que ſe tendo huma houver outra, tanto, que da ſegunda eſtiver de poſſe, largue logo a primeira, que vaga* ipſo jure; *e naõ largando, fica privado da ſegunda. E Gregorio XIII. aſſim o confirmou. E porque por eſte modo terà o Meſtre muitas Commendas, que prover, com que ſe ſatisfarà a mais peſſoas, do que hoje ſe faz com o numero das Commendas em huma ſó: Ordenamos, e definimos, que aſſim ſe guarde inviolavelmente; e que quando houver peſſoas de merecimentos, que ſe hajaõ de accreſcentar por ſerviços, tendo jà Commenda, as melhorem a outra de mayor rendimento, e naõ em outras Commendas; e que iſto ſe faça nas que daqui em diante ſe proverem, como nas que já eſtaõ providas em algumas peſſoas, dando-lhes huma ſó Commenda equivalente em renda, às que tiverem em numero.*

7 Idem obſervatur in Commendis *Statiis Brigantiæ*, & idem obſervari præcepit Sereniſſimus Rex *Joannes IV.* illius Adminiſtrator per Diploma Regium tenoris ſequentis.

Diploma Regium.

Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Alvarà virem, que havendo reſpeito ao eſtylo, que obſervei em o Governo da Caſa de Bragança antes de minha reſtituiçaõ à Coroa deſtes meus Reinos, e à utilidade, que o ſerviço da meſma Caſa tem em as Commendas, e Beneficios ſimpleces de ſeu Padroado naõ ſerem providos em peſſoas, que tenhaõ outros da meſma Caſa, ſem fazerem deixaçaõ dos que poſſuirem, para naõ haverem de gozar, mais que ſó de huma, ou Beneficio, hei por bem, e me praz, que o meſmo ſe obſerve daqui em diante: Pelo que mando ao Chanceller de minha Caſa, e Officiaes da Chancellaria della, que eſte regiſtrem nos livros della, e donde mais neceſſario for, para que em caſo, que eu faça algum provimento de Commenda, Igreja, ou Beneficio em peſſoa, que tenha algum dos ſobreditos do Padroado da meſma Caſa, lhe naõ paſſem pela Chancellaria a Carta delle, ſem primeiro lhe conſtar haver feito deixaçaõ do que poſſuir, por o naõ poder fazer de dous do dito Padroado ſem expreſſa ordem minha (que derogue eſta) aſſignada por minha Real maõ, e paſſada pela dita Chancellaria; e eſta ſe cumpra, e guarde tam inteiramente, como nella ſe contém; e valerà como Carta, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno ſem embargo de qualquer outra Ordem em contrario. Joaõ Serraõ a fez em Lisboa a 29. *dias do mez de Agoſto de* 1646. *Eu Antonio Cavide o fiz eſcrever.* Rey. 8

Ratio eſt, quia Commendæ regulantur per Regulas Beneficiorum: ex Barboſ. *in Clement. Cauſam, à n.* 27. *de Elect. & in cap. In noſtra, n.* 8. *de Reſcript.* Rebuf. *de Nomin. q.* 15. *num.* 17. Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 69. *verſ. Hoc autem.* Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 85. *à num.* 22. & relati per Cabed. 2. *part. deciſ.* 64. *n.* 11. 9

&

& de Patron. Reg. Cor. cap. 15. *à n.* 8. (quanvis ipſe dicat contrarium, *à num.* 15.) Quia hæ Commendæ comprehenduntur in definitione Beneficiorum: ex Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *&* 4. ubi ita definit Beneficium: *Eſt jus percipiendi fructus ex Bonis Deo dicatis, competens perſonæ Eccleſiaſticæ propter Divinum Officium, vel obſequium*; ut ita definitio rectè etiam comprehendat Præceptorias, ſeu Commendas Ordinum Militarium, quæ ſunt Beneficia; ita Garc. *dict. num.* 4. Commenda enim perpetua, eſt titulus Canonicus: plures per Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 5. §. 8. *à num.* 1. & à Beneficiis parum, aut nihil differt: Gonzal. *dict.* §. 8. *num.* 3. *&* 4. regulantur enim, tanquam Beneficia: plures per Vivian. *de Jur. Patr. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 63. & dicuntur Beneficia Eccleſiaſtica: Mendes à Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 10.

10 Ideo impetrantes Beneficia, debent in ſupplica enarrare Beneficia jam obtenta, quanvis ſint modici valoris, nè gratia de ſubreptione arguatur: ita Barboſ. *in Votis lib.* 3. *vot.* 107. *n.* 10. Garc. *de Benef. p.* 1. *cap.* 2. *à n.* 122. Plures per Vivian. *de Jur. Patr. lib.* 14. *cap.* 3. *n.* 92.

11 Beneficiati, & Commendatores, qui plura poſſident Beneficia, & Commendas, tenentur earum titulos, & diſpenſationes Ordinario petenti exhibere; & ſi non exhibuerint in termino per eum aſſignato, ipſo jure privati exiſtunt: Conſtit. Ulyſſipponenſ. Archiepiſcop. *lib.* 3. *tit.* 7. *in princip. & tit.* 8. §. 2. *ita text. in cap. Ordinarii, de Offic. Ordin. in* 6. *verſ. Quod ſi fortè*, ibi: *Quod, ſi fortè juſto impedimento ceſſante, nullam diſpenſationem intra idem tempus contingerit exhiberi, Eccleſiæ, Beneficia, Perſonatus, ſeu Dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua, eo ipſo detineri conſtabit per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere perſonis idoneis conferantur.* Et ibi Gloſſ. *verb. Eo ipſo.* Covar. *in Regul. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *num.* 9. *verſ. Hinc, & illa ſolemnis.* Plures per Barboſ. *in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 5. *de Reformat. num.* 3. *&* 5. *& de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 57. *à n.* 223. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 34. Valaſc. *de Jur. Emphiteut. q.* 8. *n.* 6. *verſ. Quartam verò fallentiam.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. *n.* 62. Vivian. *dict. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 64. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 46. *n.* 37. Themud. 2. *p. deciſ.* 222. *num.* 7. *his præmiſſis.*

Hæc quæſtio in terminis mota 12
fuit, me Procuratore, Regii Statûs Brigantiæ exiſtente, contra *Antonium Cavide*, qui ad mei inſtantiam requiſitus fuit exhibere titulos, & diſpenſationes ad tres Commendas ejuſdem Statûs poſſidendas in termino ſibi à meritiſſimo Judice Ordinum Militarium aſſignato, ſub pœna privationis, & ſequeſtri, in fructibus earundem Commendarum; cùmque eos non exhibuiſſet, dictus Judex, impedimentis adverſarii rejectis, juſſit fructus ſequeſtrari, per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Judicis Ordinum Militarium.

Naõ recebo os Embargos viſta ſua 13
materia, e a qualidade da Cauſa; e viſto o Embargante naõ exhibir os titulos, e diſpenſaçoens dentro das vinte e quatro horas, que lhe limitey (pois nem ainda em decurſo de hum mez o fez) com comminaçaõ de ſequeſtro; como tem obrigaçaõ de exhibir, para poder ter, e poſſuir tres Commendas, que tem do Eſtado de Bragança, as quaes ſem as ditas diſpenſaçoens naõ póde ter, conforme à diſpoſiçaõ do Direito, Breves Apoſtolicos, & Definitorios da Ordem de Chriſto: ſem embargo dos Embargos, mando, que ſe faça ſequeſtro nos frutos das ditas Commendas, para o que ſe paſſem as ordens neceſſarias: e ten-

e tendo o Procurador do Eſtado de Bragança, que requerer ſobre o eſtado das ditas Commendas, proponha ſua acçaõ neſte Juizo (aonde compete o conhecimento) ſe lhe parecer; e pague o Embargante as cuſtas em que o condemno. Lisboa, 15. *de Agoſto de* 1658. Joaõ de Seixas Cabreira.

14 Expeditis Chartis ſequeſtrationis ſuper dictis tribus Commendis, nimirùm *S. Petri de Babè*, *S. Leucadiæ de Moreiras*, & *S. Salvatoris de Elvas*: dictus *Antonius Cavide* eatrum tranſitum in Chancellaria impedivit, allegando ſe habere diſpenſationes Apoſtolicas ad dictas Commendas poſſidendas, & retinendas, quarum tranſumptum exhibuit.

15 Forma ſupplicæ primæ diſpenſationis ſic habet, ibi: *Exponi nobis nuper fecit dictus Antonius, quòd ipſe Perceptoriam, ſeu Commendam Aſſumptionis B. Mariæ Virginis loci de Sancta Leucadia de Moreiras, ejuſdem Militiæ, Bracharenſis Diœceſis, unà cum Perceptoria, ſeu Commenda S. Petri de Babè dictæ Militiæ, Mirandenſis Diœceſis, quam obtinet abſque eo, quod in Africa, tibi inſerviens, militare teneatur, ſi ſibi alias Canonicè conferatur, obtinere poſſit ſummoperè deſiderat: nobiſque propterea, humiliter ſupplicare fecit, ut ſibi deſuper opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

16 Secundæ ſupplicationis tenor ſic habet, ibi: *Exponi nobis nuper fecit dictus Antonius, quòd ipſe Perceptoriam, ſeu Commendam loci nuncupati de Lagares & Azeites, Villæ de Soure, dictæ Militiæ, Conimbricenſis Diœceſis, unà cum B. Mariæ Aſſumptionis nuncupatæ de S. Leucadia de Moreiras, Bracharenſis, ac S. Petri de Babè locorum Mirandenſis reſpectivè Diœceſum, Perceptoriis, ſeu Commendis dictæ Militiæ, quas obtinet etiam abſque eo, quod in Africa, tibi inſerviens, militare teneatur, obtinere, & retinere poſſe, ſummoperè deſiderat; nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, &c.*

17 Tertiæ ſupplicationis tenor ſic habet, ibi: *Exponi nobis nuper fecit dictus Antonius, quòd ipſe licet in Africa, tibi inſervis non militaverit, prout Statuta, ſeu ſtabelimenta dictæ Militiæ, authoritate Apoſtolica confirmata requirunt; nihilominus Perceptoriam, ſeu Commendam S. Salvatoris dictæ Militiæ, Elvenſis Diœceſis, unà cum S. Eulalliæ de Moreiras Bracharenſis, & S. Petri de Babè Mirandenſis, nec non de Azeites & Lagares, Perceptoriis, ſeu Commendis ejuſdem Militiæ Conimbricenſis reſpectivè Diœceſibus, quas obtinet, obtinere poſſe, ſummoperè deſiderat; nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, &c.*

18 Primæ ſupplicationi reſpondit Pontifex in hæc verba: *Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi eidem Antonio, quod ipſe Perceptoriam, ſeu Commendam Aſſumptionis B. Mariæ Virginis prædictam, unà cum Perceptoria, ſeu Commenda S. Petri hujuſmodi, abſque eo quod in Africa, tibi inſerviens, militare teneatur, ut præfertur, ſi ſibi alias Canonicè conferatur, obtinere, & quoad vixerit, retinere, &c.* Et eodem modo detulit ſecundæ, & tertiæ ſupplicationi.

19 Contra dictam Sententiam, de qua ſupra num. 13. dictus Antonius ſequentia obtulit fundamenta. Primum, ſe eſſe juſtè, & licitè diſpenſatum ad utraſque Commendas poſſidendas virtute dictorum Indultorum, non ſolùm in ſervitiis Africæ, ſed etiam in pluralitate Commendarum, & ſic ceſſare fundamentum Sententiæ, & Chartas ſequeſtrationis revocandas.

20 Secundum fundamentum, ſe in illis ſupplicationibus enarrare Commendas habitas, & habendas, ut utraſque poſſet poſſidere, quin Magiſtro in Africa inſerviret; & Summum Pontificem, certum de pluralitate Commendarum, ei gratiam contuliſſe, ut utraſque ſimul poſ-

poſſet poſſidere, & retinere, in quo Papa viſus fuit non ſolum tacitè, ſed etiam expreſſè in pluralitate diſpenſare, prout etiam expreſſè diſpenſavit in ſervitiis Africanis.

21 Tertium: quod quanvis ex ſtylo Domus Brágantiæ, & per Diploma Regium ſupra relatum *num.* 8. prohibitum eſſet, nè aliquis habere poſſet duas Commendas ejuſdem Status, & quod non provideretur in ſecunda, niſi prima demiſſa; nihilominùs, ſe fuiſſe per Regem diſpenſatum ad prædictas Commendas obtinendas, & poſſidendas, & in illarum poſſeſſione fuiſſe à tempore proviſionis toleratum.

22 Quartum: dictas diſpenſationes ſibi fuiſſe conceſſas cum clauſulis ampliſſimis, *non obſtantibus Conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Militiæ, quavis authoritate Apoſtolica roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis, & quibuſcunque in contrarium facientibus*; quibus omnibus Summus Pontifex expreſſè derogaverat; concludens in rationibus, per illas clauſulas non ſolum derogaſſe Canonicis Decretis, ſed etiam Conſtitutionibus Sacri *Concilii Tridentini*, & Statutis particularibus, & etiam operari in præjudicium tertii: ex Valenzuel. *Concil.* 152. *& num.* 31. *& num.* 36. dicit continere derogationem juris etiam ſpecialis, & ita practicari in *Curia*, & in *Hiſpania*; concludens cum eodem Valenzuel. *tom.* 2. *ubi ſupra num.* 37. diſpenſationem induci per dictas clauſulas in pluralitate Beneficiorum.

23 Sed, his non obſtantibus, manifeſtè convincitur per eadem Indulta non fuiſſe diſpenſatum in incompatibilitate Commendarum; prout conſtat ex rationibus, quibus dictam exceptionem confutavi.

24 Prima. Quia illæ ſupplicationes continent expreſſum errorem; quia cauſa finalis earum conſtituta fuit per impetrantem in ſervitiis Africanis, ut ſine illis non poſſet dictas Commendas obtinere, & poſſidere; prout conſtat ex ſupplicationibus, ibi: *Quòd ipſe, licet in Africa non militaver't, prout ſtatuta, ſeu ſtabilimenta dictæ Militiæ, Apoſtolicâ authoritate confirmata, requirunt.*

Planè Commendæ Status Brágantiæ non dantur pro ſervitiis Africanis, ſed pro factis Dominis ejuſdem domus; prout conſtat ex Bulla creationis earum per *Leonem X.* ad inſtantiam Sereniſſimi Regis *Emmanuelis*, ſuper Beneficiis juris Patronatus ejuſdem domus in ejuſdem decorem, & honorem, & ut cum eis remunerentur ſervientes, & aſſiſtentes in ſervitio ejuſdem domûs. Patet ex Bulla creationis repertâ in actis, ibi: *Parochialium, quæ de jure Patronatus dicti Ducis exiſtunt*; & ibi: *Per nos erectarum*; & ibi: *Pro nonnullis militibus, & pro tempore exiſtentis Ducis familiaribus*; & ibi: *Et pro tempore exiſtenti Duci Brágantiæ, & aliis ſervitiis pro ſui Status, & perſonæ conſervatione, honore, & augmento*; & ibi: *Ad eaſdem Perceptorias, ſic vacantes, milites, qui eidem Duci in præmiſſis deſerviant, obſequantur, & obediant, &c.* 25

Ergo illæ ſupplicationes in totum corruunt, deficiente cauſa finali conceſſionis: DD. *per text. in cap. Super literis, de Reſcriptis.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 201. *à num.* 22. Plures per Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 56. *&* 74. *& diſp.* 30. *num.* 14. ubi reſolvit diſpenſationem ceſſare, ceſſante cauſa finali conceſſionis: per text. *in cap. Generaliter* 16. *q.* 1. *cap. Tua, de Cleric. non reſid. cap. Abbate, in fine, de verb. ſignification.* Illa enim cauſa finalis ad diſpenſationes impetrandas fuit falſa; quia dictæ Commendæ juſtè, & licitè poſſidentur, & obtinentur per ſervientes, & aſſiſtentes in ſervitio ejuſdem domus, quin ſer- 26

Digitized by Google

ſervitiis Africanis indigeant; prout conſtat ex dicta Bulla: Ergo reſpectu earum dictæ diſpenſationes, non ſolum fuerunt ſubreptitiæ, ſed etiam inutiles, & ſuperfluæ, quod lex abhorret: ex *L.* 1. *Cod. de Theſaur. lib.* 10. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 6. *num.* 66.

27 Solum enim Commendæ Coronæ erectæ in Beneficiis Patronatûs Regii pro pugnantibus contra Turcos, & Infideles in Fidei defenſionem, ex earum inſtitutione illa ſervitia Africana prærequirunt, tam in Commendis Coronæ antiquis, quàm in novis creatis per *Leonem X.* ad inſtantiam ejuſdem Sereniſſimi Regis *Emmanuelis.* Ergo ſi *dict. Antonius* eas impetravit, tanquam Commendas Coronæ, manifeſtè erravit in ſalutari ſuo, & fuit falſa impetratio, quæ ſtatim dicitur probata, quando conſtat rem aliter ſe habere, ut in præſenti: ex *L. de Ætate*, §. *ult. ff. de Interrogat. action. L. Cum de indebito.* §. 1. *ff. de Probat.* Gratian. *Forenſ. tom.* 4. *cap.* 759. *n.* 14. Surd. *deciſ.* 288. *num.* 41.

28 Tacuit veritatem, quia non expreſſit illas Commendas ex ſua creatione eſſe deputatas pro aſſiſtentibus in ſervitio ejuſdem Domus Bragantiæ: ex dictis *ſupra num.* 25. in qua ex ſtylo inveterato duæ Commendæ non dantur uni, ſed meliorationes ad maiores, quando id ſervitia poſtulaverint, & neminem admitti ad ſecundam, niſi prius dimiſſa prima (ex Diplomate Regio, de quo *ſupra num.* 8.) ut provideretur in alia perſona benemerita in præmium, & remunerationem laboris, & ut poſſet in ejuſdem domus ſervitio continuare. Qualitates enim Beneficiorum, & Commendarum, ex ſua inſtitutione, & creatione debent clarè, & ſpecificè enarrari, ut diſpenſatio in pluralitate valeat ſuſteneri: & non ſufficit, quòd dicat Pontifex, quod utrumque, vel utramque retineat, & quod cura animarum, vel onus ambobus, vel uni eorum injunctum, nullatenus negligetur: ita text. formalis, & expreſſus *in Clement.* 1. *de Præbend.* Rebuf. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſ. ad plura Beneficia*, *num.* 68. & faciunt reſoluta *infra n.* 60. & Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *cap.* 5. *de Reformat.* ubi ob eandem rationem literæ Apoſtolicæ expeditæ in favorem Decani Mirandenſis tanquam ſubreptitiæ non habuerunt effectum, de quo *ſupra reſol.* 44. *per totam*: mens enim Pontificis non extenditur ad ea, quæ ſunt facti, ex dicendis *infra n.* 52. Et ſi fuiſſet expreſſum, nequaquam has diſpenſationes cum tanto tertii præjudicio conceſſiſſet.

Secunda. Quia, quanvis Commendæ dicti Status requirerent 29
etiam ſervitia Africana, illæ diſpenſationes ſolum reſpectu eorum poterant operari, non reſpectu incompatibilitatis, quod eſt impedimentum diverſum; quia attento jure, nemo poteſt duas Commendas, nec duo Beneficia obtinere: ex dictis *ſupra à num.* 1. & hujus impedimenti non impetravit relaxationem, ſed tantum de ſervitiis Africæ, ibi: *Licet in Africa non militaverit.* Ergo extendi non poterant ad incompatibilitatem non poſtulatam; gratia enim regulatur ex forma ſupplicationis, & ſecundùm eam intelligitur reſcripta, & eodem modo diſpenſationes: ex *Cap. Inter dilectos, de fid. inſtrum.* ibi: *Ex forma petitionis*; & ibi Gloſſ. *verb. Petitionis.* Surd. *Conſil.* 49. *num.* 24. *&* 25. *& Conſil.* 105. *n.* 32. *& Conſil.* 357. *num.* 34. *& Conſil.* 268. *num.* 15. Menoch. *Conſ.* 180. *n.* 2. *& de Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 29. Gutier. *Pract. lib.* 2. *quæſt.* 172. *num.* 2. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 72. *n.* 1. *&* 2.

Planè Summus Pontifex in diſpo- 30
ſitione, ſe refert ad formam ſupplicationum, ibi: *Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati*, *&c.* & illa dictio;

Hu-

Hujuſmodi, eſt relativa ad ſupplicas, quibus diſpenſationem petebat
ad illas Commendas obtinendas,
quin haberet Africæ ſervitia: ita
Gloſſ. *verb. Hujuſmodi, in cap. Nemo, de Elect. in* 6. Gonzal. *ad Regul.*
8. *Gloſſ.* 4. *num.* 4. Plures per Salgad.
de Protect. Reg. 3. *p. cap.* 7. *n.* 64. &
per Barboſ. *de Penſionib. q.* 6. *n.* 40.

31 Ergo illæ diſpenſationes (cum
ſint odioſæ, ex *Cap. Dilectus, de Filiis Presb. cap.* 1. *eodem tit. in* 6. ubi
Barboſ. *in Collect. n.* 13. Dec. *in Cap.*
Quia in tantum, num. 6. *de Præbend.*
Surd. *Conſil.* 245. *num.* 10. Rebuf. *in*
Prax. Beneſ. tit. de Diſpenſ. ad plur.
Beneſ. n. 64. *&* 66. Sanch. *de Matr.*
lib. 8. *diſput.* 30. *n.* 14.) non poſſunt
extendi ad incompatibilitatem non
petitam, cum ſit quid diverſum ab
Africæ ſervitiis, in quibus ſolum
fuit expreſſé diſpenſatus: Barboſ.
ubi ſupra. Una enim diſpenſatio non
tollit omnes defectus: & tot debent
eſſe diſpenſationes, quot obſtacula, & impedimenta, quin detur extenſio de caſu ad caſum, nec etiam
ex identitate rationis: ita DD. *per*
text. in Cap. 1. *de Filiis Presb. in* 6.
Cap. Non poteſt diſpenſatio, de Præbend. in 6. Plures per Gratian. *Forenſ.*
tom. 2. *cap.* 397. *à n.* 38. *& cap.* 827.
n. 8. 11. *&* 17. Gonzal. *ad Reg.* 8.
Gloſſ. 13. *num.* 93. ubi plures refert,
Riccius *in Praxi aurea, reſol.* 369.
n. 3. *& reſol.* 392. *n.* 1. *& reſol.* 410.
n. 3. *&* 4. *&* 3. *p. deciſ.* 67. *n.* 2. *verſ.*
Cæterum, & deciſ. 329. *à n.* 1. in quibus locis varia ponit exempla.

32 Si enim Summus Pontifex voluiſſet, expreſſiſſet, ut in ſimili, pluribus, relatis reſolvunt DD. *in Cap.*
Ad Audientiam, de Decimis. Surd.
Conſil. 245. *n.* 45. ibi: *Dicendum eſt,*
eum non id fieri voluiſſe, quia ſi voluiſſet, facile ſibi fuiſſet exprimere, ſicut expreſſit, quando voluit; prout
etiam expreſſit in terminis in diſpenſatione, de qua *Reſol. præcedenti,*
n. 13. *ad finem*, ibi: *Et nè ulli duæ*
dictæ militiæ præceptoriæ concedantur.

Sicut etiam, quando concurrunt 33
duo impedimenta, ut in præſenti,
uno ſublato aliud manet, quatenus
diſpenſatione aliqua Superioris non
removetur: ita DD. *per text. in Cap.*
Cum pro cauſa, de Sententia excommun. Plures per Surd. *Conſil.* 351.
n. 10. *& Conſil.* 384. *n.* 73. *& Conſil.*
395. *n.* 17. *& Conſil.* 432. *n.* 1. *&*
Conſil. 445. *n.* 61. *& Conſil.* 523. *num.*
27. *& Conſil.* 524. *n.* 2. *& Conſil.* 559.
n. 8. Gail *lib.* 2. *obſerv.* 65. *n.* 7.

Tertia. Quia quanvis in ſuppli- 34
cis enarraſſet Commendas habitas,
& habendas, ut utraſque poſſidere
poſſit, hæc narratio non eſt ſufficiens ad diſpenſationem inducendam, quanvis Papa ei gratiam conferret: ita expreſſè text. *in Cap. Non*
poteſt diſpenſatio 21. *verſ. Cum verò,*
de Præbend. in 6. ibi: *Cum verò tibi*
(non obſtante, quòd aliud Beneficium
obtinere noſcaris) à Sede Apoſtolica
de alio Beneficio providere contingat;
per hoc tecum (ut primum Beneficium
cum ſecundo retinere valeas) non intelligitur diſpenſatum. Ita textus.

Per quem textum idem reſolvit 35
Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. *n.* 27.
ibi: *Non ſufficit, quòd in ultima, vel*
in ultimis proviſionibus Apoſtolicis fuerint narrata omnia Beneficia prius obtenta; nam ex tali narrativa non
inducitur diſpenſatio ad pluralitatem,
cum illa expreſſio ſolum operatur excuſationem ſubreptionis, ob non expreſſionem obtentorum, prout de jure fieri
debet; non autem operatur diſpenſationem. Ita Gonzal. quem refert, &
ſequitur Barboſ. *in Collectaneis ad*
eundem text. num. 1. *&* 5.

Idem reſolvit Salſed. in *Praxi ad* 36
Bernard. Dias, cap. 49. *in addit. verb.*
Quanvis ſimplicia, ubi refert declarationem Cardinalium, *litera C.*
ibi: *Admonendi ſunt impetrantes,*
qui adverſus Sacrorum Canonum Statuta, plura Beneficia etiam ſimplicia
conſequi affectant; non quidem ſecuri
ſunt, etiamſi in ſupplicationibus ſuis
Pontifici Maximo oblatis, alia Bene-

ficia habere fateantur, & ipſe petita Beneficia conferat, minimè quidem cum ipſis diſpenſare cenſetur; nam aliorum Beneficiorum expreſſio ſolum operatur, quod gratia ſubreptitia non cenſeatur: textus inſignis *in Cap. Non poteſt diſpenſatio, de Præbend. in 6. &c.* Idem reſolvit *Rebuſ.* per eundem text. *in Prax. Beneficial. tit. de Diſpenſat. ratione ætatis, n. 7. pag. mihi* 404. ibi: *Clauſula: Non obſtante, quòd aliud Beneficium habeat, conferimus, licet ſubreptionem tollat; nullam tamen diſpenſationem inducit.* Dict. *Cap. Non poteſt diſpenſatio.* In idem eſt text. in *Clement.* 1. *de Præbend.*

37 Addit Gonzal. *ubi ſupra dict. num.* 27. cum *Navarro*, quem refert, & ſequitur, multos deceptos fuiſſe, credentes ex tali narrativa diſpenſationem reſultare; & quod ſi Pontifex, plura obtinenti Beneficia alia de novo concedat, non ideo intentionem habet diſpenſandi: quam reſolutionem ſequuntur Hojed. *de Incompatib. Benef.* 2. *part. cap. ultim. num.* 72. Rodrig. *in Summa, cap.* 32. *num.* 2. Barboſ. *in dict. cap. Non poteſt, ubi plures refert n.* 5.

38 Ex quibus patet adverſarii Patronum deceptum eſſe cum ſuo Valenzuel. *dict. conſil.* 152. *num.* 37. quam retulit, exiſtimans, ex tali narratione, & conceſſione Apoſtolica inductam eſſe diſpenſationem ſuper incompatibilitate Beneficiorum, & Commendarum.

39 Quarta. Dato, & non conceſſo, quòd talis daretur diſpenſatio, non poteſt impetranti ſuffragari, nec fuit alicujus roboris, vel momenti; ex eo quia, ut diſpenſatio ſit juſta, & valida, debet præcedere juſta, & rationabilis cauſa, & non ſufficit per ſe ſola authoritas, & voluntas Superioris: ita DD. per text. *in cap. Ex inſinuatione, de Elect.* Valer. Regin. *in Praxi Fori pœnit. lib.* 13. *cap.* 19. *à n.* 194. Joan. à Cruce *de Statu Relig. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 1. Riccius *part.* 1. *deciſ.* 30. *num.* 3. *& in Prax. aur. reſol.* 410. *n.* 3. quibus locis refert, quod dixit D. Bernard. *lib.* 3. *de Conſiderat. ad Eugenium III. cap.* 4. diſpenſationem ſine cauſa non eſſe diſpenſationem, ſed diſſipationem, per quam violabatur jus publicum, quod non poteſt relaxari, niſi præcedente juſta, & rationabili cauſa: Rebuſ. *ubi ſupr. à num.* 43. *num.* 51. 55. *& à n.* 57. Plures per Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 20. *num.* 6. Covar. *de Matr.* 2. *part. cap.* 6. §. 9. *n.* 19.

In terminis, quòd diſpenſatio 40
Summi Pontificis in pluralitate Beneficiorum, ſeu Commendarum (quæ regulantur per regulas Beneficiorum, ex dictis *ſupr. n.* 9. & Jura loquentia in Beneficiis, procedunt etiam in Commendis: plures per Garc. *de Benef.* 4. *p. cap.* 4. *n.* 48.) non proſit impetranti, nec eum reddit ſecurum in conſcientia, non præcedente juſta cauſa, reſolvunt Salſed. *ubi ſupr. n.* 36. *Hojeda, Ludovicus Lopes, Corduba, Cardinalis Toletus, Ledeſma, Leſſius, Vaſques* cum aliis, quos remiſſivè refert Barboſ. *in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *n.* 57. & teneri ad reſtitutionem, tanquam accipiens à non Domino: ex Caiet. *q.* 43. *art.* 8. Rebuſ. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſat. ad plura Benef. n.* 51. *& à n.* 54. Navar. *de Spoliis Cleric.* §. 11. Suar. *de Leg. lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 12.

Ratio eſt: quia Chriſtus D. N. 41
non conceſſit Petro, nec Succeſſoribus poteſtatem abſolutam ſuper bonis, & rebus Eccleſiaſticis pro arbitrio voluntatis; ſed poteſtatem adminiſtrativam, & diſpenſativam regulatam per Leges Divinas, & arbitrium rationis; prout latè probavi ſupra pluribus Sacræ Paginæ authoritatibus, & plurium Sanctorum, & DD. *Reſolutione* 12. *à num.* 7. & ideo oportet fideliter, & rationabiliter diſpenſare: ex Caiet. *ad Div. Thomam* 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. *in ſolut. ad primum*, ibi: *Eſt enim Chriſti Mi-*

Miniſter, *& diſpenſator miniſteriorum Dei*, *ideo oportet fideliter diſpenſare*, *&c.* Rebuf. *ubi ſupr. num.* 54.

42 Aliàs diſpenſatio, quanvis Pontificia, illicita, & injuſta eſſet; ut pluribus relatis reſolvit Suar. *de Leg. lib.* 6. *cap.* 18. *à n.* 4. *& n.* 6. optimis comprobat rationibus, addens *n.* 9. peccare mortaliter Pontificem ſic diſpenſantem, quia faceret contra juſtitiam, quod ex ſuo genere eſt peccatum mortale; ut pluribus reſolvit *num.* 10. *& tom.* 2. *de Relig. tit. de Vot. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 1. Covar. *in cap. Alma mater*, *part.* 1. §. 1. *n.* 7. *verſ. Quod ſi tractemus*, *de Sentent. excom. in* 6. Navar. *in Manuali*, *cap.* 12. *num.* 57. Rebuf. *in Prax. de diſpenſat. ad plura Beneficia*, *num.* 22. *& num.* 55. Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 18. *num.* 3. Covar. *dict.* 2. *part. cap.* 6. §. 9. *de diſpenſat. num.* 15. 16. *&* 19.

43 Addit Suar. *dict. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 12. etiam mortaliter peccare ſubditum petentem diſpenſationem ſine cauſa, quia cooperatur peccato mortali Superioris, quem inducit, quia hæc diſpenſatio ſine cauſa, utriuſque damnationem continet; ut pluribus relatis reſolvit Rebuf. *ubi proxime num.* 51. & faciunt dicta *ſupra num.* 37. Covar. *ubi ſupr.*

44 Quod adeo verum eſt, quòd, ſi Papa diſpenſet contra jus, etiam cauſa rationabili expreſſa, ſeu animo retenta, non eſt præſumendum pro diſpenſatione, niſi probetur eam eſſe veram; ut pluribus relatis reſolvit Riccius *in Prax. aur. reſol.* 357. *num.* 3. *verſ. Et ea quidem cauſa*, ibi: *Nullatenus eſt ei credendum*, *ſed requiritur*, *quòd cauſa illa*, *ſive allegata*, *ſive adjecta fuerit*, *ſive in animo ejus recondita*, *quæ tamen poſſit arbitrio boni viri faciliter cogitari*, *& expendi*, *ut ſit vera*, *& juſta*, *& ſi amplius de veritate*, *& juſtitia non appareat*, *quod probetur per impetrantem*, *&c.* Gail *lib.* 2. *obſerv.* 58. *à num.* 1. Rebuf. *ubi ſupra à num.* 57. & DD. *infra num.* 56. Sanfelic. *tom.* 3. *deciſ.* 397. *num.* 15.

Idem etiam decretum eſt per 45
Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* circa diſpenſationes matrimoniales, quæ fieri non debent ſine juſta cauſa, ibi: *Idque ex juſta cauſa*: idem etiam generaliter diſponit circa cæteras diſpenſationes *Seſſ.* 25. *cap.* 18. *de Reformat.* ſemper juſtam cauſam præcedere debere; contrarium enim nihil aliud eſſet, quàm legem ſolvere, & portam cupiditatibus, & malitiis aperire, & concludit, ibi: *Quòd ſi urgens*, *juſtaque ratio*, *& maior quandoque utilitas poſtulaverit*, *cum aliquibus diſpenſandum*, *id cauſa cognita*, *ac ſumma maturitate*, *atque gratis à quibuſcunque*, *ad quos diſpenſatio pertinebit*, *erit præſtandum*; *aliterque facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.* Ita Tridentinum.

Planè *dict. Antonius* nullam cau- 46
ſam juſtam allegavit ad obtinendas, & poſſidendas tot, tamque opulentas Commendas redituum ultra tria millia, & quingenta ducatorum, niſi tantùm ſuam cupiditatem, & dedeſiderium; prout conſtat ex omnibus ſupplicis, ibi: *Summoperè deſiderat*; contra tot jurium diſpoſitiones, Pontificias Conſtitutiones *Pii V.* & *Gregorii XIII.* Definitoria. Ordinis, Regis decretum, conſuetudines, & ſtylos in Domo *Brigantiæ* obſervatos; prout conſtat ex ſupra dictis *à num.* 1. nec in poſterioribus diſpenſationibus fecit mentionem de prioribus, ut præciſé tenebatur, ut poſteriores valerent: Barboſ. *in Cap. ult. num.* 3. *de Filiis Presbyter. in* 6.

Ergo illæ diſpenſationes nullæ, 47
& inutiles à ſuo principio reputari debent, quia cauſa allegata, nimirùm *cupiditas*, ad Commendas obtinendas erat magis efficax ad denegandum, quam ad concedendum, nè alias aperiretur via fraudibus, & cupiditatibus, ambitionibus, ſeu po-

potiùs extortionibus impetrantium, contra Sacrorum Canonum diſpoſitiones: ex *text. in cap. Deteſtanda, verſ. Sanè licèt, de Conceſſ. Præbend. in* 6. ibi: *Per importunitatem nimiam, per quam non concedenda, multoties conceduntur, & per ambitionem improbam, ut plurimum extorquentur.*

48 Idem dicit *text. in cap. Cum in juventute, verſ. Cæterum, de Purg. Canon.* ibi: *Compulſi fuimus, non juris neceſſitate, ſed importunitate petentis, &c. Cap. unic. in princ. de Relig. domib. in* 6. Non ſolum importuna petentium inhiatio, illorum poſtmodum multiplicationem extorſit: *L.* 1. *Cod. de Petit. bonor. ſublat. num.* 10. ibi: *Inverecundâ petentium inhiatione conſtringimur, &c.*

49 Aliàs, ſi deſiderium, ſtudium, & cupiditas, pro ſufficienti cauſa haberetur, poſſet etiam ex eadem cauſa omnes Commendas, non ſolum Status *Bragantiæ*, ſed etiam *Coronæ* appetere, & importunitatibus impetrare: quod quàm ſit à jure, & ratione alienum, nemo non videt! ex reſolutis per Rebuf. *dict. tit. de Diſpenſatione ad plura Beneficia, num.* 16. cum Commendarum, & Beneficiorum coacervatio ſit omninò prohibita, ex *dictis à num.* 1. nè bona Eccleſiæ, & Chriſti Patrimonium in plurium ſuſtentationem, & in præmium laboris deputatum, in uno, generali omnium ſcandalo, coaleſcant, ut magiſtra experientia atteſtatur: ex Barboſ. *axiom.* 88. *num.* 1. Idem reſolvit in Commendis Indiar. Solorſan. *de Jur. Indiar. lib.* 2. *tom.* 2. *cap.* 5. *à num.* 82. ibi: *Juſtum viſum fuit, ut plures Commendæ in una, eademque perſona non cumularentur, tum propter incompatibilitatem, tum etiam nè unus plura præmia occuparet, & ad aliorum ſuſtentationem, & remunerationem deficerent. Cap. Nonnulli, de Cleric. non reſid.* Rebuf. *ubi ſupra num.* 15.

50 Quinta. Quia dicta diſpenſatio incompatibilitatis, nec expreſſé, nec tacite inducta fuit in dictis Indultis, nec per ſupplicationes, nec per diſpoſitiones; quia ut inducatur, quinque requiruntur, relata per Gomes *In Regula, de Jure quæſito non tollend. quæſt.* 18. *num.* 2. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 3. *num.* 7. quos refert Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. *n.* 33. Barboſ. *in cap. Cum Eccleſiaſticæ, n.* 3. *de Exception.*

Primum. Quòd Pontifex ſit certus juris, & facti, ut diſpenſatio reſultet.

Secundum. Quòd ſciat in tali caſu eſſe præciſam diſpenſationem.

Tertium. Quòd de certa ſcientia affirmet, & expreſſa declaratione concedat.

Quartum. Quòd cognoſcat de cauſa diſpenſationis.

Quintum. Quod ex tali diſpenſatione, non reſultet tertio præjudicium.

Plane nullum ex his requiſitis concurrit in præſenti, ut talis diſpenſatio ſuper incompatibilitate inducatur, nec præſumatur. 51

Non primum.

Quia dictus *Antonius* non narravit, illas Commendas eſſe Status *Bragantiæ* creatas ſuper Beneficiis Patronatus ejuſdem domus in ſatiſfactionem, & remunerationem aſſiſtentium in ſervitio ejuſdem: nec ſecundùm conſuetudinem, & ſtylum dictæ domus, poſſe unum duas Commendas obtinere, ſed meliorationem ad maiores, relictis prioribus; prout conſtat ex Diplomate Regio *ſupra n.* 8. *& à num.* 25. quæ cum ſit materia facti particularis, quod narratum non fuit in ſupplicationibus, nunquam cenſetur Papam velle illi conſuetudini, & ſtylo derogare: ex *text. in cap.* 1. *de Conſtitut. in* 6. ibi: *Quia tamen locorum ſpecialium, & perſonarum ſingu-* 52

larium

larium conſuetudines, & Statuta (*cum ſint facta, & in facto conſiſtant*) *poteſt probabiliter ignorare: ipſis, dum tamen ſint rationabilia, per conſtitutionem à ſe noviter editam* (*niſi expreſſé caveatur in ipſa*) *non intelligitur in aliquo derogare*: Plures per Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 15. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 20. *num.* 3. Lancelot. *de Attent.* 2. *part. in Præfact. n.* 731. Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 4. *num.* 6. *& in Decalog. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 8. Mendes à Caſtr. *in Prax. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. ampliantes, quan vis gratia fiat de motu proprio, certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; non enim extenditur ad ea, quæ ſunt facti, nec ad incognita, & incogitata: Menoch. *Conſil.* 335. *num.* 12. Gabriel Pereir. *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 17.

Non ſecundum.

53 Quia, cum Papa non habuit notitiam illius facti, nec ei fuit enarratum, non poterat ſuper illo diſpenſationem indulgère, niſi tantùm ſuper expreſſo, & petito: ex dictis *ſupra à num.* 29. prout expreſſit in ſervitiis Africæ, quod non erat neceſſarium: quia dictæ Commendæ non pro Africanis ſervitiis, ſed pro factis eidem Statui conceduntur: ex dictis *ſupra num.* 25. Diſpenſatio enim eſt ſtricti juris: plures per Barboſ. *in Cap. ult. de Filiis Præsbytor. in* 6.

Non tertium.

54 Quia in illis Indultis non expreſſit Pontifex ſe in incompatibilitate diſpenſare, nec in creatione Commendarum, nec in conſuetudine, & ſtylo ejuſdem domus, nec in illo decreto Regio, nec aliquod ex dictis ei fuit enarratum, prout conſtat ex dictis Indultis, ex quibus probatur negativa: ex *L. ult. Cod. de Reb. credit.* Surd. *conſil.* 21. *num.* 1. *& conſil.* 129. *num.* 17. ex quo reſultat manifeſta ſubreptio: DD. per text. in *Cap. Super literis, & in Cap. Poſtulaſti*, & ibi Gloſſ. *verb. de Levi, de Reſcript.* Plures per Valaſc. *conſil.* 72. *num.* 8. *cap. Dudum* 54. *ad finem, de Elect.* ibi: *Cum inteutionis noſtræ non fuerit, ſecum in tot de Beneficiis diſpenſare.*

Non quartum.

Quia Pontifex non cognovit de 55
cauſa aliqua juſta diſpenſationis, nec ipſa ſufficiens exiſtebat ad concedendum, ſed potius ad denegandum, ſi fuiſſet informatus impetrantem ultra Commendas habuiſſe quatuordecim millia ducata redituum ſingulis annis, & non indigère illis Commendis ad ſuam ſuſtentationem, nec dictus *Antonius* juſtam cauſam allegavit, ex ſupra dictis *à num.* 36. ſed ſolum deſiderium ad eas ambiendas, contra reſoluta per Rebuf. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſat. ad plura Benef. n.* 16.

Quare debebat prius conſtare in 56
ſcriptis de cognitione cauſæ, ſi forſan extitiſſet, aliàs non creditur eam præceſſiſſe: ex Rebuf. *ubi ſupra num.* 53. Navar. *in Manual. prælud.* 9. *num.* 15. *verſ. Adde* 2. Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 17. *n.* 10. Quod etiam procedit reſpectu diſpenſationis factæ à Pontifice; ut pluribus exemplis comprobat Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 10. *à num.* 35. Navar. *de Redit. Eccleſ.* §. 2. *num.* 8. *& conſil.* 56. *num.* 2. *de Regular.* ubi Pontifici dicenti, ſe diſpenſaſſe ex juſta cauſa non eſt credendum, niſi de ea conſtet; maximè, quando ex ea reſultat tertio præjudicium: ita pluribus relatis Menoch. *ubi prox. num.* 48. Gabriel *Commun. lib.* 3. *tit. de Jur. quæſit. non tollend. concluſ.* 3. *num.* 6. *&* 13. *& DD. ſupr. n.* 44.

Non

Digitized by Google

Non quintum.

57 Quia ex tali diſpenſatione notabile reſultat præjudicium Senatoribus, & Miniſtris Juſtitiæ, & aliis inſervientibus eandem domum, quibus hæ Commendæ ex forma creationis, debebantur, juxta ſtylum ejuſdem domus, cui inſerviunt limitatis ſalariis, Commendarum intuitu, ut commodè ſuſtentari valeant; & non eſt credendum, Pontificem cum eorum injuria voluiſſe in impetrante tot divitiis affluente, tot tamque opulentas Commendas coaſervare: ex dictis *ſupra num.* 56. *& infra n.* 59. *& n.* 68.

58 Sedes enim Apoſtolica jura tuetur, & æquitatem: ex *cap. Eccleſia veſtra* 57. *verſ. Neque enim, de Elect.* nec poteſt uni detrahere, & alteri dare, ſine juſta cauſa: ex *Cap. Omnes*, & ibi Gloſſ. *verb. Injuſtitiam, diſt.* 22. ubi D. Roder. à Cunha *in Collect. n.* 7. Navar. *de Spol. Clericor.* §. 3. *num.* 2. *verſ.* 4. *quod Gloſſ. & in cap.* 1. & ibi Gloſſ. *verb. Diviſiones, diſt.* 10. *num.* 5. DD. per *text. in Cap. de Eccleſiaſticis* 25. *quæſt.* 2. *& in cap. Denique* 14. *quæſt.* 5. Gam. *deciſ.* 313. *num.* 4. Soar. *de Leg. lib.* 6. *cap.* 23. *num.* 9. *poſt med.* ibi: *Omnis gratia, cum præjudicio tertii valdè odioſa eſt, & ideo nunquam cenſetur valida, &c.* & DD. *infra num.* 68.

59 Nec pro ea præſumitur: ex Menoch. *dict. Præſumpt.* 10. *num.* 52. maximè, ſi ſit impetrata ad inſtantiam partis, tunc enim præſumitur Pontificem deceptum: ita pluribus relatis Gail *lib.* 2. *obſ.* 58. *num.* 3: Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 10. quia Papa, nunquam intendit tertio præjudicare, niſi expreſſè declaret: ex *Cap. Quamvis* 8. *de Reſcriptis in* 6. ibi: *Niſi de hoc expreſſè dixerimus. Cap. Super eo, de Offic. delegat.* & ibi Gloſſ. *verb. Intentionis*, *L.* 2. §. *Merito*, *&* §. *Si quis à Principe*, *ff. Nè quid in loco public. L. Ex facto, ff. de Vulgar. & pupillar.* DD. per *text. in L. Reſcripta*, *& in L. ultim. Cod. Si contra jus.*

Deficientibus ergo illis omnibus requiſitis, de quibus *ſupra num.* 50. non eſt credendum, Pontificem velle diſpenſare in dicta incompatibilitate; diſpenſatio enim, ut operetur, debet eſſe conceſſa verbis claris, & non ambiguis: ex text. in *Cap. Ordinariis*, §. *Si verò, de Offic. Ordin. in* 6. Riccius *part.* 1. *deciſ.* 30. *num.* 2. *in fin.* ibi: *Debet eſſe ſufficiens diſpenſatio, & clara, quòd nulla dubitandi rationabilis cauſa ſubſit.* Rebuf. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſ. ratione ætatis, num.* 8. *pag. mihi* 404. 60

Ex quibus omnibus convincuntur omnia allegata per adverſarium, & clariùs per reſponſionem ad fundamenta contraria. Ad primum enim circa diſpenſationes, de quibus *ſupra à num.* 14. *uſque ad* 19. Reſpondeo, tales diſpenſationes eſſe notoriè nullas, & ſubreptitias: ex reſolutis *ſupr. à n.* 24. 61

Ad ſecundum, de quo *ſupra n.* 20. ſe enarraſſe Commendas habitas, & habendas. Reſpondeo, ex illa narratione, & conceſſione Pontificis non induci diſpenſationem in pluralitate: ex reſolutis *ſupra à n.* 33. Inſuper falſum eſt dicere, impedimentum Canonicum relaxari, quando Pontifex de illo certus ſcribit de certa ſcientia impedito; quia illa ſcientia Pontificis non tollit impedimentum Canonicum, nec habilitat impeditum, quin expreſſè declaret. Patet in excommunicato, cui Pontifex certus de tali excommunicatione ſcribit, & tamen per hoc eum non abſolvit; ita textus formalis, & expreſſus in *Clement. ult. de Sent. excommunicat.* ibi: *Si Summus Pontifex ſcienter, etiam excommunicato participet literis, verbo, vel oſculo, ſeu alio quovis modo, ipſum per hoc abſolvere nullâ ratione cenſetur, niſi ſe velle forſitan exprimat illum*

ex

ex hoc pro abſoluto haberi. Plures per Barboſ. *in Collect. in dict. Clement. ult. num.* 1. Idem etiam procedere, quanvis Pontifex dictum *Antonium* nominaſſet Commendatorem earundem Commendarum eſſe, expreſſé referendo; per hoc enim cum eo non cenſetur diſpenſare in incompatibilitate, nec ei aliquod, jus tribuere ad utraſque ſimul poſſidendas, quin expreſſé declaraſſet: ex *dict. Clementin. ult. verſicul. Similiter*, ubi Barboſ. *in Collect. num.* 3.

63 Ad tertium, de quo *ſupra n.* 21. Regem cum ipſo diſpenſaſſe in pluralitate. Reſpondeo, in hoc jam defidiſſe à prætenſo jure virtute dictorum Indultorum; ſiquidem recurrit ad diſpenſationem Regiam, de qua non conſtat: & quanvis conſtaret, *Rex* nec tanquam *Magiſter*, nec tanquam *Adminiſtrator* Statûs *Bragantiæ*, poterat talem diſpenſationem contra Decreta Canonica, & Conſtitutiones Pontificias indulgere, nec etiam contra Definitoria Ordinis *ſupra num.* 6. authoritate *Pii V.* & *Gregorii XIII.* roborata; nullus enim inferior poteſt facta Superioris evertere: plures per Barboſ. *in Votis lib.* 3. *vot.* 97. *n.* 62. & quod Papa confirmat, nemo infirmat: Barboſ. *ubi ſupr. n.* 63.

64 Rex enim in hoc caſu, tanquam Magiſter, eſt inferior, & cum diſpenſatio ſit vulnus Legis Pontificiæ: ex *Cap. Ipſa Pietas* 34. *q.* 4. Vivian. *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 95. *num.* 8. ſoli Pontifici hoc conceſſum eſt: ex *Cap. Propoſuit, verſ. Licet, de Conceſſ. Præbend.* ibi: *Secundùm plenitudinem poteſtatis, de jure poſſumus ſuper jus diſpenſare.* Non tamen aliquis inferior: ex Gloſſ. *verb. Tolli, in Clement. Nè Romani, de Electione*, recepta per multos, de quibus Covar. *de Sponſalib.* 2. *part. cap.* 6. *in princip. & num.* 21. DD. per text. *in Cap. Cùm inferior, de Maioritate. L. Minor Magiſtratus, ff. de Arbitr.* Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 9. *num.* 20. *verſ. At nemo. & lib.* 3. *diſput.* 46. *n.* 10. Rebuf. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſ. ad plura Benef. num.* 42. Gutier. *Conſil.* 19. *num.* 5. Barboſ. *ubi prox. num.* 62.

Quanvis enim Rex, quatenus talis, ſit ſolutus legibus: ex *L. Princeps, ff. de Legibus*, & in Civilibus poſſit diſpenſare, tanquam lex animata: ex Ordination. Reg. *lib.* 3. *tit.* 75. §. 1. non tamen quatenus Magiſter; tunc enim eſt inferior, nec poteſt aliquid diſpenſare contra jus Canonicum, à quo procedit incompatibilitas: ex dictis *à n.* 1. ita Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 61. *num.* 6. *& de Patron. Reg. Coron. cap.* 15. *n.* 5. Gabr. Pereir. *deciſ.* 58. *n.* 7. Rebuf. *in Prax. Benef. dict. tit. de Diſpenſ. ad plura Benef. num.* 42. 65

Nec tolerantia, quam allegat *dict. num.* 21. ei in aliquo ſuffragatur; quia tolerantia nullum jus tribuit illud non habenti, immò deducta cauſa in judicium (prout nunc eſt) non poſſunt, nec debent tolerari dictarum Commendarum incompatibilitates. Ita textus in terminis incompatibilitatis in *Cap. Cùm jam dudum* 18. *in fine, de Præbend.* ibi: *Cum multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta forent in judicium, exigente juſtitia, non debeant tolerari.* & ibi Gloſſ. *verb. Patientiam*, ubi Barboſ. *in Collect. num.* 3. Navar. *de Redit. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. *nominat.* 54. *num.* 2. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 22. *num.* 28. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 12. *verſ. Nec poſſunt, in fine.* 66

Ad quartum ſuper clauſulas: *Non obſtantibus, &c.* reſpondeo, quòd non tollunt vitium ſubreptionis, & nullitatis earundem diſpenſationum, quia in ultimis non fit mentio de prioribus diſpenſationibus; quæ ſi fieret, difficiliorem redderet Pontificem ad concedendum; ut pluribus relatis reſolvit Suar. *de Leg. lib.* 6. *cap.* 23. *num.* 1. maxi- 67

Digitized by Google

mè quando ſunt facta in præjudicium tertii; ut per Suar. *ubi prox. num.* 9. & ex dictis *ſupr. à n.* 58.

68 Nec illæ clauſulæ inducunt diſpenſationem, ut per Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 5. *num.* 32. Rebuf. *in dict. Prax. tit. de Diſpenſ. ratione ætatis, num.* 7. *&* 8. Marth. *de Clauſul. clauſ.* 79. *num.* 10. Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 49. Maximè, quando gratia fit ad inſtantiam partis, non præcedente cauſæ cognitione, & in præjudicium tertii (ut contigit in præſenti) ita Cravet. *Conſil.* 896. *col.* 5. *verſ. Nec obſtat præmiſſis, & verſ. Tertiò reſpondeo.* Thuſcus *tom.* 1. *litera C. concl.* 339. *num.* 16. Goſadin. *Conſil.* 14. *verſ.* 12. *Conſidera, & verſ. Non obſtat.* Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 50. ubi ampliat, quanvis gratia fiat de motu proprio.

69 Nec operantur, quando plura impedimenta Canonica concurrunt; tunc enim eſt neceſſaria expreſſa eorum derogatio: ex Alexandr. *lib.* 2. *conſ.* 195. *num.* 10. *verſ. Ad idem*; optimè, Gratian. *Forenſ. tom.* 5. *cap.* 827. *num.* 20.

70 Nec derogant privilegiis conceſſis in caſu particulari (prout in Commendis Status Bragantiæ) quin de eis fiat ſpetialis mentio; ita textus expreſſus in *Cap. Veniens* 19. *verſ. Non obſtante, de Præſcript.* ibi: *Non obſtante privilegio Clementis Papæ, per quod privilegiis ſuorum prædeceſſorum, non extitit derogatum, cum de ipſis nullatenus fecerit mentionem, &c.* & ibi Gloſſ. *verb. Nullam*, quæ eſt optima in materia: Barboſ. *in Collect. ad d. cap. Veniens, num.* 3. *&* 4.

71 Nec derogant Conſtitutionibus, & decretis factis in Conciliis generalibus, in quibus, cum particulari aſſiſtentia Spiritûs Sancti, Viri doctiſſimi ex tota Chriſtianitate concurrentes congregantur: ex Rebuf. *in Prax. Benef. tit. de Diſpenſ. ſuper defectu natal. num.* 24. Zerol. *in Prax. Epiſcop.* 2. *part. verb. Abſolutio, verſ. Dico* 5. Flor. *Var. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 50. Marius Anton. *lib.* 1. *Var. reſol.* 88. *num.* 6. Sanch. *de Matr. lib.* 3. *diſp.* 26. *num.* 7. ubi plures DD. refert: Suar. *de Leg. lib.* 8. *cap.* 19. *num.* 5. Gratian. *Forenſ. tom.* 2. *cap.* 397. *à num.* 35.

Ratio eſt, quia per illas clauſu- 72
las generales non tolluntur impedimenta, quæ Pontificem difficiliorem redderent ad concedendum, prout ſunt decreta Conciliorum generalium, in quibus non diſpenſatur ſine ſpeciali derogatione: ex Gratian. *Forenſ. d. cap.* 397. *n.* 40. *& cap.* 827. *n. ult.* Riccius *in Praxi aurea reſol.* 369. *n.* 3. *in fin.* Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 26. *n.* 7. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 13. *n.* 98. *& Gloſſ.* 15. *n.* 32.

Planè in Concilio generali Late- 73
ranenſi, celebrato ſub *Innocencio III.* (in quo aſſiſterunt duo Patriarchæ Hieroſolymæ, & Conſtantinopolis, ſeptuaginta Archiepiſcopi Metropolitani, 412 Epiſcopi, 800 Priores, & Abbates cum plurimis DD. inſignibus, qui omnes numerum 1215. ſuperarunt, ut oſtendi ſupra *Reſolut.* 50. *n.* 2.) conſtitutum fuit ad evitandas cupiditates, & ambitiones, neminem poſſe habere plura Beneficia; quod decretum inſertum fuit poſtea in Corpore juris, in *Cap. de Multa* 28. *de Præbend.* & renovatum, & de novo approbatum per Generale Concilium Tridentinum *Seſſ.* 7. *cap.* 4. *de Reformat. & Seſſ.* 24. *cap.* 17. in quo extenditur prohibitio ad omnia Beneficia tam Sæcularia, quàm Regularia, cujuſcumque qualitatis ſint; quanvis conferantur titulo Commendarum: & in his poſtea expreſſé declaratum fuit cum decreto irritanti per Pontificem *Pium V.* & *Gregorium XIII.* in quibus fundatum fuit Ordinis Chriſti Definitorium, de quo *ſupra n.* 6.

Ergo illa decreta, nunquam cen- 74
ſentur derogata per illas clauſulas generales: *Non obſtantibus, &c.* quin de

de eis fiat ſpecialis mentio, & derogatio: & credendum non eſt Summũ Pontificem, unico verbo, illa decreta tot Patrum, & Doctiſſimorum hominum conſideratione, & approbatione ſtabilita, & roborata ſubvertere voluiſſe: ex *L. Si quando* 35. *in fine principii*, *Cod. de inofficioſ. teſt.* ibi: *Neque enim credendum eſt Romanum Principem, qui jura tuetur, hujuſmodi verbo totam obſervationem teſtamentorum multis vigiliis excogitatam, atque inventam velle evertere.* Facit Ordinatio noſtra Regia *lib.* 2. *tit.* 44. ibi: *Nunca ſe entenda derogada nenhuma dellas, nem a tal clauſula geral obre effeito algum contra a diſpoſiçaõ de qualquer Ordenaçaõ noſſa, ſalvo ſe della por nos for feita eſpecial derogaçaõ, fazendo ſummaria mençaõ da ſubſtancia della; de maneira, que claramente pareça, que ao tempo, que a derogamos, ſomos informado do que nella ſe continha.* Ubi Emmanuel Barboſ. plures refert *in Remiſſion. num.* 2.

75 Idem reſolvit Gonzal. *dict. Gloſſ.* 15. *n.* 37. Sanch. *dict. lib.* 3. *de Matr. diſp.* 26. *num.* 7. Sayr. *in Clavi Regi lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. Menoch. *Conſil.* 204. *num.* 11. quem refert, & ſequitur Gratian. *Forenſ. cap.* 278. *n.* 10. Flores *dict. quæſt.* 10. *n.* 50. Rodrig. *tom.* 1. *Regul. quæſt.* 8. *ante finem*, & *tom.* 3. *quæſt.* 36. *art.* 2. *verſ. Circa quam.* Riccius *in Praxi aurea*, *reſol.* 156. *num.* 1. ibi: *Quando Papa diſpenſat in jure Canonico, vel diſpenſat in Concilio generali, ut eſt in Tridentino, vel in aliis Conciliis generalibus, vel decretis à ſe, vel à Sede Apoſtolica factis in Concilio generali oportet, ut ſpecialiter exprimat ſe derogare tali decreto Concilii, & ita ſe habet praxis,* Et addit ex Covar. ibi: *Diſpenſatio adverſus decreta Concilii, & Canones, ſufficiens non cenſetur, niſi in ſpecie fiat eorum derogatio, &c.* Plures per Barboſ. *in cap. Dilectus filius*, *num.* 4. *de Præbend.* & *in cap. Ex parte*, *num.* 3. *de Capell. Monach.*

Concludit idem Riccius, ubi ſupra, ita judicatum in Rota, cujus deciſiones ſequendæ ſunt, tanquam probabiles opiniones: ex Surd. *Conſil.* 403. *num. ult.* Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 272. Barboſ. *in Votis lib.* 3. *voto* 121. *num.* 10. & *voto* 125. *num.* 37. & Sententia lata contra Deciſionem Rotæ eſt nulla: ex Barboſ. *dict. vot.* 121. *n.* 12. 76

Nec per clauſulam (*non obſtantibus privilegiis*) cenſentur derogata privilegia clauſa in Corpore juris, quin de eis fiat ſpecialis mentio; ut per Emmanuelem Barboſ. *ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 44. *num.* 2. Alter Barboſ. *de Clauſulis*, *clauſ.* 83. *à num.* 1. ubi plures refert, & DD. relatis ſupra *reſol.* 50. *num.* 20. 77

Nec per clauſulam derogatoriam cujuſque conſuetudinis cenſetur derogata immemorabilis, (quæ obſervata fuit in Domo Bragantiæ, nè quis duas, aut plures Commendas habere poſſet) ut pluribus relatis reſolvit Barboſ. *de Clauſulis*, *clauſul.* 87. *num.* 4. & *à num.* 6. ne conſuetudo, ut quis habere poſſit plura Beneficia, aut Commendas, excuſat à peccato mortali, quando cum uno Beneficio, aut Commenda ſufficienti, commodè ſuſtentari valeat: ex Abbate *in Cap. Extirpanda*, §. *Qui verò*, *n.* 36. *de Præbend.* Hojeda *de Incompatibilitate Benef. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. Flamin. *de Reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 119. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 62. *num.* 8. quia hæc conſuetudo eſt contraria juri naturali, Canonico, & eidem rationi, & ideo non excuſat à pœnis æternis, quanvis excuſet à temporalibus: ex Barboſ. *ubi proxime*, & *num.* 9. 78

Ex quibus omnibus convictus manet adverſarius cum ſuo *Valenzuela tom.* 2. *Conſil.* 152. *num.* 37. quem adduxit in confirmationem dictarum clauſularum, nec *Valenzuela* loco citato dicit manere diſpenſatum, ſed ſolum gratiam eſſe validam, 79

id eſt non eſſe ſubreptitiam propter expreſſionem Beneficiorum, aut Commendarum: ex dictis *ſupra à num.* 35.

80 Denique *dict. Antonius* uſque adhuc non exhibuit Chartas dictarum Commendarum prout juſſit Judex Ordinum Militarium: quare propter non exhibitionem in termino ſibi aſſignato ipſis privatus eſt ipſo jure: ex dictis *ſupra n.* 11. & eas occupat per inſtruſionem ſine titulo, etiam attenta forma dictorum Brevium, in quibus omnibus dicitur Pontificem ei gratiam conceſſiſſe, ſicut alias Canonicè conferuntur, & collatio Canonica in his terminis fit per Chartas expeditas per Tribunal *Menſæ Conſcientiæ* ad præſentationem Domini Status Bragantiæ, ut moris eſt, ſine quibus non poterat earum poſſeſſionem obtinere, quia hæ Chartæ ſunt veri tituli Commendarum: ex *Regul.* 1. *de Regul. jur. in* 6. Ordinatio noſtra Regia *lib.* 2. *tit.* 16. ibi: *Se meteo na poſſe ſem ter algum titulo.* Vivian. *de Jure Patronat. lib.* 13. *cap.* 8. *n.* 109. Selva *de Benef. cap.* 1. *quæſt.* 7. *n.* 9. Quare tenetur fructus reſtituere à tempore intruſionis: ex Farinac. 2. *part. deciſ.* 103. *num. ult.* Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 8. *n.* 11. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap. ult. à n.* 140.

81 Nec effugiet ſub illo prætextu, ſe poſtulaſſe tranſumptus præſentationum ex libris regiſtri Status Bragantiæ, & per me fuiſſe impeditum, & hanc fuiſſe cauſam, ob quam titulos non exhibuerat. Convincitur enim ex mea reſponſione oblatâ contra producentem; dixi enim, quod ſi ipſe penes ſe habebat Chartas originales Commendarum, eis uti poſſe, aut ab ipſis auferre tranſumptum; aliàs, ſi juraſſet eas amiſiſſe, tunc ei deferendum.

82 Sed hoc fuit ſubterfugium inane, quia illæ præſentationes poſtulatæ, non erant tituli, ut earum virtute poſſet Commendas poſſidere; per eas enim ſolum acquiſiverat jus ad rem, & ad confirmationem, & inſtitutionem earum impetrandam: ex Flamin. *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 12. Plures per Garc. *de Benef.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 8. & per collationem acquiritur jus in re: ex *Cap. ult. de Conceſſ. Præbend. in* 6. Surd. *Conſil.* 333. *n.* 25. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 3. *Proœm. num.* 28. & *Gloſſ.* 15. §. 1. *num.* 15. & 33. Riccius 2. *part. deciſ.* 41. *à principio.* Covar. 3. *var. cap.* 15. *num.* 1. & per Chartas expeditas per Tribunal *Menſæ Conſcientiæ* virtute dictarum præſentationum (dictæ enim Chartæ ſunt veri tituli Commendarum) expeditur mandatum de immittendo in poſſeſſionem. Ita practicatur, & obſervatur.

Ex quibus omnibus, & ſingulis Chartæ impeditæ, non obſtante dicta exceptione adverſarii, tranſire debebant per Chancellariam.

His rationibus fuerunt acta Judici concluſa, qu i protulit Sententiam ſequentem.

Sententia Judicis Ordinum Militarium.

Viſtos eſtes Autos, petiçaõ, que fez o Procurador do Eſtado de Bragança fol. 2. do Appenſo A. pedindo foſſe notificado o R. Frey Antonio Cabide para exhibir os titulos das Commendas de Saõ Pedro de Babè, de Noſſa Senhora da Aſſumpçaõ, de Santa Leucadia de Moreiras, e de Saõ Salvador de Elvas, que o R. tem, e poſſue do meſmo Eſtado, e como pelos naõ exhibir dentro do termo, que ſe lhe aſſinou, ſe mandou fazer ſequeſtro nellas pelo deſpacho fol. 13. verſ. e ao paſſarem pela Chancellaria as Cartas de ſequeſtro as embargar o R. com os embargos, que correm neſtes Autos a fol. 7. os

Digitized by Google

os quaes por ſua materia, e documentos, que ſe apreſentàrão, lhe recebi fol. 107. e o Procurador do Eſtado os não contrariou, e o que mais ſe apreſentou, e allegou de huma, e outra parte. Moſtra-ſe poſſuir o R. as Commendas de S. Pedro de Babè, e de Noſſa Senhora da Aſſumpção pelas Cartas, e Alvarás, cujas copias ſe offerecem a fol. 55. e ter as diſpenſaçoens neceſſarias; e ainda que pelo Alvarà copiado fol. 15. de 29. de Agoſto de 1646. ſe prohibiſſe, que nenhuma peſſoa podeſſe ter Commenda do meſmo Eſtado ſem fazer deixação da que jà tiveſſe, com comminação de perder humas, e outras; com tudo pelos Alvarás de 9. de Agoſto de 1651. e de 31. de Mayo de 1652. copiados fol. 105. offerecidos por parte do Procurador do meſmo Eſtado, diſpenſou Sua Mageſtade no Alvarà referido fol. 15. e fez mercè ao R. de que ſem embargo delle pudeſſe ter as Commendas de Noſſa Senhora da Aſſumpção, de Santa Leucadia de Moreiras, e de São Salvador de Elvas com as mais, que tinha do meſmo Eſtado; com o que no eſtado preſente não ha lugar de ſe proceder a ſequeſtros nas ditas primeiras duas Commendas; e aſſi neſta parte hey os embargos do Embargante por provados, e revogo o deſpacho fol. 15. verſ. E porèm hey por não provados os ditos embargos, no que toca à Commenda de S. Salvador de Elvas, viſto não moſtrar, nem exhibir o Embargante a Carta deſta Commenda, paſſada na fórma do eſtylo, e Definitorios da Ordem; e mando, que nella ſe faça ſequeſtro em quanto ſe não encartar, viſto ter apreſentação de Sua Mageſtade fol. 61. e dous Alvarás para huma vida mais fol. 62. & 63. e a diſpenſação de Sua Santidade fol. 5. para o poder fazer; e com eſta Sentença hey por deferido a todos os requerimentos, e as razoens offerecidas por embargos, e condemno ao dito Procurador em duas partes das cuſtas deſte incidente do ſequeſtro; e ao embargante Antonio Cabide na terceira parte. Lisboa 21. de Março de 1660. Pedro Gomes da Figueiredo.

Ab hac Sententia ab utraque parte appelletum eſt ad Tribunal Menſæ Conſcientiæ.

RESOLUTIO LXVII.

An poſito Edictum ad proviſionem Beneficii vacantis, juris Patronatûs Regii, vel ſæcularis, ſi appareat præſentatus poſtulans inſtitutionem, & Ordinarius illam deneget, quia apparet oppoſitor, quem admiſit, ſi præſentatus appellet ad Superiorem ob denegationem collationis, & admiſſionem adverſarii, poſſit poſtea recurrere ad Judicium Coronæ per viam violentiæ?

SUMMARIUM.

1 *Forma procedendi in inſtitutionibus Beneficiorum juris Patronatus.*

Ibi. *Edictum eſt proponendum, ut omnes ſua intereſſe putantes compareant.*

Ibi. *Inſtitutio facta ſine Edicto nulla eſt.*

Ibi. *Cauſæ diſcuſſio ſemper debet præcedere, oppoſitore comparente; & in ejus defectu, cum Procuratore Fiſcali.*

2 *Cauſæ diſcuſſio eſt de ſubſtantia, ut conſtet de jure præſentantium.*

Ibi. *Præſentatus non eſt admittendus, ſi probetur jus Patronatus per probationes à jure requiſitas.*

Ibi. *Omnia Beneficia de jure libera præſumuntur.*

3 *Prælatus non committit violentiam, ſi jubeat, quòd Patronus de jure ſuo doceat; & tenetur ex officio pugnare pro libertate Eccleſiæ.*

4 *Idem reſolvit* Lambertinus.

Ibi. *Quilibet extraneus ſe poteſt opponere præſentationi, nè ſequatur inſtitutio.*

5 *Si tempore Edicti oppoſitor com-*

 pareat

pareat ad impediendam inſtitutionem, & præſentet aliquem, allegans ſe eſſe in poſſeſſione præſentandi, eſt admittenda præſentatio, ſed neuter ex præſentatis eſt inſtituendus donec cauſa terminetur.

6 *Appellari poteſt à denegatione collationis.*

Ibi. *Non tamen oppoſitore comparente; ſi verò non appareat, tunc eſt inſtituendus præſentatus à poſſeſſore.*

7 *Exceptiones oppoſitæ ab oppoſitore comparente, poni debent coram Vicario Generali, vel Proviſore, qui inſtitutionem eſt facturus, & debet aſſumere partes Judicis audiendo partes, & aſſignando terminos ad probandum.*

Ibi. *Proceſſus præſentationis, quamvis ſit extrajudicialis, oppoſitore tamen comparente ſit judicialis.*

8 *Si præſentatus appellet ab Ordinario, quia admiſit præſentationem alterius Patroni, quin eum inſtitueret, debet proſequi appellationem, & non poteſt recurrere ad Coronam, ſecundùm Gabrielem Pereira.*

Ibi. *Electâ unâ viâ ad aliam recurri non poteſt, & num. 9.*

10 *Ab actibus negativis, qui conſiſtunt in non faciendo, non datur recurſus ad Coronam, ſed appellatur ad Superiorem.*

11 *Qui ob appellatione deſiſtit poteſt recurrere ad Coronam.*

12 *Sed veriùs utroque medio uti poſſe, cum tendant ad eundem finem defenſionis.*

Ibi. *Nemo uti pluribus defenſionibus prohibetur.*

Ibi. *Uterque gladius mutuò ſibi adjuvat.*

13 *Patronus ſi ſit in poſſeſſione præſentandi, & Ordinarius, nullo contradictore comparente, ejus præſentatum non inſtituat, & jubeat Procuratorem Fiſcalem contradicere, committit violentiam.*

Ibi. *Poteſt etiam appellare ad Superiorem, qui præſentatum inſtituat.*

14 *Ordinarius non committit violentiam, ſi non inſtituat præſentatum, quando oppoſitor comparens allegat ſe eſſe in poſſeſſione præſentandi, ſe offerens in continenti probaturum.*

Ibi. *Debet interim in collatione ſuperſedere uſque ad finem cauſæ.*

Ibi. *Hoc caſu uterque litigans ſuam intendit defendere poſſeſſionem.*

15 *Si præſentatus Coronæ compareat, & petat tempus ad docendum de jure ſuo, tenetur Ordinarius ſuperſedere, & eum audire, & competentem terminum aſſignare; aliàs poteſt recurrere ad Coronam, ubi providentur, & ita judicatum.*

16 *Judex debet partes audire, & admittere ad probandum ſuæ juſtitiæ fundamenta.*

Ibi. *Probationum facultas ampliatur, & non reſtringitur.*

17 *Iniquum eſt præcludere viam nè aperiatur veritas, quæ probationibus pateſit.*

18 *Probatio eſt anima proceſſus, & jus encomia.*

19 *Judices, qui non admittunt partes ad probandum ſuæ intentionis fundamentum, gravamen inferunt.*

20 *Sententia Coronæ.*

Textus *in cap. ultim. de Elect. in 6.* 1
præſtat formam procedendi in inſtitutionibus Beneficiorum juris Patronatus, & diſponit vocandos eſſe nominatim Patronos ſi ſunt certi, & per Edictum publicum, ſi ſint incerti, aſſignando terminum peremptorium, ut intra illum omnes ſua intereſſe putantes compareant, & ſi appareat oppoſitor, vel contradictor, debet Ordinarius eum audire, & procedere cum cauſæ cognitione ante inſtitutionem adverſarii; aliàs inſtitutio eſt ipſo jure nulla, ibi: *Præſenti Conſtitutione ſancimus, confirmationes tales viribus omninò carere, ipſaſque decernimus irritas,*

tas, *inanes*; ita plures per Garcia *de Benef. p. 9. cap. 4. à princip.* Marius Antonin. *lib. 2. Var. reſol.* 108. *n.* 40. 44. *&* 45. Lambert. *de Jur. Patron.* 2. *p. lib. 2. q. 6. principal. art.* 24. *& art.* 12. *n.* 1. *& art.* 28. *n.* 1. *&* 2. ubi *n.* 3. *&* 4. reſolvit ſemper debere præcedere cauſæ diſcuſionem, vel cum oppoſitore quando interveniat, vel in ejus defectu cum Procuratore Fiſcali: ex Seraphin. *deciſ.* 1395. *n.* 7. *verſ. Nec fuit citatus.* Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 127. & faciunt ſupra dicta *Reſol.* 6. *num.* 9.

2 Hæc enim diſcuſio, ut inquit Lambertin. *prox. n.* 4. eſt de ſubſtantia, ut conſtet de jure præſentantium, & 2. *part. lib. 2. q. 8. principal. art.* 11. *n.* 1. *&* 2. ſi enim non probetur jus Patronatus per probationes à jure requiſitas: ex Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* (de quibus Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *à n.* 20.) non eſt admittendus præſentatus, quia de jure communi, omnia Beneficia libera præſumuntur, *Cap. Omnes Baſilicæ, diſt.* 96. *cap. Regenda* 10. *q.* 1. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 7. *n.* 25. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 1. *n.* 2.

3 Quare Gabriel Per. *d. cap.* 7. *n.* 25. dicit Prælatum non committere gravamen, nec violentiam, ſi jubeat, ut Patronus de jure ſuo doceat, quia tenetur ex officio pugnare pro libertate Eccleſiæ, nec pati, ut in ſervitutem redigantur, eſt enim jus Patronatus quædam ſervitus: ex dictis *Reſolut.* ::: *n.* ::: niſi quando legitimè probetur per modos à jure requiſitos. Addit idem *Pereira*, quod quanvis Patroni certi ſint; nihilominus, ſi Prælatus velit Edicta figere ad valvas Eccleſiæ, nullum gravamen, nec injuriam irrogat Patrono.

4 Idem reſolvit Lambertin. *de Jur. Patron. lib. 2. quæſt. 6. principal.* 2. *p. art.* 13. *n.* 1. ubi dicit, quod ex eo poni debet Edictum, quia quanvis Patronus certus eſſet in poſſeſſione præſentandi, poterat aliquis medio tempore invenire novum jus ad contradicendum poſſeſſori, vel quia poterat amittere jus Patronatus per unum ex capitibus, de quibus Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 254. Et poterat in his terminis, quilibet extraneus ſe opponere præſentationi, nè ſequeretur inſtitutio. Ita Lambert. *dict.* 2. *p. lib.* 2. *q.* 9. *art.* 9. ibi: *Dubium eſt, an admittatur qualiſcunque extraneus ad opponendum contra præſentationem pro impedienda poſſeſſione? Et nulli dubium eſt, quod ſit.*

Ex quo infertur, quòd, ſi medio tempore Edicti compareat oppoſitor, vel contradictor, ſe opponens contra jus Patronatus, & collationem adverſarii, & pro ſua parte præſentet, tanquam Patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi, tunc eſt admittendus: ex Lambert. *dict.* 2. *part. lib.* 2. *q.* 9. *principal. in principio*, ſed neuter ex præſentatis eſt inſtituendus (quanvis uterque ex Patronis dicat ſe poſſidere) quin prius cauſa inter eos decidatur: ex Gloſſ. *verb. Vel antequam*, *in Cap. Ex literis*, *de jur. Patron.* ibi: *Poterit præſentare lite mota, non tamen debet præſentatus inſtitui pendente controverſia.* Lambert. *de Jure Patronat. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 3. *principal. art.* 4. *n.* 5. *fol. mihi* 18. *column.* 4. *in fine*, ibi: *Quintus caſus eſt, quando poſſeſſor eſt in bona fide, & antequam ſibi moveatur lis, etiam ſuper poſſeſſione, præſentat, & alter compareat, & dicat ſe poſſidere; vel motâ lite ſuper poſſeſſione præſentat, & alter compareat, & dicat ſe poſſidere, vel mota lite ſuper poſſeſſione præſentat; & tunc, licet aliqui dicant eum non poſſe præſentare, quia quilibet tuendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione; tamen verior eſt opinio Innocentii, & Abbatis, quod ambo poſſunt præſentare, quia quilibet tuendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione, ut ſupra dictum eſt: ſed præſentatio ſimpliciter admitti* 5

admitti debet, *& inſtitutio retardari uſque ad finem litis.* Plures per Lancelot. *de Attentatis 2. p. cap. 4. in Præfact. à n.* 648. Themud. 3. *p. deciſ.* 302. *n.* 19. *&* 21. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 273.

6 Et quanvis ex denegatione collationis poſſit appellari, ut pluribus relatis DD. & deciſſionibus reſolvit Garc. *de Benef. p.* 10. *cap.* 4. *n. ultim.* tamen contradictore comparente appellari nequit, ut ex aliis quos refert, reſolvit Themud. *dict. deciſ.* 302. *n.* 19. ſecùs ſi compareat contradictor, nec aliquod Canonicum impedimentum impediat inſtitutionem, & collationem; tunc enim eſt præſentatus inſtituendus: ex Lambert. *d.* 2. *p. lib.* 2. *q.* 9. *principal. art.* 15. *in fine*; aliàs poterit licitè appellare à retardatione collationis: ex Garc. *de Benef. p.* 10. *cap.* 4. *num. ult.* ubi plures refert, Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *n.* 167. Themud. *d. deciſ.* 302. *n.* 2. Salgad. *ſupr.*

7 Exceptiones oppoſitæ à contradictore comparente poni debent coram Vicario Generali, vel Proviſore, qui debet inſtruere: ex Lambert. *d.* 2. *p. lib.* 2. *q.* 8. *principal. art.* 12. *n.* 3. qui debet aſſumere partes Judicis: ex Lambert. *ubi prox. q.* 9. *principal. in princip. n.* 1. aſſignando terminos partibus: ex Lambert. *ubi prox. q.* 10. *principal. art.* 1. *&* 2. quanvis enim proceſſus præſentationis ſit extrajudicialis: Lambert. *d. q.* 8. *principal. art.* 9. *in principio*, attamen oppoſitore comparente ſit judicialis: Lambertin. *proxim. art.* 12.

8 Si verò præſentatus appellet, ex eo quia Ordinarius admiſit præſentationem alterius Patroni oppoſitoris, quin ipſum inſtitueret, tunc debet proſequi appellationem coram ſuperiore Eccleſiaſtico, & non poterit poſtea recurrere ad *Coronam* pro eodem gravamine, ſecundùm Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 27. *n.* 40. *verſ. Unde ſicut*, ibi: *Si tamen prius appellaverit, non videtur, quòd admitti poſſit ſupplicatio ad Regem, quia unâ viâ appellationis electâ, altera ſupplicationis non videtur permiſſa*: ex *L. Si mulier*, §. *ult. in fin. ff. de eo quod metûs cauſa, via, quam elegit, ſibi pateat.* Ordinatio noſtra Regia *lib.* 2. *tit.* 9. §. 3. Surd. *Conſil.* 377. *n.* 3.

Primò: quia electa una via per litigantem ad aliam non debet admitti: 9
Surd. *ubi prox.* Gratian. *deciſ.* 11. *n.* 11. Valaſc. *Conſult.* 88. *à n.* 7. *L. Si mulier*, §. *ult. ff. de eo, quod metus cauſa.*

Secundò: quia ab actibus negati- 10
vis, qui conſiſtunt in non faciendo (v. g. pro non executione Sententiæ, quia Judex recepit appellationem, & ſimilia) non datur recurſus ad Coronam; in hoc enim caſu non datur violentia, ſed injuſtitia: ex Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 22. *n.* 28. Cevalh. *Commun. q.* 897. *à n.* 899. Salg. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 8. *à n.* 52. quo in caſu appellare debet ad Superiorem, & non ſupplicare ad Coronam: ex Lambertin. *dict. lib.* 2. *q.* 8. *principal. art.* 10. *n.* 1. *& art.* 11. *n.* 1. *&* 2. Plures per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *n.* 167. Salgad. *ubi ſupr.*

Addit tamen Pereira *ubi ſup. n.* 40. 11
in fine, quòd ſi appellans ab appellatione deſiſtat, tunc poterit recurrere ad Coronam; datâ enim deſiſtentia, manet ac ſi appellatum non eſſet, idem reſolvit S. yr. *in Theſauro caſuum conſcient. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 6. relatus per Salg. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 359. *cum ſequentib.*

Sed meritò reprobatur ab eodem 12
Salgad. *ubi prox.* qui affirmat utroque medio uti poſſe, & appellationis, & recurſus, cum talia remedia non ſint inter ſe contraria, immò tendant in eundem finem defenſionis, & attento jure nemo uti pluribus defenſionibus prohibetur: *L. Nemo, ff. de Except. Regul. Nullus, de Regul. jur. in* 6. Ergo oppreſſus non eſt culpandus, ſi duobus, vel utiliori, vel faciliori ex his remediis utatur, prout reſolvit idem Salgad. *d. cap.* 1. *à n.* 359. & ſic utro-

Digitized by Google

utroque gladio pro ſuæ defenſionis, & oppreſſionis remedio adjuvari; ex *cap. Dilecto, in fin. de Sent. excomm. in* 6. Salgad. *proxim. n.* 363. & ſic judicandum eſt contra *Sayrum*, & *Gabrielem Pereira* ſupra relatos, & confirmatur ex Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 62. & ex Cevalh. *de Cognit. per viam violent. in Proœm. cap.* 12. *à n.* 32.

13 Si tamen Patronus ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, & habeat pro ſe ultimum Eccleſiæ ſtatum: ex *Cap. Conſultationibus, de Jur. Patr.* & Ordinarius nullo contradictore comparente, eum nolit inſtituere, & jubeat Procuratorem Fiſcalem contradicere; tunc committit violentiam, pro qua patet recurſus ad Coronam, quia in effectu à jure ſuo deturbatur: ex Gabr. Pereir. *dict. cap.* 7. *num.* 25. *poſt medium*: poterit etiam appellare ad Superiorem Eccleſiaſticum, qui præſentatum inſtituet: ex Themud. *d. deciſ.* 302. *n.* 2. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 167.

14 Oppoſitore verò comparente, & allegante ſe habere ultimum Eccleſiæ ſtatum, & ſe offerente ad probandum in continenti, non debet Ordinarius inſtituere præſentatum, nec illi facit violentiam; immò eam committeret, ſi alteri conferret Beneficium oppoſitore inaudito; ut reſolvit Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 7. *à num.* 56. & ideo in his terminis debet ſuperſedere uſque ad cauſæ deciſionem, ex *dictis ſupra num.* 5. quia in his terminis uterque litigans ſuam poſſeſſionem defendere intendit, ut in ſimili tradit judicatum: Gabriel Pereir. *de Man. Reg. cap.* 8. *num.* 6. *verſ. Verum in Senatu.*

15 Si verò præſentatus Coronæ, vel Donatariorum ejus intra terminum Edicti compareat, & petat tempus ad docendum de jure ſuo, tenetur Ordinarius ſuperſedere, & eum audire, & ei competentem terminum aſſignare ad probandum; prout refertur judicatum *infra num.* 20.

Judex enim debet partes audire: ex *Cap. Nullum ante, cap. Judicantem.* 30. *quæſt.* 5. *Clement. Paſtoralis, de Re judicat.* Plures per Gail *lib.* 1. *de Pace public. cap.* 5. *num.* 4. & admittere allegationes ad probandum de ſua juſtitia, non enim ſufficit allegare, ſed probare: ex *L.* 1. *&* 2. *ff. de Probat.* Surd. *deciſ.* 81. *num.* 6. *& deciſ.* 145 *num.* 7. competentem terminum aſſignando, vel à jure ſtatutum, quia probationum facultas ampliatur, & non reſtringitur: ex *L. Current, ff. de Teſtibus, L. Nè quid, §. de his, ff. de Incend. ruin. naufrag. L. Quoniam, Cod. de Hæret.* Surd. *deciſ.* 153. *num. ult. & lib.* 2. *deciſ.* 331. *num.* 4. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. Gutier. *Pract. lib.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 26. Gratian. *Forenſ. cap.* 384. *num.* 30. Valaſc. *de Jur. Emphyt. quæſt.* 7. *n.* 18. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 462. *num.* 1. 16

Aliàs iniquum eſſet præcludere viam, nè aperiatur veritas, quæ probationibus pateſit: ex *L. Nè quid, §. de his, ff. de Incendio,* Soccin. *in cap. Fraternitatis, num.* 8. *in princip. de Teſtib.* Marſil. *in L.* 1. *§. ult. num.* 9. *ff. de Quæſt.* quos refert, & ſequitur Surd. *dict. deciſ.* 153. *num. ultim.* 17

Probatio enim dicitur anima proceſſus. Hæc cæcis in foro verſantibus conſpectum reſtituit, hæc judici viam facilem, lenem, & apertam ad judicandum præmunit; hæc oppreſſis fert opem; hæc cavilationes, vanaque ſophiſmata, vt Sol tenebras expellit, conciliat; hæc rixas dirimit, & contentiones; hæc efficit, ut dominia rerum diſtinguantur; hæc denique in cauſa eſt, ut unicuique, quod ſuum eſt, tribuatur. Ita Maſcard. *de Probat. q.* 1. *num.* 13. 18

Quare Judices, qui non admittunt partes ad probandum ſuæ intentionis fundamentum, gravamen infe- 19

Digitized by Google

inferunt, & dicuntur verſari in dolo, ſive contentio ſit in poſſeſſione, ſive in proprietate ; in omni enim judicio requiritur probatio, ſine qua, nec etiam Summus Pontifex poteſt judicare; quia eſt contra jus naturale, vel gentium, & erradicare naturalem juſtitiam, & poteſt in his terminis pars legitimè appellare; ut omnia ſupra dicta reſolvit pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg. 2. part. cap. 1. à num.* 130. & poteſt etiam ad Coronam ſupplicare, ſi Judex ad ulteriora procedat denegando ſibi media legitima ſuæ defenſionis, & ibi providetur.

20 Ita in terminis judicatum eſt in Judicio Coronæ in favorem *Petri Velho Barreto* præſentati per Monaſterium de *Lorvaõ* in Eccleſia de *Serpins*, contra Capitulum *Conimbricenſe*; prout conſtat ex Sententia Coronæ, de qua ſupra *reſol. 40. num.* 13.

RESOLUTIO LXVIII.

An litigantibus duobus ſuper Beneficio juris Patronatus, ſi pro bono pacis compromittantur in judicibus cauſæ, omnia in eorum arbitrium conferentes, poſſint arbitrari uni Beneficium, & alteri certam penſionem reſervare? Et an teneatur titularis ad ſolutionem penſionis, quin Literæ Apoſtolicæ ſuper dicta reſervatione impetrentur?

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus Ulyſſipponenſis* D. Joannes de Soalhães, *creavit Capellam ex ſuis bonis, & ei univit Canonicatum authoritate Apoſtolica anno* 1343.

2 *Vacante hoc Canonicatu, & Capella, varii fuerunt præſentati.*

3 *Sequeſter adminiſtrator bonorum maioratus, cui annexum eſt Patronatus præſentat.*

4 *Fructus Patronatus eſt præſentatio.*

5 *A Sententia lata in favorem* D. Ludovici da Gama *appellavit* Petrus de Tavora, *& alii.*

6 *Terminus Compromiſſi inter* D. Ludovicum da Gama, *&* Pe- de Tavora.

7 *Sententia Judicum arbitrorum.*

9 *Textus in* Cap. Niſi eſſent, de Præbendis, *refertur.*

10 *Sententiam extraxit à proceſſu* Petrus de Tavora, *& illius virtute fuit inſtitutus, & immiſſus in poſſeſſionem Canonicatus.*

11 *Monitorium expeditur à Vicario generali Ulyſſipponenſi, ut* Petrus *penſionem ſolvat* Ludovico *reſervatam per Sententiam.*

12 *Reſervatio penſionis pertinet ad Sedem Apoſtolicam, & pendet à voluntate Pontificis.*

Ibi. *Bullæ requiruntur ad ejus ſolutionem, & num.* 15.

Ibi. *Penſio à ſolo Pontifice reſervatur.*

13 *Executor non poteſt procedere per tranſumptum.*

14 *Confirmatio Pontificis debet præcedere, ut valeat penſio per arbitros reſervata.*

15 *Judices reſervarunt penſionem ſub beneplacito Apoſtolico.*

16 Domn. Ludovicus *per decennium penſionem non poſtulavit.*

Ibi. *Poſſeſſio amittitur per decennium.*

17 *Patroni conſenſus requiritur, ut conſtituatur penſio in Beneficiis juris Patronatus ſæcularis.*

18 *Juramenti relaxatio non fit, niſi citatâ, & auditâ parte, & n.* 79.

19 *Juramentum obſervatur, quando ex obſervantia non reſultat diſpendium ſalutis æternæ, & n.* 24.

20 *Juramentum factum in Judicio ſuperiori, non poteſt relaxari per inferiorem.*

Ibi. *Judices delegati ſuas exequuntur Sententias intra annum.*

Ibi.

Ibi. Non tamen arbitri, & n. 49.
21 Ex Compromiſſo jurato datur actio ad Sententiam exequendam in utroque foro.
Ibi. Obligat præciſé ad factum.
22 Si fiat in caſu licito, & à jure non reprobato.
Ibi. Et ratione juramenti habet executionem paratam.
23 Ille dicitur contravenire, qui facit contra pactum.
Ibi. Plures ſunt caſus, in quibus reſervatur penſio, ſine authoritate Pontificis.
27 Epiſcopus pro bono pacis, & ex juſta cauſa, poteſt reſervare penſiones, dummodo non excedant vitam titularis.
Ibi. Compromiſſum ad ſucceſſores non tranſit, nec ad hæredes, & n. 63.
28 Epiſcopus in ſua Dœceſi tantam habet poteſtatem, quantam Pontifex in toto Orbe, exceptis caſibus à jure prohibitis, & Summo Pontifici expreſſé reſervatis.
29 Nullibi reperitur cautum reſervationem penſionis ſoli Pontifici privativè competere.
30 Legatus ex juſta cauſa poteſt penſiones reſervare in ſua Provincia.
31 Judices delegati, & arbitri pro bono pacis poſſunt etiam reſervare penſiones, quando litigantes omnia conferunt in ſuum arbitrium.
Ibi. Hæc reſervatio dicitur potius cenſus, quàm penſio.
32 Reſpondetur objectionibus.
33 In poſſeſſoriis non eſt neceſſe titulum exhibere.
34 Petrus virtute Sententiæ fuit inſtitutus, & immiſſus in poſſeſſionem, & Ludovicus per eandem Sententiam conſtitutus in poſſeſſione penſionis.
35 Poſſeſſio datâ authoritate Judicis juſta eſt, & poſſidens eſt manutenendus.
36 Juſtificatio tituli, & boni juris poſſidentis non requiritur, ut manuteneatur, nec docere, quo titulo rem poſſideat, nec probare titulum, nec cauſam poſſidendi.
37 Ad manutentionem ſufficit nuda detentio, & ſola facti inſiſtentia.
38 In judicio poſſeſſorio non admittitur exceptio nullitatis tituli, & rejicitur ad proprietatem.
39 Tranſumptum Sententiæ expeditum per eundem Notarium actorum eadem vim habet, quàm originalis.
Ibi. Sententiæ tenor, ſi probetur per teſtes peritos, & fide dignos, citatis partibus habet executionem paratam, ſi originalis amittatur.
40 In proceſſu exhibita fuit Sententia originalis, & tranſumptum authenticum expeditum fuit per eundem Notarium actorum.
42 Tranſumpto ex tranſumpto non creditur, nec quando tranſcribitur à diverſo Notario ſine partis citatione, nec quando originale non apparet, nec quando apparens non comcordat.
43 In judiciis quaſi contrahitur, nec partes ad imparia judicantur.
44 Æquitas, & ratio paria jura deſiderat.
45 Diſpoſitio plura determinans æquè terminatur.
46 Sententia lata contra unum ex correis, omnibus nocet, & exequitur contra illos in cauſa communi.
Ibi. Lata in favorem unius ex Sociis, prodeſt alteri.
47 Appellatio, cum ſit res communis, prodeſt non appellanti.
49 Seutentia exequi poteſt per quemcunque Judicem habentem juriſdictionem ordinariam.
51 Verbum (Toleramus) inducit approbationem, & conſenſum.
52 Judicandum de ſimilibus ad ſimilia.
53 Fruſtrà precibus impetratur, quod à jure eſt conceſſum, & permiſſum.
Ibi. Actus fruſtratorius evitatur.
54 Caſus relatus per Garciam eſt longè diverſus à noſtro caſu, & num. 55.
56 Intellectus ad Gloſſam, verbo,

Ex juſſione, in dict. Cap. Niſi eſſent, & num. 57.

58 Judices declararunt literas confirmationis impetrandas, ſi neceſſariæ forent.

59 Eadem res non poteſt diverſo jure cenſeri, quando eadem militat ratio.

60 Ludovicus conatus fuit Bullas impetrare, ut in ſua vita penſio ſolveretur.

61 Penſionem non petens per decennium videtur eam abjicere.

Ibi. Hoc tamen ſi per alium acceptetur, & non per titularem.

Ibi. Res ſua nemini inſervire poteſt.

62 Sententia exequi poteſt uſque ad 30. annos.

63 Compromiſſum comprehendit perſonas in eo expreſſas, & non tranſit ad ſucceſſores.

64 Petrus inſtitutus fuit in Canonicatu virtute Sententiæ.

65 Penſio fuit reſervata in vita Petri, & eo mortuo ceſſat.

66 Sententia Vicarii Generalis executoris Sententiæ arbitrorum.

67 Ab ea Petrus appellavit.

68 Appellationem rejecit executor.

69 Gravamen intrepoſuit Petrus ad Coronam, ubi ei delatum non fuit.

70 Exceptionem oppoſuit Ludovicus Reſcripto Apoſtolico.

71 In ſupplica narrari debent omnes qualitates, quibus expreſſis vel Pontifex non concederet, vel difficilius.

72 In ſupplica fieri debet mentio de progreſſu negotii.

73 Reſcriptum nullum non vigoratur per clauſulam de motu proprio, nec de plenitudine poteſtatis.

74 Illæ clauſulæ non ſupplent vitium ſubreptionis.

75 Pontificis mens, & intentio extenditur tantum ad ea, quæ in jure conſiſtunt, & in facto enarrato.

76 Papa non intendit præjudicare juri tertio acquiſito per Sententiam.

77 Nec Compromiſſo jurato, de quo non habet notitiam, nec in juramento facto in favorem hominis ſine cauſa, num. 78.

79 Nec juramentum relaxat parte inaudita, & non citata, & ſic obſervatur in ſignatura.

Ibi. Nemo auditur contra Compromiſſum juratum, quin præcedat relaxatio, quanvis pars in illo graviter læſa ſit.

Ibi. Relaxatio ſemper eſt petenda, quanvis Compromiſſum ſit injuſtum, & iniquum.

80 Sententia Vicarii Generalis ſuper impedimentis contra inhibitoriam primi Judicis Apoſtolici.

81 Sententia Vicarii Generalis Eborenſis, Judicis Apoſtolici, ſuper eiſdem impedimentis.

82 Ab hac Sententia dictus Petrus iterum appellavit, & ei delatum non fuit, nec fuit proviſus in Judicio Coronæ, ad quod gravamen interpoſuit.

Ibi. Vicarius Generalis Ulyſſipponenſis Sententiæ executor, auxilium brachii ſæcularis imploravit ad Sententiam exequendam.

83 Sententia auxilii brachii ſæcularis.

84 Secundo Reſcripto impetrato per Petrum, oppoſuit Ludovicus eaſdem nullitates obreptionis, & ſubreptionis quibus primum laborabat.

85 Sententia Judicis Apoſtolici in tertia inſtantia, in qua exceptiones habuit pro probatis.

86 Ab hac Sententia iterum appellavit Petrus in quarta inſtantia, & impetrato tertio Reſcripto, & expedita inhibitoria, illius virtute, contra utrunque dict. Ludovicus exceptionem nullitatis obreptionis, & ſubreptionis oppoſuit.

87 Sententia Judicis Apoſtolici in quarta inſtantia.

88 In Reſcripto eſt facienda mentio de Sententia, quæ tranſivit in rem judicatam.

89 Juriſdictio delegati eſt acceſſoria, & depen-

dependens à validitate reſcripti.

90 *Sententia lata contra primam, quæ tranſivit in rem judicatam, nulla eſt.*

91 *Juramentum relaxari nequit, nec etiam quo ad effectum agendi, quando emittitur ſuper actum validum, licitum, & à jure approbatum.*

92 *Compromiſſum juratum obligat de jure Divino.*

93 *Non relaxatur, nec etiam per Pontificem, ſine juſta cauſa.*

Ibi. *Habet vim ſpecialis mentionis, nec comprehenditur in diſpoſitione, & clauſulis generalibus.*

94 Faquineus *reſolvit pro obſervatione juramenti.*

Ibi. *Facit valere actum meliori modo quod poteſt.*

Ibi. *Si ſine cauſa relaxetur, manebit illuſorium.*

Ibi. *Cauſæ cognitio ſemper debet præcedere relaxationem.*

95 *Juramentum non relaxatur, quando præcedente juſtificatione non conſtat de iniquitate, dolo, læſione, & fraude contractus juramento firmati.*

96 Si *conſtet, tunc præcedente cognitione relaxatur, citata parte, aliàs relaxatio nulla eſt.*

97 *Juramentum in caſu præſenti fuit emiſſum in caſu licito, & jure approbato.*

98 *Penſio reſervata per Epiſcopum, & Judices Compromiſſarios pro bono pacis, non indiget literis Apoſtolicis, ut ſolvatur, & n.* 99. *&* 100.

99 *Penſio hæc debet habere initium ab authoritate Superioris, & juſſione judicum, n.* 98.

101 *Titulorum multiplicatio eſt vitanda.*

102 *Judex prius debet cognoſcere de exceptione præjudiciali, & poſtea de cauſa principali.*

Ibi. *Si de utraque ſimul cognoſcat, pervertitur ordo judicialis, & proceſſus nullus eſt.*

103 *Sententia contra ſtylum nulla eſt.*

104 *Appellatio ſolum devolvit in re appellata.*

Ibi. *Judex omiſſo articulo gravaminis ſe non poteſt intromittere in cauſa diverſa.*

105 *In appellatione ab interlocutoria ſpecificandæ ſunt cauſæ gravaminis; aliàs cauſa remittitur Judici à quo.*

106 *Judex delegatus, qui nulliter protulit Sententiam, poteſt iterum judicare.*

107 *Exceptione nullitatis pendente, non currit decennium ad appellandum.*

108 *Articuli, ut dicantur de materia nova, ſufficit quælibet nova cauſa, & circunſtantia.*

109 *Exceptio opponi poteſt in Cancellaria, & in executione contra Sententiam, quando ejus fundamenta ceſſant.*

110 *Sententiæ, ut dicantur conformes, ſufficit quod concordent in qualitate, & ſubſtantia.*

Ibi. *Sunt conformes, quæ tendunt ad eundem finem, & effectum, quanvis in cauſa principali non conveniant.*

Ibi. *Ad conformitatem ſufficit identitas rei, cauſæ, & perſonarum.*

111 *Judex delegatus, exceptionem non recepit, nec appellationem, quare ſupplicatum eſt à Judice ad Coronam.*

112 *Sententia Coronæ.*

HÆc quæſtio contigit de facto inter Archidiaconum tertiæ Cathedræ Ulyſſipponenſis Diœceſis, *D. Ludovicum da Gama*, & *Petrum de Tavora & Tavares*, qui cum aliis oppoſitoribus litigaverunt ſuper Capella S. Sebaſtiani, quam inſtituerat Epiſcopus Ulyſſiponenſis *D. Joannes de Soalhães*, ex ſuis bonis, quorum dominus erat, & ei authoritate Apoſtolica annexavit Canonicatum anno 1343. cum facultate, ut ſucceſſor in dictis terris, & bonis præ- 1

ſentaret perſonam de ſuo genere per Ordinarium confirmandam, quoties Canonicatus, & Capella vacare contigiſſet.

2 Vacante Domo de *Soalhães*, & *Mafra*, quia ultimus poſſeſſor deceſſit ſine filiis, & deſcendentibus, vacavit etiam Canonicatus, & Capella per mortem *Chriſtophori de Tavora & Tavares*, ultimi poſſeſſoris; & concurrentibus pluribus oppoſitoribus ad earundem domorum ſucceſſionem, diverſas perſonas ex familia, & generatione fundatoris, præſentarunt, inter quas mota fuit controverſia, de qua Themud. 2. *part. deciſ.* 195. per totam. Et tandem pro dicto *Ludovico* lata fuit Sententia, quam tranſcripſit Themud. *dict. deciſ.* 195. *num. num.* 130. ex eo, quia fuit præſentatus per *Emmanuelem Fernandes Touregam*, qui de conſenſu oppoſitorum nominatus fuit per Regem ſequeſtrarium, & adminiſtratorem bonorum vacantium.

3 Sequeſter enim, & adminiſtrator bonorum maioratus, cui annexum eſt jus Patronatus, poteſt præſentare: ex *text. in cap. Ex literis, de Jur. Patronat.* ubi Barboſ. *num.* 8. Campanil. *in diverſor. jur. Can. Rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 360. Riccius *part.* 1. *deciſ.* 11. *num.* 1. & 3. & *deciſ.* 23. *n.* 1. Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 6. *n.* 1. ubi plures refert cum ſequentibus, Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 71. *num.* 39. Vivian. *de Jur. Patr. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 27. & *cap.* 7. *n.* 2. & 4. & *in Prax. jur. Patron. deciſ.* 89. *num.* 7.

4 Vacante enim Beneficio juris Patronatus, durante ſequeſtro, & adminiſtratione, adminiſtratori competit præſentatio, tanquam fructus Patronatus: ex DD. ſupra. Azor *Moral.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 25. *q.* 17. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 71. *num* 39. & 40. Feliucius, & Reginaldus, quos refert Themud. *dict. deciſ.* 195. *num.* 54. & 85.

5 Ab illa Sententia lata in favorem *Ludovici* apellaverunt oppoſitores ad Legatiam, ſed ſolum *Petrus de Tavora* appellationem ſequutus fuit, & commiſſa cauſa per Collectorem Auditori *Jacobo Bertolano*, & *Doctori Emmanueli Fagundes da Veiga* Senatori Bragantino eximiæ eruditionis viro, tanquam aſſeſſori, & præſtitis jam ex utraque parte rationibus, dicti litigantes de communi conſenſu convenerunt inter ſe pro bono pacis per terminum juratum, & per eos aſſignatum in actis in forma ſequenti.

Terminus Compromiſſi.

Aos 28. dias do mez de Março de 6
1645. annos nas Caſas de minha morada compareceraõ peſſoalmente Pedro de Tavora e Tavares, e o Doutor Luis da Gama, Arcediago da Santa Sé deſta Cidade de Lisboa, e por ambos foy dito à mim Eſcrivaõ, que elles trazem demanda, a qual eſtá em graõ de appellaçaõ deſte Tribunal da Legacia, de que ſaõ Juizes os Muito Reverendos Senhores Auditor della, e o Doutor Manoel Fagundes da Veiga, ſobre a Conezia da meſma Sé, e Igrejas annexas à ella, que vagou por obito de Chriſtovaõ Tavares de Tavora, ultimo, e immediato poſſuidor, o qual Feito eſtá agora concluſo em final em poder dos ditos Senhores Juizes; e por quanto elles partes deſejaõ toda a paz, e concordia entre ſi, ſem demandas, nem duvidas, ſaõ contentes, que os ditos Senhores Juizes (no que toca ao direito delles partes) poſſaõ determinar a dita Cauſa, naõ ſómente como Juizes da dita appellaçaõ, mas tambem como arbitros Compromiſſarios; e para eſte effeito ſe comprometem nelles, e qualquer pacto, e tratado, e convençaõ, ou promeſſa, que haja precedido na materia entre elles partes, por eſte preſente termo a haõ por nulla, e de nenhum vigor, como ſe nunca o houvera, nem ſe tratára; por quanto

to tudo conferem no arbitrio dos ditos Senhores Juizes para arbitrarem o que melhor lhes parecer: e o que por elles for julgado, e arbitrado ſe obrigaõ a guardar, e cumprir inteiramente, ſem appellaçaõ, embargos, nem outro algum recurſo; e aſſim o prometem, e juraõ aos Santos Evangelhos, em que corporalmente puzeraõ ſuas mãos; e de todo o ſobredito pediraõ a mi Eſcrivaõ fizeſſe eſte termo, que aſſinàraõ, requerendo-me, que ſe ajuntaſſe aos Autos, na conformidade do deſpacho, que para iſſo tem do Muito Reverendo Senhor Auditor. Joaõ Baptiſta Santa Cruz o eſcrevi. D. Luis da Gama. Pedro de Tavora de Tavares.

Cum hoc termino redierunt acta iterum concluſa dictis Judicibus, qui Sententiam protulerunt tenoris ſequentis.

Sententia Judicum Compromiſſariorum.

6 *Chriſti nomine invocato. Viſtos eſtes Autos. Moſtra-ſe por elles, que vagando a Conezia deſta Santa Sè com as Igrejas ſuas annexas por falecimento de Chriſtovaõ de Tavora Tavares, ultimo, e immediato poſſuidor della, ferem apreſentados na dita Conezia o Doutor Antaõ de Faria da Sylva, Conego na meſma Sè; D. Luis de Noronha; Nuno da Cunha; D. Carlos de Alencaſtre; Pedro de Tavora Tavares; e o Doutor Dom Luis da Gama, Arcediago da meſma Sè. Moſtra-ſe, que dos ditos apreſentados appellantes, e appellados ſer falecido D. Luis de Noronha, com cuja morte ſe extinguio ſeu direito, e que o Doutor Antaõ de Faria, e Nuno da Cunha naõ ſeguiraõ a appellaçaõ, nem fizeraõ procuraçaõ nos Autos, com o que ficàraõ lançados da cauſa ſem ficarem ſendo partes nella; e que Dom Carlos de Alencaſtre, poſto que fez procuraçaõ, pela qual ſe deu viſta a ſeu Advogado, naõ allegou de novo couſa alguma, que favoreça ſeu direito: pelo que, e pelo mais, que dos Autos conſta, bem julgada foy pelos Reverendos Juizes* à quibus, *em haverem, e declararem por nullas, e invalidas as preſentaçoens feitas a favor do dito Antaõ de Faria da Sylva, Nuno da Cunha, e D. Carlos de Alencaſtre, e por elles foy mal appellado, confirmamos ſua Sentença por ſeus fundamentos, e pelos mais dos Autos; e mandamos, que neſta parte ſe cumpra como nella ſe contém. Moſtra-ſe, que por parte do appellante Pedro de Tavora Tavares ſer preſentado por Dom Joaõ Luis de Vaſconcellos e Menezes, como Senhor, que he das terras, e Morgado de Soalhães, e ſer Clerigo da primeira tonſura, e parente da geraçaõ, e familia, daqual Dom Joaõ de Soalhães, Biſpo que foy deſta Cidade, inſtituidor, e fundador da dita Conezia, ordenou, que foſſem os preſentados nella, e que na dita inſtituiçaõ diſpôs, que os que foſſem ſeus herdeiros, e ſucceſſores nas ditas terras de Soalhães foſſem os Padroeiros, e Governadores perpetuos da Capella, que inſtituio de Saõ Sebaſtiaõ nas Clauſtras da meſma Sè, à qual annexou o Padroado, e direito de preſentar na dita Conezia; e que naõ requereu algum outro requeſito nos apreſentados nella, mais que ſerem Clerigos idoneos, e da dita geraçaõ, e familia, o que tudo concorre no dito preſentado Pedro de Tavora, e no preſentante Dom Joaõ Luis de Vaſconcellos e Menezes, que o apreſentou. Moſtra-ſe por parte do Doutor Dom Luis da Gama, ſer tambem da geraçaõ do Inſtituidor, e Clerigo in Sacris, idoneo, e ſer apreſentado por Manoel Fernandes Touregaõ, que ao tal tempo era* Sequeſter, *e Adminiſtrador do Morgado de Mafra por Proviſaõ de Sua Mageſtade, e Sentenças dadas em ſeu favor, e que à elle, por razaõ do dito officio de* Sequeſter, *pertencia apreſentar na dita Conezia, por ſer o Padroado della*

la annexo á dita Caſa, e Morgado de Mafra; e que neſta poſſe de apreſentarem nos Beneficios de ſeu Padroado eſtavaõ os Sequeſtres, *e Adminiſtradores do dito Morgado: pelos quaes fundamentos, e outros, que dos Autos conſtaõ, foy julgado pelos Reverendos Juizes* à quibus, *por boa, e valida a dita apreſentaçaõ feita no dito Doutor Dom Luis da Gama. O que tudo viſto, e termo, pelo qual o appellante Pedro de Tavora Tavares, e appellado Dom Luis da Gama ſe comprometeraõ em Nós, naõ ſó como Juizes compromiſſarios deſta cauſa, mas tambem como arbitros, prometendo de eſtarem, e naõ contradizerem o que julgaſſemos, e arbitraſſemos. E viſto outro ſy a deſiſtencia de qualquer tratado illicito, e reprovado por direito, que entre elles podeſſe haver precedido na fórma do dito termo, com o mais dos Autos: uſando Nós da faculdade, que o Direito Canonico concede aos Juizes das cauſas Beneficiaes, que pendem entre partes para poderem entre ellas fazer compoſiçaõ* pro bono pacis, *e para ſe evitarem gaſtos, e moleſtias, que das demandas ſe ſeguem, o que neſte caſo deve ter mais lugar, por razaõ da dita Conezia ter Igrejas annexas com Curas de Almas. Havendo reſpeito, e conſideraçaõ ao direito, que ha aſſim por parte do appellante Pedro de Tavora Tavares, como por parte do dito appellado o Doutor D. Luis da Gama, procedendo Nós pela dita via de compoſiçaõ entre elles appellado, e appellante* pro bono pacis, *e ſem intervir pacto, ou convençaõ alguma de ſua parte; julgamos á dita Conezia com as Igrejas annexas ao dito Pedro de Tavora Tavares; e nos frutos certos das ditas Igrejas annexas conſtituimos trezentos mil reis de penſaõ annua, de moeda deſte Reino, a favor do dito Doutor Dom Luis da Gama, em ſua vida, os quaes começarà a vencer do dia, em que o dito Pedro de Tavora Tavares entrar na poſſe da dita Conezia, e Igrejas annexas a ella, a qual fórma de compromiſſo ſe acha em termos diſpoſta pelo Direito Canonico no* Cap. Niſi eſſent, de Præbend. *adjudicando os Juizes a huma das partes o Beneficio, e a outra certa penſaõ nelle: e por quanto fazemos, e ordenamos o ſobredito debaixo do beneplacito de Sua Santidade, e Sè Apoſtolica, aonde as partes pediràõ confirmaçaõ, e Bullas de penſaõ, ſendo neceſſarias; e que dos frutos, e reditos das ditas Igrejas, que outro ſy julgamos ao dito Pedro de Tavora Tavares, dè, e pague logo duzentos mil reis por huma vez ſómente ao dito Doutor Dom Luis da Gama para ajuda da expediçaõ das Bullas da dita penſaõ, e confirmaçaõ, e para ellas ſerá obrigado de lhe dar o conſentimento. E neſta fórma havemos por deferido á appellaçaõ do dito appellante Pedro de Tavora Tavares, e á Sentença dos ditos Juizes* à quibus, *dada á favor do appellado o Doutor D. Luis da Gama, que neſta parte havemos por revogada; e mandamos, que em virtude deſta noſſa Sentença ſeja o appellante Pedro de Tavora Tavares inſtituido, e confirmado na dita Conezia, e metido de poſſe della com ſuas annexas, e com todos os frutos, e rendimentos dellas; e que o appellado Dom Luis da Gama ſeja conſtituido na poſſe de receber a dita penſaõ, ſem para huma, nem outra couſa ſe eſperarem Bullas, e ſeja ſem cuſtas ex cauſa; e aſſim neſta fórma o julgamos, arbitramos, e mandamos. Liſboa,* 28. de 1645. Jacobus Auditor. O Doutor Manoel Fagundes da Veiga.

Sed quia hæc Sententia refertur 8
ad *text. in dict. cap. Niſi eſſent, de Præbend.* ubi ſimilis caſus invenitur; operæ pretium erit illum referre, pro maiori intelligentiâ dicendorum; ſic habet.

Text.

Text. in Cap. Niſi eſſent, 21. de Pærbend.

9 *Niſi eſſent viri providi & honeſti, tam qui ordinationem fecerunt, quàm illi, circa quos eſt facta ordinatio in Eccleſia veſtra ſuper negotio Prioratus, Ordinationem illam valdè ſuſpectam propter exempli perniciem haberemus. Quòd ergo poſt conſertationem diutinam ordinatum eſt circa unum de duobus electis, ut ipſe habeat Prioratum, hoc ex juriſdictione delegata ſecundùm juſtitiam videtur eſſe Statutum: quòd autem ordinatum eſt circa reliquum, ut ipſe viginti libras de reditibus Capituli, & quadraginta de proventibus Prioratus percipiet annuatim: hoc ſecundum providentiam intelligitur eſſe præceptum ex arbitraria poteſtate, cum in delegatos fuerit Compromiſſum, qui authoritatem ſibi retinendo commiſſam, ſe pro bono pacis, & utilitatis hoc ordinaſſe fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus eſt recepta, poſſuntque licite, Prior & Capitulum, de proventibus ſuis propter cauſas prædictas, non quidem ex pactione partium, ſed ex juſſione judicum, proviſionem hujuſmodi exhibere: nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, ut ad præſtationem quadraginta librarum non dignitas Prioratus, ſed perſona Prioris maneat onerata: nè forte circa proventus aliqua videatur facta ſectio Prioratus: ita quòd ipſo Priore defuncto, ſucceſſor ipſius ad præſtationem quadraginta librarum minimè teneatur.*

10 Illam Senteniam extraxit à proceſſu dictus *Petrus de Tavora*, & virtute illius fuit collatus, & inſtitutus in dicto Canonicatu, & annexis, & immiſſus per Capitulum in Canonicatum, & annexarum poſſeſſionem, quin dictus *Ludovicus* aliquam exceptionem, nec appellationem oppoſuiſſet, propter Religionem juramenti, quo roboratum fuit Compromiſſum, de quo ſupra num. 6.

Et quanvis illa penſio temporaliter reſervata fuit dicto *Ludovico* durante vita dicti *Petri*; nihilominus dictus *Ludovicus* eam in perpetuum impetrare voluit à Sede Apoſtolica contra formam textus in d. *Cap. Niſi eſſent*, ad cujus inſtar Judices judicarunt in Sententia; cumque Summus Pontifex (magno decurſu temporis requiſitus) deferre diſtuſſet, dictus *Ludovicus* ſuam penſionem coram Vicario Generali Ulyſſipponenſi exequi pertractavit, qui ad illius inſtantiam Monitorium expedivit contra dictum *Petrum* ad dictam penſionem ſub cenſuris, certo termino, perſolvendam, & intimato monitorio dictus *Petrus* exceptionem oppoſuit. 11

Fundamenta exceptionis dicti *Petri* contra Monitorium.

Primum. Se non teneri ad ſolutionem, quin prius literæ Apoſtolicæ reſervationis dictæ penſionis exhiberentur, quanvis ageretur in poſſeſſorio, ſine quibus exequi non poterat: ex Lotter. *de Re Benef. tom.* 1. *q.* 35. *n.* 20. Cancer. *Var.* 3. *p. cap.* 14. *n.* 48. Poſth. *de Manutent. obſ.* 42. *n.* 33. & 34. Flamin. *de Reſignat. tom.* 2. *lib.* 1. *q.* 1. *num.* 18. 19. & 34. Ex eo, quia arbitri Compromiſſarii eam reſervare non poterant, ſoli enim Sedi Apoſtolicæ hoc conceſſum erat: ex Rota per Farin. *part.* 1. *Recent. deciſ.* 437. *n.* 2. Gigas *de Penſion. q.* 87. *n.* 5. Loter. *de Re Benef. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 18. Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 45. *num.* 3. Barboſ. *de Penſionib. in Proœm. n.* 5. quia pendet à voluntate Pontificis, & non à conſenſu partium: ex Gig. *de Penſionib. q.* 5. *n.* 1. & *q.* 79. *n.* 2. 12

Secundum. Vicarium Generalem non poſſe procedere in executione Sen- 13

Sententiæ, quin extraheretur à proceſſu, & tranſiret per Chancellariam, & non poſſe procedere per tranſumptum illius Sententiæ, quam dict. Petrus deduxerat ex proceſſu ad capiendam poſſeſſionem: ex Covar. *Pract. cap.* 22. *n.* 8. Molin. *de Primog. cap.* 7. *num.* 53. Mendes à Caſtr. *in Prax. lib.* 3. *cap.* 21. Ordinatio noſtra Regia *lib.* 2. *tit.* 39. & ibi Emmanuel Barboſa, Gabriel Pereir. *deciſ.* 65. *n.* 3. *&* 4.

14 Tertium. Quòd ſemper Sententia erat Summo Pontifici referenda, ut confirmaretur, nè aliàs aperiretur via fraudibus, & reſervarentur penſiones ſine authoritate Pontificis, prout factum fuerat in dict. *Cap. Niſi eſſent*, ubi Gloſſ. *verbo*, *Ex juſſione*, dicit, quòd ſi Papa compoſitionem non toleraſſet, authoritas Judicis non ſufficeret, quia de jure hoc facere non poterat; contendens, Pontificis confirmationem ſemper præcedere debere: ex Petro Gregorio *ad Jus Canonicum*, *tit. de Inſtitut. novæ rei Benef. cap.* 29. Boer. *Conſ.* 30. Paul. Roman. *in Tract. de Penſionib. Eccleſiaſt. cap.* 3 *num.* 3. *verſ. Ex illicita.* Ludovic. Gom. *ad Regul. Chancel. in Compend. utriuſque ſignaturæ*, Garc. *de Benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 343.

15 Quartum. Quia ſupra dicti Judices protulerunt Sententiam ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, à qua partes poterant Confirmationes, & Bullas penſionis petere, & ſic eſſe neceſſariò expediendas: ex Garc. *de Benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 343. *verſ. Rurſus cum arbitri*; & ideo *Ludovicus* eas conatus fuit impetrare, quia intelligebat, ſibi eſſe neceſſarias, & *Petrus* ad earum expeditionem etiam præſtitit pecunias, & tamen ei Summus Pontifex non detulit, nec ab eo literas impetravit.

16 Quintum. Quia dictus *Ludovicus* dictam penſionem per decennium non poſtulaverat, & ideo à jure (ſi quod habebat) cecidiſſe, & ſe contra *Ludovicum* præſcripſiſſe: ex Rot. per Farin. *in Recent. p.* 1. *deciſ.* 454. *n.* 3. & apud Poſth. *de Manut. deciſ.* 80. *n.* 8. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 3. *n.* 68. Barboſ. *de Penſionib. q.* 2. *n.* 43. *& in Cap. Cum olim* 3. *n.* 17. *&* 18. *de Reſtit. Spoliator.*

Ultimum. Quòd Patronus non conſenſit in penſione, qui concenſus præcedere debebat; Canonicatus enim erat juris Patronatus ſæcularis: ex Garc. *de Benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 357. & faciunt reſoluta ſupra *Reſolut.* 18. *num.* 3. 17

Contra hanc exceptionem ego nomine dicti *Ludovici* allegavi, *Petrum* non eſſe audiendum, nec admittendum contra formam Compromiſſi juramento firmati, de quo *ſup. n.* 6. quin præcederet illius relaxatio per Summum Pontificem, citato, & audito *Ludovico*; ut per Covar. *Var. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. *&* 6. Gail *lib.* 1. *obſ.* 22. *n.* 3. Marth *de Juriſd.* 2. *part. cap.* 46. *n.* 3. & DD. quos refert Riccius *p.* 1. *deciſ.* 30. *n. ult.* Mendes à Caſtr. *in Prax. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 6. Guido Papa *deciſ.* 225. *per tot. & deciſ.* 140. ubi ita dicit judicatum: Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *commiſſ.* 1. *cap.* 4. *à n.* 1. *& n.* 6. plures refert. 18

Ex eo, quia cum illud Compromiſſum factum eſſet pro bono pacis in caſu licito, & à jure approbato, in dict. *Cap. Niſi eſſent*, non poterat dictus *Petrus* contravenire propter Religionem juramenti, cum ex illius obſervatione non reſultaret detrimentum ſalutis æternæ, nec erat contra jus, nec contra bonos mores: DD. per text. *in Cap. Si verò*, *& in cap. Verò*, *de Jur. Jurand. cap. Cum dilectus*, *cap. Ad aures*, ubi Gloſſa *verbo*, *Niſi fortè*, *de his*, *quæ vi*; *cap. Quamvis pactum*, *de Pact. in* 6. Cardoſ. *in Prax. verb. Juramentum*, *n.* 32. 19

Hæc relaxatio juramenti fieri non poterat per Vicarium Generalem executorem ejuſdem Sententiæ, nec per Capitulum Sede vacante, quia illud Compromiſſum fuit factum in 20

gra-

gradu appellationis coram Judicibus Commiſſariis, qui tanquam delegati, & tanquam arbitri Compromiſſarii, de conſenſu partium illam Sententiam protulerunt, quæ tranſivit in rem judicatam in Judicio ſuperiori Apoſtolico: quare nec Capitulum Sede vacante, nec ejus Vicarius Generalis, tanquam inferiores, poterant dictum juramentum relaxare contra formam Compromiſſi, & Sententiæ, ſive illa conſideretur lata à Judicibus delegatis, qui intra annum poſſunt ſuas exequi Sententias: ex *Cap. Quærenti*, & ibi Gloſſ. *verb. Intra annum, de Offic. deleg.* ſive lata ab ipſis Judicibus, tanquam arbitris Compromiſſariis: ex Cevalh. *Commun. q.* 132. *n.* 14. pluribus relatis Emmanuel Barboſ. *ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 16. §. 2. *num.* 2.

21 Quare dictus *Petrus* non erat audiendus, & præciſè tenebatur ad ſolutionem; ex illo enim Compromiſſo datur actio ad Sententiam exequendam; ita *Gutier.* ubi diſputat quæſtionem 3. *p. de Juram. confirmat. cap.* 14. *n.* 2. *verſ. Sed pro contraria*, & licet *n.* 3. referat aliquos dicentes, quòd in Judicio ſæculari non datur actio ad exequendum, quia de jure Civili reprobatur juramentum in contractibus; attamen *dicto n.* 3. *verſ. His tamen non obſtantibus*, contrarium reſolvit, & actionem executivam procedere in utroque foro, non ſolum ratione juramenti, ſed etiam ratione contractûs juramento firmati, & per tale juramentum, etiam attento jure Civili præciſè teneri ad factum: ex Gloſ. *verb. Neceſſe habes, in L. Si pecuniam, in princip. ff. de Condit. cauſa data.* Plures per Ricc. *in Prax. rerum fori Eccleſ. deciſ.* 296. *n.* 1. & per Mant. *deciſ.* 30. *n.* 6. & etiam attento jure Divino, & Canonico, ex quo oritur actio ratione juramenti: ex dict. *ſup. n.* 19. quod multis comprobat rationibus idem Gutier. ubi ſupra, & reſpondet ad omnia in contrarium adducta.

Quod una, & altera ratione confirmo. Primò; quia iſtud Compromiſſum fuit factum in Judicio Eccleſiaſtico, & inter perſonas Eccleſiaſticas, quarum reſpectu non habet locum Lex Civilis, nec Ordinatio Regia *lib.* 4. *tit.* 73. & in virtute illius juramenti obligatio efficacior exorta fuit ad ſolutionem; ut pluribus relatis reſolvit Riccius *dicta deciſ.* 296. *num.* 2. Secundò; quia illud juramentum, & Compromiſſum factum fuit in caſu licito à jure approbato, & judicatum per perſonas providas, & honeſtas, cum quibus juſtificatur actus: ex Abb. *Cap. Niſi eſſent, à n.* 3. Guilhielm. Benedict. *in Cap. Reinald. verb. Adjectam. n.* 27. *de Teſtament.* & alii per Emmanuel. Barboſ. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 16. §. 3. & ratione juramenti habet executionem paratam: Plures per Riccium *ubi ſupra n.* 4. 22

Contra quod non obſtat *Petri* replicatio quatenus dicit, quòd hîc non erat attendendum juramentum, quia non agebatur de Compromiſſo, nec de viribus Sententiæ, ſed de exhibitione Bullarum. Sed hoc ſubterfugium ex actis convincitur: nihil enim aliud fecit dict. *Petrus*, quàm executionem Sententiæ impedire, in qua expreſſè jubetur, quòd dictus *Petrus* ſit inſtitutus, & immiſſus in poſſeſſionem Canonicatus, & annexarum, & fructuum earundem, & quod dictus *Ludovicus* eſſet etiam conſtitutus in poſſeſſione dictæ penſionis, quin ad dictum effectum ab utraque parte Bullæ Apoſtolicæ expectarentur, & tamen dictus *Petrus* contra formam dictæ Sententiæ inſiſtit in exhibitione Bullarum, ad hoc ut penſionem ſit ſoluturus, quòd eſt contra formam Sententiæ, & Compromiſſi; & attento jure, ille dicitur contravenire, qui facit contra pactum: ex *L. Si quis maior. Cod. de Traſactionibus.* 23

Nec obſtat dicere, quòd juramentum non obligat, quando datur 24

dubium ſuper validitate actus, cui annexum fuit juramentum, nec quando obſervatum vergit in diſpendium ſalutis æternæ, ad quod adverſarius allegavit: *Cap. Adverſus*, *cap. Quanto*, *de Jur. jurand. & cap. Quanvis pactum*, *de Pact. in 6.* quæ jura ſunt contra allegantem; fuit enim juramentum præſtitum ſuper materia à jure Canonico approbatâ in dicto *Cap. Niſi eſſent*; immò etiam juramentum in materia à jure Divino reprobata obligat jurantem, prout in uſura: ex *Cap. Super eo*, *de Uſur.* tenetur enim jurans eas ſolvere: ex *Cap. Debitores*, *de Jure jurand.*

25 Ergo à fortiori tenetur dictus *Petrus* ad ſolutionem penſionis, quam juravit ſolvere, ex juſſione Judicum reſervatam pro bono pacis: ex dict. *Cap. Niſi eſſent*, *cap. de Cætero*, *de Tranſact.* Quare dictus *Petrus* non erat audiendus contra formam Compromiſſi, quin præcederet relaxatio juramenti: ex dictis *ſupra à num.* 18.

26 Sed ad Judicem executorem informandum ſequentes obtuli rationes: quia quanvis regulariter penſio conſtitui non poſſit ſine literis Apoſtolicis, & authoritate Pontificis: ex dictis *ſupra num.* 12. nihilominus plures caſus in jure reperiuntur, in quibus juſtè, & licitè reſervatur, quin Pontificis authoritas interveniat.

27 Primus eſt: quando Epiſcopus pro bono pacis in Beneficiis ſuæ Diœceſis reſervat aliquam penſionem, dummodo non excedat vitam illius, qui eam eſt ſoluturus: ex *Cap. de Cætero*, *de Tranſact.* ubi Barboſ. *num.* 1. *& num.* 6. *& in Cap. Niſi eſſent*, *n.* 9. *de Præbend.* & ibi Gloſſ. *verb. Contraria*, *Cap. Statuimus*, *eod. tit.* Gloſſ. *verb. Penſionem*, *in cap. Audiamus*, *de Colluſion. Detegend.* Rebuf. *in Tract. de Pacif. poſſeſſ. num.* 120. pluribus relatis Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 331. *& num.* 295. *& ſeq.* Leſſius *de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 38. *à num.* 205. Gig. *de Penſionib. quæſt.* 6. *à n.* 2. Lotter. *de Re Beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 35. *n.* 20. *verſ. Et quanvis*, *& num.* 22. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 85. *n.* 11. *verſ. Poteſt. Epiſcopus*, *& num.* 12. *verſ. Poterunt tamen*, *& alleg.* 69. *num.* 15. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 65. *& in Collect. à dict. cap. Ad quæſtiones*, *de rerum permut. num.* 4. *& in cap. Audivimus*, *de Colluſion. Detegend. n.* 7. Addit Garc. *ubi ſupr. num.* 359. *&* 331. & Barboſa *proximè*, hoc tamen non poſſe tranſire ad ſucceſſorem in Beneficio; & quanvis Garc. *num.* 332. referat aliquos affirmantes, pro bono pacis tranſire, attamen eos meritò reprobat *num.* 334. per rationem text. *in dict. Cap. Niſi eſſent*, quo attento non poteſt excedere vitam Beneficiati titularis, quia Compromiſſum ad ſucceſſores non tranſit, nec ad hæredes: *L. Diem proferre*, *§.* 1. *Sed*, *& interpellatur*, *§. ult. ff. de Recept. arbitr. cap. ult. de Arbitr.* Ordinat. noſtra Reg. *lib.* 3. *tit.* 16. §. 4. *L.* 28. *tit.* 4. *partitar.* 3. ubi Gregor. Lopez *Gloſ.* 2. Covar. *in cap. Requæſiſti*, *n.* 5. *de Teſtam.* Molin. *de Juſt. tom.* 6. *diſp.* 43. *à n.* 2. Leſſ. *ubi ſupr.* Barboſ. *in cap. ult. n.* 3. *de Arbitrariis.*

Ratio eſt, quia Epiſcopus in ſuo 28
Epiſcopatu tantam habet poteſtatem, quantam Summus Pontifex in toto Orbe, exceptis caſibus ſpecialiter prohibitis, & Papæ reſervatis: DD. per text. in *Cap. Nuper*, & ibi Gloſſ. *de Sentent. Excommunicat.* plures per Rebuf. *d. tract. de Pacif. poſſeſſ. n.* 120. *verſ. Ratio eſt.* Plures per Sanch. *lib.* 1. *de Matr. diſp.* 61. *n.* 3. *& lib.* 8. *diſp.* 9. *n.* 3. *& Conſil. lib.* 2, *cap.* 2. *dub.* 2. *n.* 4. & per Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 29. *& cap.* 8. *n.* 20. *& de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 1. *n.* 6. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de Voto*, *lib.* 6. *cap.* 21.

Planè nullibi reperitur in jure 29
cautum, quòd reſervatio penſionis pri-

privativè pertineat Summo Pontifici, nec hoc ſibi reſervavit, immò permittit Epiſcopis eas reſervare ex juſta cauſa, & pro bono pacis: in dict. *Cap. Cætero, de Tranſact. & in dict. cap. Statuimus.* Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 322. Ergo ſicut Pontifex eam poteſt reſervare, ita etiam Epiſcopus, cum ei hoc ſit permiſſum in dictis juribus, quin contrarium in jure expreſſé caveatur.

30 Secundus. Quia Legatus poteſt etiam ex juſta cauſa penſiones reſervare in ſua Provincia, in qua eandem authoritatem habet, quam Epiſcopus, & poteſt etiam Beneficia conferre: *Cap.* 1. *de Offic. Legat.* Plures per Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 281. Rebuf. *de Pacif. poſſeſſ. num.* 120.

31 Tertius caſus: Quia Judices delegati, & Compromiſſarii, in quorum arbitrium litigantes omnia contulerunt, poſſunt pro bono pacis uni Beneficium conferre, & alteri reſervare penſionem in vita Beneficiati titularis: ex textu expreſſo in dicto *Cap. Niſi eſſent*; ita DD. per hunc textum, & Felin. in dicto *Cap. Ad Audientiam* 2. *verſ. de Penſione*, *de Reſcript. num.* 2. *verſ. Secunda Concluſio*, ubi dicit penſionem reſervari poſſe ex juſta cauſa, & primum exemplum, quod ibi refert *verſ. Exemplifica*, eſt de textu in dicto *Cap. Niſi eſſent.* Leſſius *ubi ſupra dict. dub.* 38. *num.* 205. ubi *n.* 206. *verſ. Hæc tamen*, dicit hanc penſionem primariò imponi Beneficiato, & ſecundariò ſuper Beneficio: Garc. *de Benef. dict. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 334. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 5. ubi dicit talem penſionem non habere vitium Simoniæ, quia non reſervatur ex conventione partium, ſed ex juſſione judicum; ubi plures refert Sanch. *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 52. *poſt medium*, ubi octo DD. refert Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *de Simon. cap.* 51. *num.* 24. Lara *de Capell. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 31. Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 22. qui omnes reſolvunt per dictum textum in *Cap. Niſi eſſent*, penſionem poſſe reſervari per arbitros pro bono pacis ad vitam titularis, ſine præjudicio ſucceſſoris, quanvis Lotterius *ubi proximè* dicat in his terminis, dici potius cenſum, quàm penſionem; prout eam vocat textus in dicto *Cap. de Cætero.* Lotter. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 25. Barboſ. *in Cap. de Cætero, num. ult. de Tranſact.* quem vide *in Cap. ultimo, à num.* 3. *de rer. permutat.*

Ex quibus non obſtant adducta 32 in contrarium, immò ex reſponſionibus reſolutio clariùs patifiet. Ad primum *num.* 12. nimirum reſervationem penſionis ſoli Apoſtolicæ Sedi eſſe conceſſam. Reſpondeo, hoc nullo jure caveri, quia etiam Archiepiſcopi, Epiſcopi, Legati, & arbitri Compromiſſarii eam poſſunt licitè pro bono pacis, & ex juſta cauſa reſervare: ex dictis ſupra *à num.* 27.

Ad illud, quòd additur literas 33 Apoſtolicas eſſe exhibendas, quanvis agatur in poſſeſſorio, ut Beneficiatus ad penſionem teneatur. Reſpondeo, tales literas non eſſe neceſſarias, quia illa penſio non fuit reſervata authoritate Apoſtolica, ſed virtute Sententiæ, ex diſpoſitione Juris, in dict. *Cap. Niſi eſſent*; nec neceſſe eſt in judicio poſſeſſorio literas penſionis exhibere, ſufficit enim ſola facti inſiſtentia: DD. per text. *in Cap. In literis*, *de Reſtit. Spoliat.* Neviſan. *Conſ.* 80. *num.* 3. Covar. *Pract. cap.* 17. *n.* 5. *verſ. Sic ſine.* Rot. *Diverſor. part.* 1. *deciſ.* 641. *num.* 8. *& deciſ.* 523. *n.* 1. Beltramin. *ad Ludoviſ. deciſ.* 322. *num.* 4. Poſth. *deciſ.* 189. *num.* 3. Barboſ. *in Collect. ad cap. Ex inſinuatione*, *n. ult. de Procuratorib.*

Ergo *Ludovicus* literis non indigebat ad ſuam penſionem conſe- 34

quendam, cum de jure, de illa conſtaret per Sententiam, de qua *ſupra num.* 7. per quam judicatum fuit, quòd dictus *Petrus* inſtitueretur in Canonicatu, & mitteretur in ipſius, & annexarum poſſeſſionem; & dictus *Ludovicus* in poſſeſſione dictæ penſionis conſtitueretur, prout patet ibi: *Mandamos, que em virtude deſta noſſa Sentença ſeja o appellante Pedro de Tavora de Tavares reſtituido, e confirmado na dita Conezia, e metido de poſſe della com ſuas annexas, e com todos os frutos, e rendimentos dellas; e que o appellado Dom Luiz da Gama ſeja conſtituido na poſſe de receber a dita penſaõ.*

35 Quare illa Sententia per ſe erat ſufficiens ad illam penſionem acquirendam, & poſſidendam: ex Ludovil. *deciſ.* 582. Cardinal. Cavaller. *deciſ.* 62. *num.* 3. poſſeſſio enim data authoritate Judicis juſta eſt: ex *L. Juſtè poſſidet*, ubi Barthol. *ff. de Acquir. poſſeſſ.* Gloſſ. *in cap. Fratrum* 7. *quæſt.* 1. Decius *Conſil.* 125. *n.* 3. *verſ. Sed tamen præſentis.* Rota per Poſth. *deciſ.* 233. *num.* 1. & poſſidens authoritate Judicis jure eſt manutenendus: Rot. *part.* 1. *recentior. deciſ.* 513. *n.* 2. & apud Poſth. *deciſ.* 220. *n.* 1. *in principio.*

36 Nec, ut quis in poſſeſſione manuteneatur, requiritur juſtificatio tituli, & boni juris poſſidentis, cum poſſidens non teneatur docere de titulo, quo rem poſſideat: Menoch. *Remed. ult. retinend. num.* 18. cum aliis per Poſth. *deciſ.* 189. *num.* 3. nec probare titulum, vel cauſam poſſidendi: Rot. 2. *part. recentior. deciſ.* 83. *in fin.* & per Poſth. *deciſ.* 213. *n.* 3. Mendes à Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 4. *in fin.*

37 Ad manutentionem enim obtinendam ſufficit nuda retentio, & ſola facti inſiſtentia: Covar. *dict. cap.* 17. §. 7. *ſub num.* 4. *verſ. in Specie.* Fontanel *de Pact. nuptialib. tom.* 2. *clauſul.* 7. *Gloſſ.* 3. *part.* 10. *n.* 51. Pax *de Tenut. cap.* 9. *num.* 4. Plures per Poſth. *dicto Tractat. obſerv.* 15. *num.* 18. *& obſerv.* 42. *n.* 74. Barboſ. *de Penſionib. q.* 2. *à num.* 20.

Nec in judicio poſſeſſorio admittitur exceptio nullitatis tituli, cum ſit excipere de defectu proprietatis, quæ exceptio non admittitur in poſſeſſoriis: Ferret. *Conſ.* 7. *num.* 3. Rota *part.* 1. *Diverſor. deciſ.* 94. *num.* 2. & rejicitur ad petitorium: Rota apud Poſth. *deciſ.* 237. *num.* 7. 38

Ad ſecundum, de qua ſupra num. 13. reſpondeo DD. per adverſarium citatos ſolum affirmare Sententiam exequi non poſſe, niſi tranſeat per Chancellariam; ſed non dicunt, exequi non poſſe per tranſumptum, quod fuit expeditum per eundem Notarium actorum, & ideo illud tranſumptum eandem vim, & fidem habet, quam Sententia originalis: ex *L. ult. Cod. de Fid. inſtrument.* Covar. *Pract. cap.* 21. *num.* 2. Gam. *deciſ.* 252 *num.* 3. Menoch. *Remed.* 4. *adipiſcend. à n.* 655. Maſcard. *de Probation. Concluſ.* 711. *num.* 35. *&* 36. quod etiam eſt conforme Ordinationi noſtræ Regiæ *lib.* 3. *tit.* 60. *in principio*, *&* §. 6. ubi dicit, quòd ſi amittatur originale, & probetur tenor illius per teſtes fide dignos, & peritos, citatis partibus, hæc probatio tantam fidem facit, ac ſi originale offeratur, & habebit executionem paratam: ex dicta Ordinatione *lib.* 3. *tit.* 25. *& tit.* 60. §. 6. Valaſc. *de Jur. Emphyt. quæſt.* 7. *num. ult. verſ. Sed etiam in hac materia*, ubi plures refert; Gloſ. Acurcii, *verb. de Poſitionibus*, *in L. ult. Cod. de Edict. Divi Adrian.* Gratian. *Forenſ. cap.* 168. *num.* 17. *in fin.* Thom. Vaz *alleg.* 76. *num.* 10. Quanvis aſſerat *num.* 11. Bartholum tenuiſſe contrarium, attamen *à n.* 12. pro hac parte reſolvit, pro qua ſtat Gloſſ. Acurcii ſupra relata, cujus opinio ſequenda eſt: ex Ordinatione noſtra *lib.* 3. *tit.* 64. §. 1. Gam. *deciſ.* 39

decif. 135. *num.* 7. Gabriel. Pereir. *decif.* 3. *num.* 15.

40 Planè Sententia originalis exhibita fuit in Judicio executivo, & tranſumptum expeditum per eundem Notarium manſit in actis; prout ipſe Notarius declarat in fine illius, & aliud tranſumptum, quod in actis reperitur, fuit etiam expeditum per eundem Notarium ad inſtantiam dicti *Petri*, qui ſubſcripſit ſe originale recepiſſe cum dicto tranſumpto.

41 Si ergo Sententia amiſſa, & probato illius tenore per teſtes peritos, partibus citatis, habet executionem paratam, ex dictis *ſupra n.* 39. à fortiori eam habebit per tranſumptum expeditum ad inſtantiam dictorum *Petri*, & *Ludovici* per eundem Notarium actorum, & vidente ipſo Judice executore Sententiam originalem Apoſtolicam in actis pendere.

42 Fruſtra ergo recurrit adverſarius ad tranſumptum; illa enim Regula *Cap.* 1. *de Fide inſtrum.* procedit, quando præſentatur tranſumptum ex tranſumpto, vel quando tranſcribitur à diverſo Notario ſine partis citatione: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 268. *num.* 40. *& cap.* 363. *n.* 10. vel quando originale ipſius tranſumpti non apparet: Gabr. Pereir. *decif.* 26. *num.* 8. Vel quando apparens non concordat: ex Surd. *Conſil.* 141. *num.* 2. 8. 10. *&* 17. Plures per Farin. *de Falſitat. q.* 135. *n.* 126. *&* 127. *& q.* 156. *n.* 135. non tamen quando tranſcribitur per eundem Notarium, & exhibetur originale, ut contigit in præſenti.

43 Nec etiam obſtat dicere, quòd dictus *Ludovicus* tenebatur alteram Sententiam à proceſſu extrahere, & non poſſe exequi per eandem Sententiam à *Petro* extractam, cujus virtute fuit immiſſus in poſſeſſionem; quia cum illa Sententia eſſet communis, & tantum proſiit *Petro*, quàm *Ludovico*, ſufficiebat per unum extrahi à proceſſu, ut uterque jure ſibi conceſſo per eandem Sententiam uteretur, ratione Compromiſſi jurati; in Judiciis enim quaſi contrahitur: ex *L.* 3. §. *Idem ſcribit*, *ff. de Pecul. L.* 2. *ff. de Prætor. ſtipulat.* Barboſ. *Axiom.* 132. *num.* 3. nec partes in Judiciis ad imparia judicantur: ex *L. Cum pater*, §. *Evictis*, *ff. de Legat.* 2. *L. Cum oporteat*, *Cod. de Bon. quæ liber.*

Ergo, ſicut *Petrus* virtute dictæ Sententiæ fuit inſtitutus, & immiſſus in poſſeſſionem Canonicatus, & ad hoc habuit executionem paratam, ita etiam *Ludovicus* ex eadem ratione fuit etiam conſtitutus per eandem Sententiam in poſſeſſione penſionem percipiendi, & reſpectu illius habet etiam executionem paratam, nè aliàs ad imparia judicentur contra tenorem Sententiæ, de qua *ſupra num.* 6. *& num.* 34. æquitas enim, & ratio paria jura deſiderat: ex *L. ult. Cod. ad Leg. Falcid. cap. Cum dilecta*, *de Confirm. utili.* 44

Diſpoſitio enim illius Sententiæ æqualiter, & inſeparabiliter utrunque caſum terminavit, tam reſpectu *Petri* circa poſſeſſionem Canonicatus, & annexarum, quàm *Ludovici* circa penſionem; utrumque enim juſſit immitti in poſſeſſionem: diſpoſitio enim plura determinans æquè terminat, & ſemper cenſetur in omnibus pariformiter terminare: plures per Gratian. *Forenſ. cap.* 70. *à num.* 39. *& cap.* 563. *num.* 3. Surd. *Conſil.* 31. *num.* 15. Thom. Vaz *allegat.* 8. *num.* 26. *& alleg.* 12. *n.* 8. *in fine.* 45

Quare uterque juvari poterat ex eadem Sententia, tanquam rei communis; quanvis per unum extracta fuiſſet de proceſſu. 46

Sic etiam Sententia lata contra unum ex correis, nocet, & exequitur contra alterum in cauſa communi, quin ſit neceſſe plures extrahere Sententias contra unumquemque: 46

Digitized by Google

quemque: DD. per text. *in L.* 3. §. 1. *ff. de Duobus reis*, *L. ultim. Cod. eod. tit.* Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 142. *num.* 3. *& deciſ.* 212. Valaſc. *de Jur. Emphyt. q.* 51. *num.* 11. & ſimiliter etiam Sententia lata in favorem unius ex ſociis, prodeſt alteri: ex *L.* 1. §. *ult. & L.* 2. *de Liber. agnoſcend. L. ingenuum*, *ff. de Statu Homin. L. Divi*, §. 1. *ff. de Liberal. cauſ.* quemadmodum etiam in aliis caſibus Sententia lata in cauſa communi prodeſt aliis, ſicut etiam nocet, quanvis non ſint auditi, nec citati: ex Covar. *Pract. cap.* 13. *num.* 5. Cancer. *Variar. tom.* 2. *cap.* 16. *n.* 48. Cardoſ. *verbo*, *Sententia*, *num.* 70. Barboſ. *de Canonic. cap.* 13. *num.* 38. ubi Sententia lata in cauſa puritatis ſanguinis nocet, & prodeſt omnibus de parentela, & plures refert.

47 Ea enim eſt vis rei communis, ut proſit alteri parti, prout in appellatione, quæ cum ſit res communis, prodeſt non appellanti: ex Ordinatione noſtra *lib.* 3. *tit.* 72. *in principio*, *& tit.* 84. §. 12. Rota *in Antiq. deciſ.* 556. *num.* 65. & in caſu, quo plures unâ Sententiâ condemnantur, ſi unus appellet, prodeſt non appellantibus: ex Ordinatione *lib.* 3. *tit.* 80. §. 1. ubi Emmanuel Barboſ. *in Remiſſionib.*

48 Ex quo convincitur, quod adverſarius allegavit: ex Gabr. Pereir. *deciſ.* 65. *num.* 34. loquitur enim de tertio, qui appellavit à Sententia inter alios latâ, & Sententia, de cujus executone agitur, non fuit appellata, immò tranſivit in rem judicatam inter eaſdem partes.

49 Nec etiam obſtat dicere, Vicarium Generalem illam non poſſe exequi Sententiam; hæc enim exequi poteſt per quemcunque Judicem habentem juriſdictionem ordinariam (quam habet Vicarius Generalis) ex Gutierr. *Pract. lib.* 1. *quæſt.* 97. *& lib.* 3. *quæſt.* 95. *num.* 14. cum aliis per Mendes à Caſtro *in Prax.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 80.

Maximè, cum illa Sententia ſit lata per dictos Judices tanquam arbitros, qui nunquam per ſe poſſunt ſuas exequi Sententias, quanvis in Compromiſſo eis detur facultas ad exequendum; ut ex Barthol. *in L. Non ex omnibus*, *ff. de Recept. arbitr.* dicit judicatum Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 210. *num. ult.* Mendes à Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 83.

Ad tertium, num. 14. reſpondeo, 50
quòd ideo facta fuit relatio illius caſus Summo Pontifici Innocentio III. in dict. *Cap. Niſi eſſent*, quia uſque ad illud tempus ſimilis caſus non contigerat; & ut videret, ſi ex circunſtantiis aliquem defectum pateretur, & conſultus Pontifex (cum non eſſet aliquod Canonicum impedimentum, quod obeſſet) compoſitionem arbitrorum juſtam, & licitam judicavit, ut patet ex reſponſione, *verſ. Quia igitur*, ibi: *Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus eſt recepta, poſſunt que licitè Prior, & Capitulum de proventibus ſuis, propter cauſas prædictas, non quidem ex pactione partium, ſed ex juſſione judicum proviſionem hujuſmodi exhibere, nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, &c.* & moderatio fuit, quòd illa penſio eſſet perſonalis, & non excederet vitam Prioris, ibi: *Non dignitas Prioratus, ſed perſona Prioris maneat onerata*; & ibi: *Ita quòd ipſo Priore defuncto ſucceſſor ipſius ad præſtationem quadraginta librarum minimè teneatur.*

Ex quo patet, Summum Pontifi- 51
cem illam compoſitionem pro bono pacis per arbitros factam cum illo moderamine approbaſſe, prout conſtat ex illo verbo, *Toleramus*, quòd inducit approbationem, & conſenſum: ex Gloſſ. *ultim. in Cap. Quia circa*, & ibi Barboſ. *n.* 3. *&* 4. *de Conſanguinit.* plures per Sanch. *de Matr. lib.* 2. *diſp.* 38. *n.* 12. Themud. 3. *part. deciſ.* 308. *num.* 11. DD. per text. in dict. *Cap. Niſi eſſent*, ubi *Abb. n.* 9. quia non erat juri contraria:

traria: ex text. *dict. Cap. De cætero*, *de Tranſact.* ibi: *Si compoſitio non eſt juri contraria, non eſt à loci Epiſcopo reprobanda*; quòd enim fit ex tolerantia Pontificis cenſetur legitimè factum: Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 68. *in fin.*

52 Cum ergo iſte caſus ſit identicus cum illo, de quo in dicto *Cap. Niſi eſſent*, ubi Pontifex compoſitionem arbitrorum approbavit, idem dicendum eſt in noſtro caſu: Sedes enim Apoſtolica jubet procedere de ſimilibus ad ſimilia: ex *Cap. In cauſis*, *de Re judic.* ibi: *Cum in ſimilibus cæteri teneantur ſimiliter judicare. Cap. Inter cætera*, *de Reſcriptis*, ibi: *Idem in ſimilibus obſervandum.* Ordinatio noſtra Regia *lib.* 3. *tit.* 69. *in fin. princip.* ibi: *Procederaõ os Juizes de ſemelhante a ſemelhante*; *& tit.* 81. §. 2. *in fine*, ibi: *Iſto, que dito he, em eſtes caſos aqui eſpecificados, haverà lugar em quaeſquer outros ſemelhantes, em que a razaõ pareça ſer igual deſtes.*

53 Ergo, ſi Summus Pontifex confirmationi petitæ per dictum *Ludovicum* non detulit, ex eo fuit, quia non erat neceſſaria, nec in hoc caſu petenda erat. Reſponderi enim poterat, quod petis intus habes, quia fruſtrà precibus impetratur, quod à jure permiſſum, & conceſſum eſt: ex *L.* 1. *Cod. de Theſaur. lib.* 10. *cap. Super eo*, *de Præbend. in* 6. Surd. *Conſil.* 409. *num.* 20. Thom. Vaz *alleg.* 72. *n.* 25. & actus fruſtratorius eſt vitandus: ex Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 6. *num.* 66.

54 Nec obſtat, quòd adverſarius retulit ex Garcia *de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 343. ubi refert in ſimili caſu redditam fuiſſe rationem Sedi Apoſtolicæ: quia nec *Garcia*, nec DD. relati per adverſarium, dicunt petendam eſſe confirmationem Pontifici; caſus enim relatus per *Garciam* ubi ſupra longe diverſus eſt à noſtro, licet enim contendentes ſuper illa portione compromitterentur in Proviſorem, & ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ ipſi litigantes inter ſe convenerunt, quod ſi Sententia lata fuiſſet per dictum Proviſorem in favorem *Joannis de Ayo*, ſolveret ipſe ſuo competitori *Joanni Baptiſtæ* octo fangas tritici in quolibet anno, & lata Sententia in favorem dicti *Joannis de Ayo*, eas ſolvere recuſavit, & judicatum in Rota per Garciam *ubi proximè*, non eſſe cogendum ad ſolutionem, & cauſam in primo ſtatu reponendam, ex eo quia illa penſio nec validè; nec juſtè fuit reſervata; tum ex eo, quia non aderat cauſa rationabilis; tum etiam quia initium habuit ab ipſis partibus, & ab arbitris particularibus, qui nullam habebant juriſdictionem, & ita non excuſabatur à labe Simoniæ: ex Lotter. *de Benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 31.

At verò in noſtro caſu, & in 55
dicto *Cap. Niſi eſſent*, Judices erant delegati cum juriſdictione, viri providi, & prudentes, in quos partes non ſolum tanquam Judices delegatos, ſed etiam ut Arbitros Compromiſſarios omnia contulerunt, nulla habita antecedenter conventione: in terminis text. in dicto *Cap. Niſi eſſent*, & ſic eſt caſus longe diverſus.

Nec obſtat Gloſſ. *verb. Ex juſſio-* 56
ne, *in dict. cap. Niſi eſſent*, adducta per adverſarium ſupra *dict. num.* 14. ubi dicitur, quòd ſi Papa illam compoſitionem Judicum arbitrorum non toleraſſet, authoritas eorum non ſufficeret, quia illa Gloſſ. in principio dicit, quòd ſi penſio reſervaretur ex conventione partium, eam non toleraſſet Summus Pontifex, eſſet enim tunc illicitè reſervata; prout fuit in dicto caſu relato per Garc. *dict. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 343. Lotter. *dict. lib.* 1. *q.* 35. *num.* 31. & ob eandem rationem

nno

non toleravit *Alexander III.* illam compoſitionem, de qua in text. *in Cap. Cum pridem* , *de Pactis* ; quia ortum habuit ab ipſis partibus ſine authoritate Pontificis ; at verò in terminis textus in dicto *Cap. Niſi eſſent*, ortum habuit ab ipſis Judicibus Compromiſſariis ſine interventione partium , quæ omnia in eorum arbitrium contulerunt , & & ideo Pontifex eam toleravit, & approbavit, prout etiam toleravit, & approbavit *Alexander III.* factam per Epiſcopum in dicto *Cap. Cætero*, *de Tranſact.* quia fuit reſervata pro bono pacis per Epiſcopum ſine partium interventione: ſi enim ortum haberet ex ipſis partibus, tunc , quanvis reſervaretur per Epiſcopum , vel per Judices delegatos, & Compromiſſarios, non valeret, nec eam Pontifex toleraſſet, & hic eſt ſenſus illius *Gloſſæ*; aliàs ſibi eſſet contraria : dixerat enim in principio, Papam eam toleraſſe, quia fuerat Judicum authoritate reſervata , nulla præcedente partium conventione, prout etiam licitè eam reſervavit Epiſcopus in dicto *Cap. de Cætero*, quia non erat aliquod impedimentum Canonicum , quod obeſſet ; & ideo non dixit Pontifex, ſe confirmaſſe, quia in eo nihil de novo inducebat, jam enim in ſimili caſu approbatum fuerat per *Alexandrum III.* in dicto *Cap. de Cætero.*

57 Ita intelligit eum aliis Abbas *in Cap. Niſi eſſent* reſpondens ad dictam Gloſſ. *n.* 8: ibi: *Et quanquam Gloſſa hîc dicat authoritatem Judicis non ſufficere ſine confirmatione Papæ; contrarium tamen tenet hîc Hoſtienſis, & communiter DD. & ibi Gloſſa, & Archidiaconus, & adducit Hoſtienſem hanc literam, ubi Papa, non dicit: Confirmamus, ſed: Toleramus; & ſic non inducitur jus de novo, &c.*

58 Ad quartum, *num.* 5. reſpondeo, quòd licet Judices adjudicarunt *Petro* Canonicatum cum annexis, & *Ludovico* penſionem ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, à qua literas confirmationis poſtularent, immediatè declararunt (ſi neceſſariæ forent) prout neceſſaria non fuerunt in dicto *Cap. Niſi eſſent*, & idem intellexerunt iidem Judices , quia in fine Sententiæ judicarunt *Petrum* eſſe inſtituendum in dicto Canonicatu, & in ejus poſſeſſionem mittendum, & etiam *Ludovicum* conſtituendum in poſſeſſione dictæ penſionis , quin de utroque literæ Apoſtolicæ expectarentur, ibi: *Sem para huma*, *nem outra couſa ſe eſperarem Bullas*; conſtat ex eadem Sententia ſupra *num.* 7. *in fine.*

Nec obſtat, quòd in eadem Sententia fuit *Petrus* obligatus ad ſolvendum ducenta millia regalia ad expeditionem Bullarum penſionis, quia hoc fuit, in eventu, quo Bullæ neceſſariæ eſſent prout declaratur in eadem Sententia : & cum *Petrus* virtute ejuſdem Sententiæ inſtitutus , & immiſſus fuerat in poſſeſſionem Canonicatus, quin literæ expedirentur ; eodem modo *Ludovicus* conſtituendus erat in poſſeſſione penſionis virtute dictæ Sententiæ , quin Bullis Apoſtolicis indigeret ; in utroque enim datur par ratio , nec *Petrus* virtute ejuſdem Sententiæ debebat ſibi prætendere diverſum à *Ludovico*, contra regulam tituli , quod quiſque juris , *Cap. Cum omnes* , *de Conſtit.* nec una, eademque res poteſt diverſo jure cenſeri , quando eadem militat ratio , ut in præſenti: Surd. *Conſil.* 127. *num.* 69. *& Conſil.* 135. *num.* 7. *& Conſil.* 150. *num.* 111. *& Conſil.* 217. *num.* 10. *& Conſil.* 337. *num.* 50. *& Conſil.* 362. *num.* 34. *& Conſil.* 397. *n.* 27. Riccius *in Prax. aur. reſol.* 336. *num.* 4. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 6. *Proœm. num.* 19. *&* 71. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 37. *à num.* 8. 59

Nec denique obſtat , quòd *Ludovicus* conatus fuit Bullas impetrare 60

trare à Sede Apoſtolica, interveniente conſenſu ipſius *Petri*, & eas non impetraſſe, quia dictus *Ludovicus* conatus fuit impetrare Bullas, ut penſio ſibi ſolveretur quandiu viveret, & non in vita *Petri*; & cum hoc eſſet contra formam textus in dicto *Cap. Niſi eſſent*, noluit ei Pontifex deſerre in præjudicium ſucceſſorum, & in hoc caſu Bullæ reſervatoriæ neceſſariæ non erant, ſtante dicta Sententia, & diſpenſatione dicti *Cap. Niſi eſſent*.

61 Ad quintum, *num.* 16. reſpondeo, quòd licet, qui per decennium non petit penſionem videatur eam abjicere, & civilem poſſeſſionem amittere: ex reſolutis per Barboſ. *de Penſionib. quæſt.* 2. *n.* 43. non tamen amittitur ex ſimplici denegatione titularis, quia, ut reſolvit idem Barboſ. *dict. num.* 43. *verſ. Nihilominus*, ut ſit locus amiſſioni penſionis per lapſum decennii, requiritur, quòd per alium naturaliter fuiſſet acceptata, & non per eundem titularem, qui non poteſt naturaliter eam poſſidere; cum penſio ſit quædam ſervitus, & res ſua nemini inſervire poſſit: ex *L. In re communi*, *ff. de Servit. Urban. præd.* & ita judicatum in *Rota* coram *Coccino Decano*, teſtatur Poſth. *de Manut. obſ.* 10. *num.* 100. Quare fruſtrà recurrit ad lapſum decennii.

62 Rurſus: illa penſio reſervata fuit virtute Sententiæ, quæ exequi poterat intra triginta annos: ex Marant. *de Ordin. Judic.* 6. *part. tit. de Sentent. num.* 54. Cancer. *Var. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 419. Petrus Barboſ. *ad L.* 3. *Cod. de Præſcript.* 30. *annor. à n.* 159. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 2. *num.* 4. Mendes à Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 87.

63 Ergo, quanvis per triginta annos illam non peteret *Ludovicus*, ſemper illa Sententia erat exequenda, ſi intra dictum tempus *Petrum* conveniſſet non ſolum ratione Sententiæ, ſed etiam ratione Compromiſſi jurati, quod afficit, & comprehendit perſonas in illo expreſſas: ex Tiraquel. *in L. Si unquam*, *Cod. de Revoc. donat. verbo*, *Donatione*, *num.* 104. Plures per Ricciurn *in Praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 296. *num.* 4. Gratian. *Forenſ. tom.* 1. *cap.* 150. *num.* 4. quanvis addat *num.* 5. quod tranſit etiam ad Succeſſores ex eo, quod effectus juramenti propter reatum perjurii activè, & paſſivè tranſit ad Succeſſores; attamen in præſenti non tranſit, & expirat per mortem titularis: ex dictis *ſupr. num.* 27. *in fin.* niſi eo caſu, quo *Petrus* decederet, quin eam ſolveret: tunc enim ejus hæredes tenerentur ad penſiones decurſas ſolvendas uſque ad illius mortem.

Ad ultimum, *num.* 17. reſpondeo, quòd quanvis Canonicatus ſit de Patronatu ſæculari, & penſio conſtitui non poſſit in Beneficio juris Patronatus ſæcularis ſine conſenſu Patroni; nihilominus dictus *Petrus* non fuit inſtitutus virtute præſentationis in eo factæ per oppoſitorem Domûs de *Soalhães*, cui dicebat pertinere Patronatum; ſed Domûs de *Mafra*, per cujus Adminiſtratorem fuit dictus *Ludovicus* præſentatus, cui attento jure præſentatio pertinebat: ex dictis *ſupra num.* 3. Ergo non virtute præſentationis litigioſæ, ſed ejuſdem Sententiæ latæ pro bono pacis, prout conſtat ex termino collationis. 64

Præterea ex tali reſervatione nullum præjudicium ſæculari Patrono irrogatur; quia, cum hæc penſio fuerit tantum reſervata in vita ipſius Petri, eo mortuo, poteſt Patronus in dicto Canonicatu liberè præſentare, quin ſucceſſor ad hoc onus teneatur: ex text. in dict. *Cap. Niſi eſſent*, *in fine*; & 65

 ideo

ideo non requiritur Patroni conſenſus: ex Leſſio *de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 38. *num.* 207.

66 His rationibus ex utraque parte adductis fuerunt acta concluſa Vicario Generali, qui protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Vicarii Generalis.

Viſto como na Sentença a folhas 2. eſtà inſerto hum termo de Compromiſſo fol. 24 *verſ. que o Embargante Pedro de Tavora Tavares, e o Embargado Dom Luiz da Gama fizeraõ, pelo qual ſe obrigàraõ a eſtar por tudo o que julgaſſem, e determinaſſem os Juizes arbitros, e Compromiſſarios, que elegeraõ, obrigando-ſe ambos, e cada hum per ſy a guardar, e cumprir inteiramente (ſem appellaçaõ, embargos, nem outro recurſo algum) tudo o que os ditos Juizes Compromiſſarios julgaſſem, promettendo-o, e jurando-o aſſim pelos Santos Evangelhos, em que corporalmente poſeraõ ſuas mãos, do que tudo mandàraõ fazer o dito termo, que ambos aſſinàraõ; e como conforme a Direito, o Embargante Pedro de Tavora Tavares naõ pòde ſer ouvido em couſa alguma eſtando o juramento em ſeu vigor, como eſtà, nem moſtrar relaxaçaõ delle por legitimo Superior, que o poſſa relaxar; naõ tomo conhecimento dos Embargos fol.* 45. *nem das mais allegaçoens feitas pelo Embargante; e mando ſe cumpra o Monitorio embargado, e ſe aggravem as Cenſuras, e pague o Embargante as cuſtas dos Autos. Lisboa*, 29. *de Setembro de* 1655. Vicente Feyo Cabral.

67 Ab hac Sententia dictus *Petrus* ad S. Sedem Apoſtolicam appellavit, & poſtea obtulit exceptionem, cui iterum Vicarius Generalis detulit in forma ſequenti.

Altera Sententia Vicarii Generalis.

Naõ tomo conhecimento deſtes Embargos, nem de requerimento algum do Embargante viſta a minha Sentença, porque tinha julgado naõ poder ſer ouvido em couſa alguma eſtando em ſeu vigor o juramento contheúdo no termo fol. 25. *verſo, pelo qual o dito Embargante renunciou a appellaçaõ, e embargos, e outro qualquer recurſo. Cumpra-ſe o que eſtà mandado, e ſe paſſe declaratoria ſem mais viſta.* Cabral. 68

Ab hac Sententia interpoſuit *Petrus* gravamen ad Coronam, & etiam petiit *Tuitivam* appellatoriam in *Tribunali Palatii*, juxta Ordinationem noſtram *lib.* 2. *tit.* 10. & in neutro Tribunali ſibi delatum fuit. 69

Hoc medio tempore pervenit Reſcriptum Apoſtolicum ad Vicarium Generalem Eborenſem, qui ad inſtantiam dicti *Petri* inhibitoriam expedivit contra Vicarium Generalem Ulyſſipponenſem, coram quo dictus *Ludovicus* obtulit impedimenta nullitatis, obreptionis, & ſubreptionis, ſe offerens omnia in continenti probaturum. 70

Allegavit primò, quòd attento jure, ne Reſcriptum de ſubreptione arguatur, in ſupplica enarrari debent Pontifici, & Principi omnes qualitates, quibus expreſſis, vel Princeps non concederet, vel difficilius: DD. per text. *in Cap. Super literis* 20. *de Reſcriptis*. Ordinatio noſtra Regia *lib.* 2. *tit.* 43. *in princip.* Garc. *de Benef. part.* 8. *cap.* 3. 71

à

à princip. Plures per Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 21. Gabr. Pereir. *deciſ.* 60.

72 Planè impetrans ſolum enarravit in ſupplica, ſe ad Sedem Apoſtolicam appellaſſe à Decreto definitivo Vicarii Generalis Ulyſſipponenſis, quod contra ipſum protulerat ſuper quadam penſione, quæ non fuerat reſervata dicto *Ludovico* authoritate Apoſtolicâ, nec Ordinariâ, tacens eam fuiſſe reſervatam virtute dictæ Sententiæ, & Compromiſſi Judicum arbitrorum, in quorum arbitrium omnia pro bono pacis contulerunt per terminum juramento firmatum de non contraveniendo, & Sententiam de communi conſenſu in rem judicatam tranſiviſſe, & dictum impetrantem illius virtute fuiſſe in Canonicatu inſtitutum, & in illius poſſeſſionem ſine controverſia immiſſum; & *Ludovicum* excipientem, etiam in poſſeſſione penſionis conſtitutum, & Vicarium Generalem impetrantis exceptiones rejiciſſe, quia non habebat relaxationem juramenti, de quibus omnibus, & de progreſſu negotii mentionem facere tenebatur: ex *Cap. Inter Monaſterium* 20. *de Re judicata*, ibi: *Et proceſſu negotii*; & ibi Gloſſ. *verbo*, *Proceſſu*, *cap. Dudum* 31. *de Privileg.* ibi: *Non facientes de hoc aliquam mentionem*, *cap.* 1. *& ult. ut lite pendente.* Valaſc. *Conſult.* 11. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 202. *à n.* 4. Gratian. *Forenſ. cap.* 100. *à n.* 35. *&* 37. Emmanuel Barboſ. *ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 43. *n.* 3. *&* 4.

73 Ergo dictum Reſcriptum nullum eſt, quanvis afferret clauſulas (quas non affert) *de motu proprio*, *certa ſcientia*, *& de plenitudine poteſtatis*: ex Gloſſ. *verb. Taceatur*, *in cap. Si motu proprio* 23. *de Præbend. in* 6. Jaſon *in L.* 2. *num.* 2. *Cod. Ut lite pendente.* Menoch. *dicto caſ.* 202. *n.* 12. Lancelot. *de Attent. cap.* 4. *in Præfact. num.* 742. Plures per Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 41. *n.* 41.

Ratio eſt, quia illæ clauſulæ non 74 ſupplent vitium ſubreptionis: ita pluribus relatis Roland. à Valle *lib.* 1. *conſil.* 2. *à n.* 157. Guttier. *Conſil.* 12. *num.* 13. *&* 14. & per Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſp.* 4. *n.* 6. Menoch. *Conſil.* 36. *n. ult.*

Mens enim Pontificis in Reſcrip- 75 tis ſolum extenditur ad ea, quæ in jure conſiſtunt, & in facto plenè enarrato; maximè quando datur tertii præjudicium: ita DD. per text. *in Cap.* 1. *de Conſtit. in* 6. Valaſc. *Conſult.* 130. *n.* 33. Sanch. *ubi proxim. & diſp.* 21. *n.* 52. *& in Decalog. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 8. *&* 143. Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 24. Plures per Barboſ. *dict. clauſ.* 41. *n.* 40.

Nec Summus Pontifex in aliqua 76 diſpoſitione intendit præjudicare juri tertio acquiſito per Sententiam: ita textus expreſſus *in Cap. Expoſita*, *de Arbitr.* DD. per text. in *L. ultim. Cod. Sentent. reſcind. non poſſe*, *& in Cap. Inter Monaſterium*, *de Re judicat. Cap. Bonæ* 3. *de Confirm. utili*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Mentio*, *cap. Sæpè* 44. *ad fin. verſ. Si quis ante terminum*, *de Appellat.* Menoch. *dict. caſ.* 202. *à num.* 42. Gratian. *Forenſ. dict. cap.* 100. *num.* 37. Thom. Vaz *alleg.* 60. *n.* 3. *&* 4. ubi plures refert Emmanuel Barboſ. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 43. *num.* 6. Auguſtinus Barboſ. *dict. clauſ.* 41. *num.* 41.

Nec etiam Pontifex intendit in a- 77 liqua diſpoſitione præjudicare Compromiſſo jurato, de quo non habuit notitiam: ex Gloſſ. *in Cap. Cum non deceat*, *de Elect. in* 6. pluribus relatis per Covar. *in Cap. Quanvis pactum*, *part.* 1. §. 3. *n.* 21. *de Pact. in* 6.

Maximè, quando juramentum in 78 aliquo actu fit in favorem hominis; tunc enim Pontifex ſine juſta cauſa non poteſt in eo diſpenſare: Plures per Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *commiſſ.* 1. *cap.* 3. *n.* 6. ibi: *Aut pertinet ad commodum hominis*, *& tunc pariter non ſolum Epiſcopus*, *ſed nec etiam Papa* (*de jure loquendo*) *ſine*

ſine cauſa juramentum remittere, *nec habilitationem concedere valet.*

79 Nec Pontifex poteſt juramentum relaxare, non citata, nec audita parte: ex ſupra dictis *n.* 18. Marcheſan. *dict.* 1. *part. cap.* 4. *commiſſ.* 1. *à num.* 6. & ſic obſervari ſemper in ſignatura teſtatur ibidem Marcheſan. *num.* 15. ibi: *Quando in ſignatura S. D. N. proponitur aliqua commiſſio relaxationis juramenti*, *ſemper pars citatur*, *& ita continuè*, *vidi à RR. PP. dominis meis Correferendariis antiquioribus practicari*, *& ſemper obſervatum fuiſſe audivi.* Et melius *dict. part.* 1. *commiſſ.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. ubi in terminis loquitur de Compromiſſo jurato, contra quod nullus Judex in judicio admitteret jurantem, quin præcedat relaxatio juramenti, nè aliàs perjurus maneat; amplians pluribus relatis *num.* 15. quanvis notabiliter pars in ipſo Compromiſſo lædatur; addens *num.* 16. ſemper relaxationem petendam, quanvis arbitramentum, & Compromiſſum, ſit iniquum: ergo nunquam *dict. Petrus* poterat audiri, nec admitti ſine relaxatione juramenti.

80 Hac exceptione his rationibus roborata fuerunt acta concluſa Vicario Generali, qui pronuntiavit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia interlocutoria.

Ainda que podera tomar conhecimento deſtes Embargos offerecidos por parte do Arcediago Dom Luiz da Gama, *com tudo por reverencia do Muito Reverendo Senhor Juiz Apoſtolico lhe remetto os ditos Embargos*, *por ſe eſcuſarem contendas ſobre a juriſdicçaõ*, *que naõ ſervem mais*, *que de encarregar as conſciencias*, *e haver eſcandalos publicos*; *e o Senhor Juiz fará juſtiça como lhe parecer. Liſboa*, *25. de Agoſto de* 1656. Vicente Feyo Cabral.

Relata cauſa cum dictis impedimentis, & proceſſu ad Judicem appellationis, auditis partibus, protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Vicarii Generalis Eborenſis in ſecunda inſtantia.

Chriſti nomine invocato. Viſtos eſtes Autos, *Breve de Sua Santidade fol.* 2. 81
havido à inſtancia do appellante Pedro de Tavora Tavares, *Conego na Sè de Liſboa*, *pelo qual me cometteo a deciſaõ da cauſa*, *que corre entre elle*, *e o appellado D. Luiz da Gama*, *Arcediago da terceira Cadeira da Sè de Liſboa*, *ſobre os trezentos mil reis de penſaõ poſtos na Conezia do Appellante pelos Juizes Commiſſarios*, *e arbitros eleitos pelo Appellante*, *e Appellado*, *embargos de obrepçaõ*, *e ſubrepçaõ*, *com que veyo o dito Doctor Luiz da Gama ao dito Breve*, *e inhibitoria paſſada por mim em virtude delle*, *para effeito de ſe julgar tudo por nullo. Moſtra-ſe*, *que correndo entre o Appellante*, *e Appellado demanda em primeira inſtancia ſobre a Conezia*, *que hoje poſſue o dito Pedro de Tavora*, *ſe deu Sentença à favor do dito Dom Luiz*, *pela qual lhe julgàraõ a dita Conezia na Relaçaõ Eccleſiaſtica da Cidade de Liſboa*, *como ſe vè da Sentença fol.* 34. *da qual appellou o dito Pedro de Tavora para o Juizo da Legacia*, *onde a cauſa ſe cometteo ao Auditor della Jacome Bertholamo*, *e ao Doutor Manoel Fagundes da Veiga*; *e conſta*, *que eſtando a cauſa para ir concluſa a final aos ditos Juizes*, *o Appellante*, *e Appellado* pro bono pacis, *voluntariamente*, *ſem conſtrangimento de peſſoa alguma*, *ſe comprometteraõ nos ditos dous Juizes*, *para que juntamente como arbitros Compromiſſarios julgaſſem a cauſa como lhes pareceſſe*, *de que fizeraõ termo nos Autos*, *aſſinado por ambos*, *em que prometteraõ pelo juramento dos San-*

Santos Evangelhos, e clauſula ſem appellação, nem outro algum recurſo, de eſtarem pelo que elles julgaſſem, e arbitraſſem, e não irem contra a Sentença em couſa alguma, como ſe vê do termo fol. 38. *Moſtra-ſe, que os ditos Juizes Commiſſarios, e Arbitros, attentando à paz, e concordia entre o Appellante, e Appellado, julgarão, que o R. appellante Pedro de Tavora ficaſſe com a Conezia, e que déſſe ao appellado Dom Luiz trezentos mil reis de penſão todos os annos em quanto viveſſe, que ſe lhe conſignàrão nos frutos da dita Conezia, e Igrejas annexas, como ſe vé da dita Sentença fol.* 39. *por virtude da qual foy o dito Appellante collado pelos meſmos Juizes Commiſſarios, e Arbitros, como ſe vé fol.* 43. *E por virtude da meſma Sentença foy metido de poſſe fol.* 47. *e* 48. *no que tudo moſtrou approvalla; e conſta, que no meſmo tempo morreo o Doutor Manoel Fagundes da Veiga, e ſe auſentou o Auditor para fóra do Reino, ſem executarem a dita Sentença; por cujo reſpeito, e tambem por não haver Colleitor no Reino, recorreo o dito Dom Luiz ao Reverendo Vigario Geral de Lisboa, como Ordinario, ſobre a execução da Sentença, como ſe vé fol.* 49. *o qual tomou conhecimento da cauſa, e julgou, e declarou por Sentença, que o Appellante não podia ſer ouvido ſem primeiro moſtrar relaxação do juramento, como ſe vé fol.* 110. *por cuja razão lhe differio a ſeus requerimentos. Moſtra-ſe finalmente, que o dito Appellante appellou do dito Decreto do Reverendo Vigario Geral, mas não conſta do Breve junto, que elle declaraſſe a Sua Santidade o eſtado, e termos da cauſa clara, e deſtintamente, nem fizeſſe menção do termo do Compromiſſo, e juramento poſto nelle, nem eſpecificaſſe a clauſula* ſem appellação, nem embargos, nem outro algum recurſo, *como ſe vè do dito Breve; ſendo da ſubſtancia da ſupplica declararſe tudo para Sua Santidade commetter a cauſa com as clauſulas, que melhor lhe pareceſſe: nem ultimamente moſtra o dito Appellante relaxação do juramento, como era neceſſario. O que tudo viſto, e o mais dos Autos recebo os ditos Embargos fol.* 110. *viſta ſua materia, e os hey logo por provados, e em virtude delles julgo o dito Breve por nullo, obreptício, e ſubreptício; e aſſim meſmo a inhibitoria, que ſe paſſou por virtude delle, viſtos os Autos, fórma do Breve junto, theor do termo de Compromiſſo, e juramento nelle inſerto, declaração da Sentença dos ditos Juizes Commiſſarios, e Arbitros: e como o Appellante approvou a dita Sentença, e por virtude della ſe collou, e meteo de poſſe, e não moſtra relaxação do dito juramento. Mando ſe paſſe deſinhibitoria em fórma para o Reverendo Vigario Geral de Lisboa, Juiz* à quo, *poder proceder na cauſa livremente em ſeus termos; e pague o appellante Pedro de Tavora Tavares as cuſtas de ambas as inſtancias, em que o condemno. Evora,* 7. *de Março de* 1657. Franciſco Nogueira.

Ab hac Sententia iterum dictus 82
Petrus appellavit, cumque ejus appellatio admiſſa non fuiſſet, gravamen interpoſuit ad Coronam, ubi ei etiam delatum non fuit; & expedita deſinhibitoria, Vicarius Generalis Ulyſſipponenſis in executione proceſſit, & cum dictus *Petrus* noluiſſet cenſuris obtemperare, petiit auxilium à Judicibus gravaminum Domus Supplicationis juxta formam Regiæ Ordinationis *lib.* 2. *tit.* 8. §. 4. qui viſis actis, & auditis partibus (ex reſolutis per Olivam *de Foro Eccleſiæ* 2. *p. q.* 25. *&* 26.) & attenta diſpoſitione juris Canonici in *Cap. Dilecto, in fine, de Sentent. Excommunicat. in* 6. protulerunt Sententiam tenoris ſequentis.

Sen-

Sententia auxilii Brachii Sæcularis.

83 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que viſtos eſtes Autos, e os procedimentos juntos, citaçoens das Partes, e o mais por ellas allegado, e como ſe moſtra o Vigario Geral deſte Arcebiſpado ter procedido ordenadamente, e conforme a Direito no caſo da Contenda, com o mais, que dos Autos conſta. Concedem ao Supplicante ajuda de Braço ſecular, e mandaõ às Juſtiças deſtes Reinos, a que o conhecimento pertencer, prendaõ ao R. Pedro de Tavora Tavares condemnado, e procedaõ contra elle conforme as Ordenaçoens, e Leys deſtes Reinos, e façaõ com effeito execuçaõ pela Sentença dada no Juizo Eccleſiaſtico; e condemnaõ ao Reo nas cuſtas. Lisboa, 3. de Julho de 1657.* Lemos. Pinheiro.

84 Contra hanc Sententiam oppoſuit dictus *Petrus* exceptionem, quæ rejecta fuit, & jam pendente executione pervenit ſecundum Reſcriptum, quod eodem vitio ſubreptionis laborabat, ac primum, quin in ſupplica illius faceret mentionem Sententiæ Compromiſſariorum, Compromiſſi, & juramenti, quanvis certitudinem exhibuerit relaxationis Vicarii Generalis Curiæ, cui neuter ex litigantibus ſubditus erat, qui habet limitatam juriſdictionem in Curia, & in ejus diſtrictu; & contra dictum Reſcriptum eaſdem oppoſuit *Ludovicus* exceptiones, cum quibus primum impugnaverat, & oblatis ex utraque parte rationibus, Judex tertiæ inſtantiæ protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Judicis Apoſtolici in tertia inſtantia.

Chriſti nomine invocato. Viſtos eſtes 85
Autos, ſubdelegaçaõ em mim feita em virtude do Breve de Sua Santidade fol. 216. havido à inſtancia do appellante, o Reverendo Pedro de Tavora Tavares, Conego da Sé de Lisboa, embargos, com que veyo o Reverendo appellado Dom Luiz da Gama, Arcediago da terceira Cadeira na meſma Sé fol. 203. verſ. prova dada por parte do Appellante, a qual naõ convence os ditos Embargos, mas antes faz pelo meſmo Appellado; por quanto fazendo-ſe neſta Corte a ſupplica para ſe inviar a Sua Santidade com a narrativa verdadeira do Compromiſſo, e Sentença dada pelos Reverendos Juizes Compromiſſarios, que julgaraõ a Conezia da Contenda ao Appellante, e nella arbitràraõ trezentos mil reis de penſaõ annua ao Appellado nos frutos da dita Conezia, nos termos do Cap. Niſi eſſent, de Præbendis, *com juramento dos Santos Evangelhos de naõ appellarem, nem aggravarem; e no dito Breve de minha commiſſaõ ſe naõ eſpecifica o tal Compromiſſo, nem Sentença dada pelos ditos Juizes, e he o meſmo identicamente, que o que julgou por nullo o Reverendo Vigario Geral de Evora, como ſe colhe de ſua Sentença fol. 102. verſ. e outro ſy o ſupplemento de Juramento, que de novo apreſenta, naõ tem força, nem vigor, por quanto he dado pelo Illuſtriſſimo Vigario Geral de Roma, que naõ tem juriſdiçaõ fóra de ſeu territorio, como ſe vè do meſmo ſupplemento fol. 246. O que tudo viſto com o mais dos Autos, conformando-me com a diſpoſiçaõ de Direito, e reſoluçaõ dos DD. julgo os ditos Embargos recebidos por provados, e ao dito Breve embargado por nullo, e ſubreptitio,*

Digitized by Google

ticio, e que por elle ſe me naõ adquirio juriſdicçaõ alguma, como nos meſmos termos declarou jà por nullo o primeiro o Reverendo Vigario Geral de Evora na dita ſua Sentença, e mando ſe paſſe desinhibitoria para o Reverendo Vigario Geral de Lisboa proceder na execuçaõ da dita Sentença como lhe parecer; e pague o Appellante as cuſtas deſtes Autos, em que o condemno. Lisboa 12. de Agoſto de 1658. Pero Gomes de Figueiredo. Notario *Manoel Monteiro da Sylva.*

86 Ab hac Sententia iterum appellavit dictus *Petrus* in quarta inſtantia, cui appellationi delatum non fuit, & impetrato tertio Reſcripto ad Judicem Ordinum Militarium, ipſe inhibitoriam expedivit, contra quam dictus *Ludovicus* oppoſuit etiam exceptionem nullitatis, & ſubreptionis, quà probatâ per eadem acta, cum fuiſſent concluſa, protulit Judex Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia in quarta inſtantia.

Papel da Inſtrucçaõ.

27 *Lo que ElRey nueſtro Señor me ha mandado, que diga à ſu Colector de ſu parte, acerca de los Breves de ſus facultades, que preſentò à Su Mageſtad, es lo ſiguiente.*

28 *Que ſi bien la Comiſſion, que ſe le dà para viſitar los Arçobiſpados, Obiſpados, è Igleſias Cathedrales, es la que ſiempre ſe puſo en los Breves de ſus Anteceſſores, nunca llegò à execucion, ni tuvo efecto; y aſſi deve llevar entendido, que no ha de uſar deſta facultad, como ſus predeceſſores no lo hicieron.*

29 *Que el haver de conocer por ſimples peticion, y querella contra los uſurarios, e qualeſquiera otros en primera inſtancia, ò por via de apelacion, es coſa, que tambien no fuè jamàs recebida, ni praticada en la primera inſtancia; porque los Colectores de Portugal no acoſtumbraron conocer de otro modo, que por via de apelacion; y aſſi ſe advierta, que en eſte grado, y no en primera inſtancia, deve conocer de las coſas referidas.*

30 *Que en Portugal no fueron nunca admitidos Subcolectores, por quanto demàs de ſer notorio, que en aquella Corona no hai, ni huvo jamàs eſtolios de la Camara Apoſtolica, aunque de pocos annos a eſta parte Su Mageſtad, que haya gloria, concediò, que ſe pudieſſen llevar de los Religioſos apoſtatas, que murieron fuera de ſus Conventos: luego entonces ſe declarò, que no havia de haver Subcolectores en el Reino, ni en las Conquiſtas, y partes ultramarinas; y que conforme a eſto havia advertido al Señor Colector, para no crear Subcolectores, y que en caſo, que lo haga, no ſe ha de permitir, que exercite eſte oficio.*

31 *Que la experiencia ha moſtrado, que importa mucho à la buena adminiſtracion de la Juſticia, y mejor direccion, y entendimiento de las coſas, que ſe tratan en el Tribunal de la Legacia, que el Auditor della ſea Portuguez, que entienda bien la lengua, tenga pratica de los coſtumbres, y eſtylos de la tierra, y pueda hazer juſticia, ſin que dependa de noticias, y relaciones agenas, y pueda tener la entereſa, y authoridad, que pide ocupacion de tanto peſo; y que por quanto Su Mageſtad en eſta ocaſion lo mandò repreſentar aſſi à Su Santidad, pidiendole ordenaſſe al Señor Colector, que tomaſſe Auditor Portuguez, como lo huvo en los tiempos paſſados de los Nuncios, y Legados Apoſtolicos, y de algunos Colectores; y ſe ha entendido, que Su Santidad ordenò, que el Señor Collector ſe informaſſe deſta materia, y le dieſſe cuenta con ſu parecer: eſpera Su Mageſtad, que lo haga en forma, que Su Santidad tenga por bien de proveer lo que ſe le ha ſuplicado en un negocio tan grave, que neceſſita tanto de remedio, y tendrà Su Mageſtad particular ſatisfacion, y contento, de que el Señor Colector lo diſponga, y encamine con toda brevedad.*

Que conviene mucho eſcoger para Juezes de la Legacia perſonas, que cumplan con ſu obligacion, ſin las quexas de ſoborno, y corrupcion, que huvo de alguno de los paſſados; y aſſi ſe lo encarga ſu Mageſtad, y particularmente, que no ſean de la Nacion de los Chriſtianos nuevos, ni de otra infecta, antes de buenas letras, y vida exemplar, como lo manda el Sagrado Concilio Tridentino: y que para acertar mejor eſtas elecciones ſe deve de informar de los Governadores del Reino acerca de los ſugetos, que pueden ſervir a propoſito, y aviſar de los que eſcogieren à Su Mageſtad, porque ſe holgarà de tenerlo entendido. 32

Que para todo mejor govierno de las Religiones, es de mucho efecto dexar el govierno dellas à ſus Prelados Ordinarios, ſin deferir à quexas, ni pertenciones de particulares; y aſſi encomienda 33

comienda

comienda Su Mageſtad mucho al Señor Collector, no ſe intrometa en el govierno de los Religioſos, ni admita peticion de queixa particular de Religioſo, ò Religioſa, ſin que primero tome informacion muy exacta de ſus Prelados, para que con entero conocimiento de la vida, coſtumbres, y cauſas, que precedieron, pueda deferir.

34 *Que por quanto en la materia del juicio de las fuerças ſe han ocaſionado algunas deſordenes contra el ſervicio de Dios, de la Sede Apoſtolica, y de Su Mageſtad, por algunos de los Collectores paſſados, lleve entendido el Señor Collector, que quando à èl, ò à ſu Auditor, le fueren pedidos los proceſſos por parte de los Juezes de la Corona, para efecto de vèr ſi ſe haze fuerça, ò no, los deven remitir; pues de hazerlo no ſe ſigue perjuicio alguno conſiderable à la juriſdicion Apoſtolica, poniendo, como es notorio, la ſoberanía de las fuerças en caſos donde no las hai, de lo que reſultan grandes inconvenientes contra la Juſticia, haviendo los Juezes por provadas las fuerças, en caſos donde no las hai, lo que no hizieran, ſi los proceſſos ſe les moſtràran; y aſsi eſpera Su Mageſtad, que lo ordene el Señor Collector, con preſupueſto, de que Su Mageſtad mandarà, que ſe deſpachen con toda la brevedad; y en caſo, que dude de hazerlo, correràn por ſu cuenta las faltas, que en eſta materia huviere.*

35 *Y à ſu Auditor deve ordenar, que quando de parte de Su Mageſtad fuere llamado al Dezembargo de Palacio para platicar con los Juezes de la Corona, ſi algun caſo es de fuerça, ò no, lo devia hazer, porque de lo contrario reſulta dexar de dar provimiento en caſos, que no ſon de fuerça, y haver gran diſcompoſicion de parte de los Juezes Eccleſiaſticos, y ſeculares, con mucho perjuizio de la Juſticia, y bien comun.*

36 *Que por quanto algun de los Collectores paſſados intentaron de nuevo proceder con Cenſuras contra el Dezembargo de Palacio, por razon de los aſſientos, que en èl ſe toman ſobre ſi ſon bien paſſadas, ò no las Cartas de los Juezes de la Corona en materia de fuerça; lo qual, ſi paſſaſſe adelante, ſeria perturbar derechamente, en el ſupremo conocimiento dellas la Soberanía Real de Su Mageſtad, que por particular Ley, y orden ſe ha cometido àquel Tribunal; lleve entendido el Señor Collector, que de ninguna manera ſe ha de permitir, que paſſe adelante tal abuſo, y que Su Mageſtad tiene dado orden baſtante, para que no ſe conſienta; y que el Señor Collector ſe ha de haver con aquel Tribunal (de que Su Mageſtad haze tanta eſtimacion) con el termino, y reſpecto devido; y quando entienda, que en algunos caſos ſe excede el limite del juizio de las fuerças, deve dar cuenta à Su Mageſtad, que mande proveer de remedio, como lo hizo en algunas ocaſiones paſſadas, ſin preceder interdichos, y cenſuras, de que ſe han ſeguido grandes eſcandalos, con poca reputacion dellos, y de los Miniſtros Eccleſiaſticos; y ſu Mageſtad ſe lo encarga aſſi mucho. En Madrid, à 21. de Septembre de 1624. Franciſco de Lucena.*

As ordens, que aqui ſe accuſaõ, foraõ paſſadas nos annos de 1617. e 1620. para ſe tomarem as temporalidades, e ſe expulſarem do Reino os Collectores tranſgreſſores ſem mais ſe dar conta a ElRey.

Carta de Sua Mageſtade de 23. de Abril de 1635. com o Collector Alexandri Caſtracani.

Eſta Carta he do meſmo theor das aci- 37

acima, e trouxe a meſma inſtrucçaõ, que prometteo guardar, e por o naõ fazer ſe lhe occupàraõ as temporalidades, e foy expulſo do Reino no anno de 1639. em que o governava ElRey de Caſtella; e a faculdade do terceiro Breve, que trouxe ſobre o provimento dos Beneficios, e os mais Collectores, he a ſeguinte.

38 Facultates Collectoribus conceſſæ circa proviſionem Beneficiorum ſimplicium non excedentium valorem viginti quatuor ducatorum auri de Camera.

Nec non quæcunque Beneficia ſimplicia in Civitate, & Diœceſi Ulyſſipponenſi, extra tamen Metropolitanam Eccleſiam conſiſtentia, per obitum illorum ultimorum poſſeſſorum extra Romanam Curiam vacatura, noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitione reſervata (dummodo illa aliàs, quam ratione menſium Apoſtolicorum reſervata non ſint) & cujus fructus, redditus, proventus, etiam ratione reſidentiæ perſonalis percipi ſoliti, computatis etiam diſtributionibus quotidianis, ac aliis emolumentis incertis 24. ducatorum auri de Camera, ſecundùm communem æſtimationem, verum valorem annuum non excedant, pro tempore vacantia, perſonis idoneis authoritate Apoſtolica conferendi, & de illis diſponendi, ita tamen, ut tu non prius collationes, & proviſiones hujuſmodi facias, quàm tibi fide dignorum teſtimonio conſtiterit fructus prædictos (computatis, etiam diſtributionibus quotidianis, & quibuſcunque emolumentis incertis) annuum valorem viginti quatuor ducatorum hujuſmodi non excedere. Alioquin proviſiones pro tempore à te factæ de Beneficiis dictum annuum valorem excedentibus, nullæ ſint. Decernentes, collationes per te juxta præſentium tenorem pro tempore faciendas, validas, firmas, & efficaces fore, & eſſe perinde, ac ſi ab ipſa Sede Apoſtolica facta fuiſſent, &c.

His, & aliis documentis innixus Procurator Coronæ libellum ſupplicem Regi præſentavit, tenoris ſequentis.

Memorial do Procurador da Coroa.

SENHOR.

39 *Eſtas ſaõ as Cartas para o governo, e limitaçoens dos tres Breves de ſuas faculdades (que vaõ em outro papel) com que vem os Collectores para ſe regiſtrarem na Secretaria, e Paço, para ſe naõ permitir excedellos, ſem os quaes a dita Carta, regiſtro, e licença do governo naõ ſaõ admitidos a exercitar o cargo; que tudo, e todos eſtà exercitando o Vice-Collector Jeronymo Bataligno, ſem ordem, nem Breves, nem limitaçoens, nem os apreſenta, nem regiſtra, para noticia do poder, e de quem o fez, ou de quem he Vice-Collector, e com proceder abſoluto, e perturbaçoens das Religioens, e quebrantamento das concordias, privilegios, e leys do Reino, excommungando, e conſtrangendo com priſoens, e interdictos a todos os que tem Sentenças, aſſentos, ou tuitivas, e recurſo da Coroa, a que deſiſtaõ dellas, como ſacrilego, e crime punivel.*

40 *Na faculdade dos Beneficios de 24 cruzados (que ſaõ menos de 16U: reis ſervidos) ſem exame do valor, e Mez, excede em tudo, e uſurpa naõ ſó os dos Ordinarios, mas tambem os da Coroa, iſentos de toda a affecçaõ, e reſerva, eſtando-os poſſuindo os Priores, Donatarios, e ſeus apreſentados da Coroa, e com Tuitivas atè haver Sentença de Juiz competente, elle de facto conſtrange agora a quatro com Cenſuras, priſoens, e interdictos, que ſem ſerem cita-*

citados, nem ouvidos (negando-lhes o direito, e defenſa natural) lhe larguem os ſeus Beneficios, e da Coroa, e da Rainha Noſſa Senhora, para ſeus Criados, empéſtando a terra com interdictos, e procedimentos nullos. Sobre que ſe offerece a V. Mageſtade eſte Memorial para remedio dos Vaſſallos, na falta dos Sacramentos, Miſſas, e Igrejas interdictas, que toma por inſtrumento, e meyo de vexação, para lhas largarem; e chamando-o Voſſa Mageſtade, e mandando-lhe, que deixe os Clerigos, e Priores ſeguir ſeu direito, levantando os procedimentos atè ſe julgar na fórma do Direito Canonico, Civil, Natural, e Sagrado Concilio (como ſe faz nas Bullas, que vem de Sua Santidade) elle naõ obedeceſſe; parece, que V. Mageſtade tem obrigaçaõ em conſciencia, neſtes termos, de acodir à vexaçaõ de tantos interdictos nullos, e mandar, que o dito Collector ſe naõ intrometta nos Beneficios, que excedem ſua faculdade, procedendo contra ella, e o Papa, Coroa, e Vaſſallos com taes procedimentos em ſeu Reino, e preſença. Pedindo em concluſaõ, que naõ obedecendo, com effeito foſſe expulſo do Reino na fórma das Ordens paſſadas no anno de 1617. *e de* 1620. *&c.*

41 *Por naõ obedecer, e pelos grandes exceſſos, perturbaçoens, e eſcandalos, com que tinha procedido, como ſenaõ tiveſſe Superior, foy expulſo do Reino; e tambem, porque havendo nelle Rey natural, eſtiveſſe exercitando juriſdicçaõ, o dito Vice-Collector ſem moſtrar poderes, devendo-lhe mandar Nuncio, como cuſtumou a Sè Apoſtolica mandar aos Reyes naturaes deſte Reino, como os manda tambem a Caſtella, França, Polonia, Veneza, Napoles, Saboya, e Florença;* ut per Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. *e chegando a Roma, o Papa Innocencio X. o mandou prender, e morreo na priſaõ no cabo da priſaõ, como fica dito.* * V. Leur. *quæſt.* 659. *num.* 1. *&* 2. Peg. *de Compet.* 1. *p. cap.* 33. *n.* 18.

Adverte tamen circa proviſiones Beneficiorum, quòd quanvis Nuntius, & Legatus mittantur cum poteſtate Legati de Latere circa Beneficia conferenda, non poſſunt conferre Beneficia excedentia valorem 24. ducatorum; prout conſtat, ex clauſula commiſſionis, de qua *ſupra n.* 38. quam etiam tranſcripſit Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 3. *à num.* 82. *&* *à num.* 170. *&* *à n.* 178. V. Leur. *quæſt.* 650. *num.* 1. *&* 2. in quo valore comprehenduntur diſtributiones quotidianæ: Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 89. Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 785. *n.* 1. Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 112. *num.* 8. 42

Si verò provideant Beneficia ante juſtificationem dicti valoris, proviſiones nullæ ſunt, quanvis verum ſit dictum valorem non excedere, ex eo quia exceditur forma commiſſionis, quæ hanc informationem prærequirit, & ita judicatum in Rota: ex Garc. *ubi ſupra à num.* 90. *&* *infra num.* 47. 43

Ampliatur, quòd non poſſunt providere dicta Beneficia, quanvis excedant unum tantum ducatum, vel quiquid aliud, quanvis minimum dicti valoris: ex Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 182. *&* *à num.* 184. 44

Non poſſunt tamen providere Beneficia Curata, quanvis non excedant dictum valorem: ex Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 85. Nec etiam Dignitates in Cathedralibus: Garc. *ubi proxim. num.* 86. Nec Beneficia juris Patronatus Laicorum; nec Patronatus mixti, quanvis non excedant dictum valorem: ex Garc. *d. cap.* 3. *à num.* 63. *&* *num.* 246. 45

Poſſunt tamen providere Beneficia juris Patronatus Eccleſiaſtici dicti valoris: ex Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 243. & etiam ea, quæ ob lapſum quadrimeſtris, ob negligentiam Patronorum ſæcularium ſunt ad Sedem Apoſtolicam devoluta: ex Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 249. Si verò dictus valor excedatur, proviſiones 46

 nul-

nullæ ſunt, & ita judicatum in hoc Regno per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Judicis Apoſtolici.

Chriſti nomine invocato. Viſtos eſtes Autos, mandado de providendo *de Sua Santidade do Beneficio ſimples, que foy de Amaro da Lagem, ſito na Parochial de Saõ Nicolao da Villa de Santarem deſte Arcebiſpado de Lisboa, que vagou por morte do dito Amaro da Lagem no mez de Março de 1612. que foy provido na Curia Romana por Sua Santidade em Eſtevaõ Rodrigues de Tovar, por vagar em mez Apoſtolico reſervado a Sua Santidade, artigos de juſtificaçaõ, com que vem o dito Eſtevaõ Rodrigues, que lhe foraõ recebidos, Breve da faculdade concedida aos Collectores deſte Reino ſobre a proviſaõ de certos Beneficios, que os ditos Senhores Collectores podem fazer nos mezes reſervados à Santa Sé Apoſtolica, por razaõ da alternativa, e prova dada por parte do Autor Eſtevaõ Rodrigues de Tovar, como por parte de Domingos de Amorim, Clerigo provido no dito Beneficio pelo Illuſtriſſimo Collector Gaſpar Palucio. Moſtra-ſe pelo Breve junto* de providendo, *concedido ao dito Illuſtriſſimo Collector no anno de* 1609. *do Pontificado do Noſſo muy Santo Padre Papa* Paulo V. *anno quarto do ſeu Pontificado, conceder Sua Santidade ao dito Senhor Collector no dito Breve, que podeſſe prover neſte Arcebiſpado de Liſboa todos os Beneficios ſimpleces, que naõ excedeſſem o valor de* 24. *cruzados de ouro de Camera, que conforme a commum eſtimaçaõ vem a ſer treze atè quatorze mil reis, pouco mais, ou menos, computando-ſe, e entrando na dita ſumma as deſtribuiçoens quotidianas, e outros quaeſquer emolumentos incertos, ganhados, e adquiridos por razaõ da reſidencia peſſoal, como tudo mais largamente conſta das clauſulas do dito Breve junto a eſtes Autos, ibi*: Omnia Beneficia ſimplicia (extra tamen Eccleſiam Metropolitanam conſiſtentia) in menſibus Sedi Apoſtolica reſervatis, cujus reditus, & proventus, etiam ratione reſidentiæ perſonalis percipi ſoliti, computatis etiam diſtributionibus quotidianis, ac aliis emolumentis incertis, viginti quatuor ducatorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem, verum valorem annuum non excedant. *Et iterum*: ita tamen, ut non prius collationes, & proviſiones hujuſmodi facias, quam tibi fide dignorum teſtimonio conſtiterit, fructus prædictos, computatis etiam diſtributionibus quotidianis, & quibuſcunque emolumentis incertis annuum valorem 24. ducatorum hujuſmodi verè non excedere: alioquin proviſiones pro tempore à te factæ de Beneficiis, dictum valorem annuum excedentibus, nullæ ſint, &c. *O que tudo viſto, e como ſe prova, que o Beneficio da contenda, de que o R. Domingos de Amorim foy provido pelo dito Senhor Collector ao tempo, que o proveo, e ainda agora rendia, e rende em fructos, e deſtribuiçoens quotidianas, e outros emolumentos incertos mais de trinta mil reis; e como outro ſy naõ conſta, que ao tempo da proviſaõ do dito Beneficio pelo dito Senhor Collector ſe fizeſſe primeiro ſummario por teſtimunhas dignas de fé (como requeria o dito Breve) porque conſtaſſe o dito Beneficio naõ exceder a ſumma contheuda no dito Breve, mas antes o proveo inconſideradamente contra a forma do dito Breve, e tençaõ expreſſa de Sua Santidade, que em favor da Sé Apoſtolica naõ quiz que os Beneficios, que excedeſſem a dita ſumma de* 24. *cruzados computados pela dita maneira, os podeſſem prover*

os

os Collectores. Pronuncio, e julgo, que o dito Domingos de Amorim foy mal provido no dito Beneficio pelo dito Senhor Collector; e que o A. Eſtevaõ Rodrigues de Tovar fez boa impetra, ao qual julgo o dito Beneficio com os frutos da indevida occupaçaõ atè real entrega; e mando ao dito Domingos de Amorim deſiſta delle, e o largue ao Autor, com as cuſtas dos Autos. Liſboa, 20. *de Mayo de* 1614. Mattheus Soares.

Hæc Sententia reperitur in actis fol. 84. verſ. Notarius *Guillelmus Dias*, & nunc apud Notarium *Emmanuelem Alvares da Palma.*

RESOLUTIO LXX.

An Collectores, Auditores, & cæteri Judices Eccleſiaſtici teneantur acta præſtare ad deciſionem gravaminum ab eis interpoſitorum ad Judicium Coronæ ſuper Beneficiis Patronatûs Regii?

SUMMARIUM.

1 *Principes ſæculares eodem modo tenentur defendere Eccleſiaſticos vi oppreſſos, ſicut ſæculares.*

Ibi. *Clerici ſunt cives, & membra Reipublicæ.*

2 *Rex ex debito Officii tenetur Vaſſallos ab oppreſſionibus, & violentiis per Eccleſiaſticos illatis liberare.*

3 *Hæc protectio competit omnibus Regibus, & Principibus Chriſtianis attento omni jure.*

4 *Competit etiam ex tolerantia Sedis Apoſtolicæ.*

Ibi. *Clerici recurrentes ad Coronam in caſibus illi ſpectantibus tam de jure, communi, quàm de conſuetudine excommunicationem non incurrunt.*

5 *Ad cognitionem per viam violentiæ tenentur Legati Collectores, & cæteri Judices Eccleſiaſtici acta, & proceſſus præſtare.*

Ibi. *Conceſſo uno, cenſentur conceſſa neceſſaria ad illius expeditionem, & ſine quibus commodè expediri non poteſt.*

6 *Conceduntur non ſolum omninò neceſſaria, ſed etiam quæ conducunt ad faciliorem expeditionem.*

7 *Neceſſarium non ſolum dicitur id, quod omninò requiritur, ſed etiam illud, quod utilius eſt, & ſine quo non ita bene cauſa expeditur.*

8 *Ampliatur, quanvis ſint maiora expreſſis, & digniora conceſſis, etiamſi in uno caſu ſit maior ratio, quàm in alio.*

9 *Proceſſus, & acta facta coram Judice Eccleſiaſtico ſunt præciſé neceſſaria ad deciſionem gravaminis interpoſiti ad Coronam.*

10 *Res efficitur dubia per negationem partis.*

Ibi. *Cognitio per viam violentiæ requirit quod violentia ſit clara, & manifeſta.*

11 *Si acta non exhibeantur multa incommoda ſequerentur, & originalia exhibentur.*

12 *In hoc judicio, nihil de novo admittitur, ſed illud quod ex actis originalibus conſtat.*

13 *Veritas ex inſpectione actorum aperitur, & in eorum denegatione committitur novum gravamen.*

14 *Hæc exhibitio actorum eſt utilis, & favorabilis juriſdictioni Eccleſiaſticæ.*

15 *Exhibitio actorum procedit in hoc Regno ex concordia inter Regem, & Clerum.*

16 *Concordia refertur.*

17 *Hæc Concordia fundatur in Jure Canonico.*

18 *Hæc eſt Regni inveterata conſuetudo.*

19 *Vice-Collector* Hieronymus Batalignus *nolebat acta exhibere ad deciſionem gravaminum.*

20 *Reſponſum Procuratoris Coronæ.*

1 PRinceps ſæcularis in temporalibus eodem modo tenetur ad protectionem Eccleſiaſticorum vi oppreſſorum, ſicut Laicorum. Clerici enim pariter ſunt cives, & membra Reipublicæ temporalis; ita pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 2. *à num.* 57. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 36. *n.* 1. Valaſc. *Conſ. ult.* 100. *num.* 2.

2 Reges enim ex debito officii tenentur Vaſſallos ab oppreſſionibus, & violentiis per Judices Eccleſiaſticos, in eos illatis liberare; ut per Salgad. *dict. prælud.* 2. *à num.* 70. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 55. *& prælud.* 2. *num.* 15. *& cap.* 7. *in princip.* Covar. *Pract. cap.* 35. *num.* . Gutier. *Pract. lib.* 1. *quæſt.* 20. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 36. *num.* 3. *deciſ.* 36. *num.* 3. *& deciſ.* 32. *num.* 2.

3 Hæc protectio Regibus Portugalliæ competit, omni jure attento: ex *ſupra dicta Reſolut.* 45. *à num.* 9. & Salgad. *dict. prælud.* 2. *à num.* 78. *& prælud.* 3. *num.* 160. prout etiam competit omnibus Regibus, & Principatibus Chriſtianitatis; prout refert Salgad. *dict. prælud.* 3. *à n.* 161. Cevalh. *de Cognit. per viam violent. part.* 1. *Gloſſ.* 4. *num.* 7. *& Gloſſ.* 18. *à num.* 1. *& in Epiſtola ad Regem Caſtellæ, tom.* 4. *in princip. num.* 96. *& Commun. quæſt.* 897. *num.* 252. Covar. *dict. cap.* 35. *à num.* 1. Seſſe. *de Inhibit. cap.* 8. §. 4. *num.* 6. *&* §. 2. *num.* 5. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 139. *& cap.* 19. *n.* 31.

4 Competit etiam ex tolerantia Sedis Apoſtolicæ; ut per Salgad. *ubi proxim. dict. part.* 1. *cap.* 1. *à n.* 145. Cevalh. *dict. quæſt.* 897. *num.* 251. tum, quia hæc protectio eſt juri, & rationi conformis: plures per Salgad. *ubi prox. n.* 119. tum etiam, quia eſt in bonum Statûs Eccleſiaſtici, & ejus libertati utilis: Cevalh. *de Cognit. per viam violent. part.* 1. *Gloſſ.* 9. *num.* 11. Salgad. *dict. cap.* 1. *à num.* 146. *& num.* 290. ubi dicit, quod Clerici recurrentes ad Coronam in caſibus illi ſpectantibus, tam de jure communi, quàm de conſuetudine, excommunicationem non incurrere: juxta Conſtitutionem *Martini V.* de quo etiam ſupra diximus *Reſol.* 45. *à n.* 3.

Ad hanc ergo cognitionem per 5
viam violentiæ Regibus Portugalliæ omni jure attento competentem, ex ſupra dictis, debent Collectores, Legati, & cæteri Judices Eccleſiaſtici proceſſus, & acta præſtare, ut gravamina ab eis interpoſita ad Coronam decidantur; quia quando unum conceditur omnia cenſentur conceſſa, quæ ad illius expeditionem ſecundùm rectam rationem neceſſaria ſunt, vel ſine quibus commode expediri non poteſt: ex *Cap.* 1. *de Offic. Deleg.* ibi: *Poteris*, & ibi Gloſſ. *Cap. Præterea* 5. *eodem tit.* ibi: *Satis poteſt*; & ibi: *Super omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem*; & ibi Gloſſ. *ult. cap. Prudentiam* 21. §. *Sexta nobis, in fin.* & ibi Gloſſ. *ult. cap. Suſpicionis* 39. *eodem tit. de Offic. Deleg. cap. ult. de Dolo*, *L.* 2. ubi Jaſon. *num.* 5. *ff. de Juriſd. omn. Jud. L. Si venditor* 10. *ff. de Relig.* Felin. *in cap. Cauſam quæ, n.* 5. *de Re judicat.* Menoch. *remed.* 1. *recuper. à num.* 362. *& remed.* 6. *n.* 43. *& lib.* 1. *de Arbitr. quæſt.* 74. *à n.* 38. *& lib.* 2. *caſ.* 112. *à num.* 18. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *q.* 18. *à n.* 1.

Ampliatur, quod non ſolum 6
comprehenduntur ea, quæ ſunt omninò neceſſaria ad cauſæ expeditionem, ſed etiam ea, quæ conducunt ad commodiorem, & faciliorem executionem: ex dict. *Cap. Suſpicionis, de Offic. Deleg.* ibi: *Omnia quæ ad hunc articulum faciunt, pertinere noſcuntur*; ita Bald. *in dict. L.* 2. *ff. de Juriſd. omn. Jud.* & ibi Decius, *num.* 6. & Jaſon. *num.* 11. Purpur. *num.* 76. Archidiac. *in Cap. Solet, de Sent. excommun. in* 6. Decius

cius *in Cap. Ut debitus honor*, *n.* 28. *de Appellat.* Navar. *in principio*, *de Pœnit. diſt.* 5. *à num.* 28.

7 Neceſſarium enim non tantum dicitur id, quod omninò requiritur, ſed etiam illud, quod utilius, & commodius eſt, & ſine quo non ita benè cauſa expeditur: ex *L.* 1. & ibi Gloſſ. *verb. Neceſſarium*, *ff. de Solut. Matr. cap. Neceſſaria* 12. *q.* 1. DD. per text. *in Cap.* 1. *& in cap. Præterea*, *de Offic. Deleg.* Divus Thomas, & alii per Navar. *in Cap. Quorundam*, *notabil.* 10. *num.* 2. *de Judæis.*

8 Ampliatur ſecundò, quanvis ſint maiora expreſſis, & digniora conceſſis, etiam ſi in uno caſu eſſet maior ratio, quàm in alio: ex Surd. *Conſ.* 270. *num.* 8. Petrus Barboſ. *in L. Cum Prætor*, §. *Final*, *n.* 211. *ff. de Judiciis*, alter Barboſ. *in Collect. ad dict. cap. Præterea*, *num.* 2. *&* 4. ubi plures refert.

9 Plane proceſſus, & acta facta coram Judice Eccleſiaſtico ſunt præciſè neceſſaria, & eſſentialia ad deciſionem gravaminis ab eo interpoſiti ad Coronam: ex Cevalh. *de Cognit. per viam violent. p.* 1. *Gloſſ.* 10. *num.* 1. *&* 3. *& Gloſſ.* 15. *à num.* 1. Navar. *in cap. Cum contingat*, *remed.* 1. *num.* 9. *de Reſcript.* Salg. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 8. *à num.* 12. *cap.* 2. *à num.* 96. ubi pluribus relatis dicit hoc eſſe licitum Principi ſæculari, *& à num.* 100. hunc etiam ſecuriorem modum decidendi, eo enim facilius ſuccurritur vaſſallo oppreſſo, quin requirantur probationes extraneæ, ſed eorundem actorum, quæ faciant rem notoriam; addens *num.* 103. quòd, ſi admitterentur probationes per teſtes, quanvis oppreſſus evidenter probaret violentiam, offuſcaretur ejus juſtitia per impugnationem alterius partis: de quo etiam Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 1. *quæſt.* 18. *à num.* 1.

10 Per negationem enim, & contradictionem partis efficitur res dubia: Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 130. Surd. *Conſil.* 4. *num.* 28. Valaſc. *Conſult.* 111. *num.* 9. Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. & ceſſaret cognitio per viam violentiæ, quæ requirit violentiam, & oppreſſionem notoriam claram, & manifeſtam: ex Ordinatione Regia *lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. Barb. *de Penſionib. quæſt.* 6. *num.* 19. *in fin.* Soar. *contra Regem Angl. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 33. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 4. *num.* 11. *& cap.* 7. *num.* 2. *&* 5. *& cap.* 8. *num.* 1. *&* 2. Plures per Salgad. *dict. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 35.

Inſuper, ex non exhibitione ac- 11
torum multa incommoda ſequerentur, & ad ea evitanda reſolvit Salgad. *dict. cap.* 2. *num.* 104. ea originaliter præſtanda eſſe, ut partium utilitati expenſis, & dilationibus conſulatur, & ut ex ipſis colligatur an ſupplicans vera narret. In Actorum enim exhibitione involvitur partis defenſio, quam denegare videtur, qui media denegat, quibus ille finis aſſequitur; & inſuper denegat Regi ſuperioritatem tollendi violentias, & media accommodata ad finem conſequendum, & maneret Regia juriſdictio illuſoria; ut per Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.* 12. *num.* 6.

In hoc enim judicio nihil de 12
novo admittitur, nec replicatio, nec impugnatio, ſed illud, quod ſolum ex actis originalibus conſtat: ex Salgad. *dict. cap.* 2. *n.* 105. *& part.* 1. *cap.* 3. *à num.* 29. & probatur de jure Canonico, ex text. optimo in *Clement. Appellanti* 5. *de Appellat.* ibi: *Nec proceſſus primi Judicis, ex novis, aut de novo probandis juſtificari poteſt, vel etiam impugnari, ſed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipſo.* Salgad. *dict.* 1. *part. cap.* 7. *num.* 53. *& cap.* 3. *à num.* 25. *& num.* 34.

Cum ergo acta ſint vehiculum 13
ad Sententiam ferendam, cujus deciſio, & veritas ex inſpectione actorum

torum aperitur: ex Salgad. *de Protect. Reg. 4. part. cap. 12. num. 69.* neceſſariò acta exhibenda ſunt; aliàs in eorum denegatione nova committitur violentia, & Chartæ expediuntur ad eorum exhibitionem: Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap. 11. n. 6.* Covar. *Pract. cap. 35. n. 3.*

14 Hæc actorum exhibitio eſt valdè utilis, & favorabilis juriſdictioni Eccleſiaſticæ, quia cauſa non inſtruitur, nec veritas aperitur ex alio proceſſu, quàm ab eodem facto coram Judice Eccleſiaſtico, qui gravamen intulit, & de quo conqueritur, & ex illo ſolo proceſſu originali Eccleſiaſtico cauſa deciditur, & ſic diſpoſitum eſt per Legem Caſtellæ: *L. 36. tit. 5. lib. 2. Recopilationis*, relatam per Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 139.* ibi: *Manden traer à las nueſtras Audiencias el Proceſſo Eccleſiaſtico originalmente, &c.*

15 Idem obſervatur in hoc Regno Portugalliæ, & ſic concordatum eſt inter Reges cum Statu Eccleſiaſtico, prout conſtat ex *Concordia, cap. 6. cum Rege Joanne I.* de qua Gabr. Pereir. *tit. de Concordia, fol. 271. verſ. num. 233.* tenoris ſequentis.

Concordia Regis Joannis I. cum Clero ſuper exhibitione actorum.

16 *Item, ao que dizem aos 59. Capitulos, que conſtrange as Juſtiças a dar os Autos, que lhe entreguem os Proceſſos quando algum Leigo he demandado, e he duvida a quem pertence a juriſdicçaõ, e prende aos Eſcrivães. A eſto reſponde ElRey, que elles devem eſto de fazer quando as ſuas Juſtiças requerem aos ſeus Vigarios, que lhes enviem os Proceſſos: cà aſſim o fazem as ſuas Juſtiças, quando os ſeus Vigarios requerem, que lhos enviem; cà em eſto huma juriſdicçaõ deve ſer ajudada por outra; cà ſi o dizem os ſeus Direitos Canonicos, que hum braço deve ajudar a outro, e aſſi ſaõ Artigos entre elle, e a Clerezia.*

17 Hæc concordia fundatur in *Cap. Dilecto 6. in fin. de Sentent. excommun. in 6.* Covar. *Pract. cap. 10. num. 1.* Barboſ. *in Collect. ad dict. cap. Dilect. num. 10.* Salled. *ad Bernard. in nova edition. cap. 154. à num. 1.* ubi plures refert.

18 Hæc eſt Regni inveterata conſuetudo ſatis nota Summis Pontificibus, & eorum Legatis, & Collectoribus, qui quando mittebantur, & præſentabant ſuas commiſſiones Regi Caſtellæ, dum hoc Portugalliæ Regnum occupabant, inter inſtructiones, quæ eis dabantur ad regiminis poſſeſſionem capiendam, erat una, quòd acta præſtarent ad deciſionem gravaminum ab eis interpoſitorum ad Coronam per viam violentiæ: ex dictis *Reſolut. præcidenti, num. 34.*

19 Sed, quia Vice Collector *Hieronymus Batalignus* ea denegabat ad deciſionem dictorum gravaminum ab eo interpoſitorum ad Coronam ſuper proviſionibus Beneficiorum Patronatûs Regii, prout fecit in Beneficiis *S. Jacobi Villæ de Obidos*, & in aliis Prioratuum *Villæ de Cintra* ejuſdem Patronatus, multas contra eum querimonias ille inſignis Procurator Coronæ Doctor *Thomas Pinheiro da Veiga*, ut à Regno expelleretur, & tandem in quodam gravamine interpoſito ad Judicium Coronæ per quendam *Philippum Gomes* inquilinum Monaſterii *S. Vincentii* Ulyſſipponenſis ob ſequeſtrum, quod dictus Vice-Collector ſine cauſa juſſit imponere in reditibus *Caſalis* in Religioſorum odium, quia parcialitatem adverſam ſcandaloſè fomentabat denegando acta, dictus Procurator Coronæ, data ſibi copia gravaminis, reſ-

reſponſum præſtitit in eodem proceſſu tenoris ſequentis.

Reſponſorum Procuratoris Coronæ.

20 *A Petiçaõ de Aggravo eſtá muy douta, e muy bem fundada ſobre o exceſſo do Italiano Vice-Collector, em todos os tres pontos. Naõ deu os Autos: os termos ſaõ, pois os nega, paſſar ſegunda Carta para os dar, e tomar aſſento, e naõ o cumprindo, occuparem-ſe-lhe as temporalidades, e deſnaturalizarſe do Reino, que ſerà o mayor ſerviço de Sua Santidade, paz, e ſocego das Religioens, que ſe poſſa fazer; porque homem Catholico naõ o houve mais profanador das Religioens, e relaxador da diſciplina, e recolhimento Monachal, que eſte. He huma peſte das Religioens por ſuas negociaçoens, e o miſeravel eſtado, em que as tem poſtas as guerras, e ſchiſmas, que fomenta, naõ ſe vio nunca em Portugal; e por honra de Deos, e das Religioens, taõ veneradas, e reſpeitadas, e dos Religioſos, em Lisboa, e Portugal, ſe houvera de enterrar, quanto mais deſterrar, e pedir a Deos, e a Sua Santidade hum varaõ Legado, e Nuncio ſeu, que viera acudir a eſta diſſoluçaõ de todas as Religioens. Interim vaõ Voſſas Mercés fazendo entender o exceſſo, para que Sua Santidade, e Sua Mageſtade acudaõ a iſto.* Pinheiro.

21 Hæc reſponſio fuit inſerta ad calcem *cap.* 4. eorum, quæ meo nomine oblata fuerunt Summo Pontifici *Innocencio X.* contra dictum *Hieronymum Batalignum*, & hæc fuit una ex cauſis, propter quas à Regno expulſus fuit, & de mandato Summi Pontificis incarceratus, ubi mortuus fuit, prout ſupra dictum eſt, *Reſolutione præcedenti n.* 11.

RESOLUTIO LXXI.

An Beneficia Patronatûs Regii, & ſæcularis provideri poſſint in Militibus trium Ordinum Militarium?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia, vel ſunt ſæcularia, vel Regularia.*

2 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & Regularia Regularibus conferuntur.*

Ibi. *Indecorum eſt hominis diſparis conditionis, & habitus Eccleſiis præficere.*

3 *Quæſtio pendet: an hi milites, ſint verè, & propriè Religioſi?*

4 *Prima Sententia affirmat.*

5 *Ratio eſt, quia emittunt tria vota ſubſtantialia.*

6 *Secunda Sententia negat.*

7 *Ratio eſt, quia non emittunt ſimpliciter illa tria vota ſubſtantialia, ſed ſecundùm quid.*

8 *Reſpondetur ad fundamentum primæ Sententiæ.*

Ibi. *Nec Summus Pontifex poteſt aliquem verè, & propriè Religioſum creare, quin ſimpliciter emittat illa tria vota, nec illa auferre profeſſo, Monacho manente.*

9 *Tria vota de eſſentia Religionis, ex inſtitutione Divinâ.*

10 *Milites Ordinum Militarium poſſunt facere contractus, teſtamenta, & ſimilia, quæ poſſunt facere ſæculares.*

Ibi. *Verè Religioſi non poſſunt teſtari, nec facere actus nomine proprio, & quidquid acquirunt, Monaſterio acquirunt.*

Ibi. *Monaſterium ſuccedit Monacho in acquiſitis, & in acquirendis.*

11 *Hi Milites reputantur perſonæ Eccleſiaſticæ, quoad pivilegium fori; quoad cæteros actus reputantur ſæculares.*

12 *Hi*

cap. 7. n. 21. Sanch. *de Matr. lib. 7. cap. 29. num. 103.* Panorm. *in Rubr. de Regularibus num. 1. & in cap. Cauſam 1. n. 2. de Judic. & in cap. Dilectà n. 4. de Maioritat. & in cap. Cum olim, num. 7. de Arbitr.* Cevalh. *de Cognition. per viam violent. 2. part. q. 149. à num. 12.* Farinat. *in Antiquis deciſ. 228. part. 1. n. 1.* Phœb. *deciſ. 85. à n. 14.*

7 Ratio eſt, quia quanvis habeant quendam modum vivendi à Papa approbatum; attamen non profitentur ſimpliciter illa tria vota ſubſtantialia, quæ ſunt de ſubſtantia Religionis: ex *dict. Cum ad Monaſterium.* Cevalh. *ubi proxim. num. 13.* non enim emittunt abſolutum votum paupertatis, & obedientiæ, nec votum Caſtitatis, ſed tantum conjugalis: ex Cevalh. *ubi ſupr. n. 12. & 16.* quia habent bona, & ſunt uxorati; non ergo ſunt verè, & propriè Religioſi, ut tradit judicatum in variis deciſionibus Garc. *de Benef. dict. part. 1. cap. 4. à n. 17.* & DD. ſupra.

8 Nec obſtat fundamentum primæ Sententiæ, quia licet emittant illa tria vota, non eſt ſimpliciter, prout cæteri Religioſi, ſed ſecundùm quid, & impropriè: ad hoc enim, ut quis verè, & propriè Religioſus dicatur, debet ſimpliciter, & abſolutè illa tria vota emittere, quæ ſunt de ſubſtantia, ut quis efficiatur verè Religioſus: Riccius *3. part. deciſ. 321. num. 5.* Itaut, nec etiam Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis poſſit aliquem verè, & propriè Religioſum conſtituere, quin ſimpliciter emittat illa tria vota, nec illa auferre, profeſſo manente Religioſo: ex *text. in d. Cap. Cum ad Monaſterium, in fine, de Statu Monach.* ibi: *Abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia Caſtitatis adeò connexa eſt Regulæ Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Ita pluribus relatis Barboſ. *in Collectan. ad dict. cap. Cum ad Monaſterium, num. 11. & num. 14.*

Ratio eſt, quia illa vota ſunt de eſſentia Religionis ex inſtitutione Divina, ſuper qua non poteſt Summus Pontifex diſpenſare; ut cum Divo Thoma, & aliis reſolvit Garc. *de Benef. part. 7. cap. 10. n. 92. & 93.* Barboſ. *proxim. n. 14.* 9

Ex quo fluit, quòd hi Milites poſſunt facere contractus, teſtamenta, & alios actus, quæ poſſunt facere ſæculares: ex Valaſc. *Conſult. 108. n. 7. 8. & 23.* Quod non poſſent facere ſi eſſent verè Religioſi; hi enim non poſſunt teſtari: ex *Auth. Ingreſſi, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Auth. de Monachis, §. Illud, collat. 1.* Reputantur enim tanquam ſervi, nec poſſunt facere actus nomine proprio, & quidquid acquirunt, Monaſterio acquirunt: DD. per *text. in cap. In præſentia, de Probat.* Gratian. *Forenſ. cap. 552. n. 23.* quod ſuccedit in acquiſitis, & acquirendis, *dict. Authent. Ingreſſi.* Gratian. *deciſ. 7. à princip.* Merlin. *tom. 1. deciſ. 22.* Cabed. *part. 1. deciſ. 163. à n. 1.* Phœb. *part. 1. deciſ. 63. num.* 10

Quanvis enim hi Milites reputantur perſonæ Eccleſiaſticæ, eſt ſolum quoad privilegium fori; & ita intelliguntur DD. de quibus ſupra in prima Sententia *num. 4.* At verò quoad cæteros actus reputantur ſæculares, & ut tales coguntur reſpondere in Judicio ſæculari: ex Ordinatione Regia *lib. 2. tit. 12. §. 1. & 2.* Phœb. *part. 1. deciſ. 85.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg. 2. part. cap. 58. num. 27. & deciſ. 58. num. 13.* Valaſc. *Conſult. 131. num. 3. & 4.* Cevalh. *de Cognit. per viam violent. 2. part. quæſt. 149. à num. 12.* 11

Ex quo etiam fluit, quòd non comprehenduntur in Decretis agentibus de Regularibus, quia non ſunt verè Religioſi, quin de eis fiat ſpecialis mentio; ita Sanch. *de Matr. lib. 7. diſp. 44. num. 8.* & conſtat ex plu- 12

pluribus Concilii Tridentini Decretis *Seſſ.* 23. *cap.* 8. *de Reform.* & *Seſſ.* 24. *cap.* 11. *de Reform.* & *ſeſſ.* 25. *cap.* 22. *de Regularib.* Gabr. Pereir. *de Man. Reg.* 2. *p. cap.* 58. *num.* 25.

13 Ex qua reſolutione infertur deciſio ad noſtram quæſtionem, hos Milites poſſe habere Beneficia ſæcularia Patronatûs Regii, & ſæcularis, & liberæ collationis, quin aliquâ indigeant Apoſtolica diſpenſatione; ita Sanch. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 103. Azor *Moral. tom.* 1. *lib.* 13. *quæſt.* 2. *ad fin.* Barboſ. *in Bullar. verb. Beneficium* 1. *num.* 20. & *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 174. & *in Collect. ad Trid. Seſſ.* 14. *cap.* 10. *num.* 4. & *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. *à n.* 21. & *in Collect. Apoſtolicar. deciſionum Collect.* 61. *num.* 20. Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 85. *num.* 16. & ita declararunt Eminentiſſimi Cardinales, in declaratione, quam tranſcripſit Garc. *dict. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 24. ibi.

Declaratio Eminentiſſimorum Cardinalium.

14 *Congregatio Concilii cenſuit, Milites Regulares Militiæ S. Jacobi de Spatha, aliosque hujuſmodi, non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia, videlicet: Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, non eſſe incapaces Beneficiorum ſæcularium, ſeu ſimplicium, ſive curatorum, necque etiam penſionum.* 10. Novembris anni 1600. Eandem tranſcripſit Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 23.

15 Quare *Garcia* ſuam immutavit Sententiam, & *dict. cap.* 4. *num.* 23. dicit, ſe vidiſſe votum à plurimis Doctiſſimis juris approbatum, quos ibi refert affirmantes hos Milites poſſe habere Beneficia ſæcularia ſine diſpenſatione Apoſtolica, & cum eodem fundamento noſtram reſolutionem ſequutus fuit Farinacius *dict. part.* 1. *deciſ.* 228. *num.* 1. *in princip.* idem etiam judicavit Eminentiſſimus Cardinalis *Pamphilius*, dum Rotæ Auditoris officio fungeretur; ut per Garc. *dict. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 118.

Nec obſtat, quòd Milites Hiero- 16
ſolymitani, & Hoſpitalarii non poſſunt abſque diſpenſatione Apoſtolica Beneficia ſæcularia obtinere; ut per Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 8. *num.* 42. ubi alios refert.

Reſpondetur enim hos Milites 17
ideo ea non poſſe habere, quia ſunt verè, & propriè Religioſi, & emittunt illa tria vota ſimpliciter: ex Riccio 3. *part. deciſ.* 321. *num.* 4. Phœb. 2. *part. deciſ.* 171. *num.* 18. Gabr. Pereir. *de Man. Reg.* 2. *part. cap.* 48. *in fin.* Rebellus *de Juſt.* 2. *p. lib.* 3. *quæſt.* 4. *n.* 13. Gratian. *Forenſ. cap.* 363. *à num.* 21. & *cap.* 457. *à n.* 25. Sanch. *tom.* 2. *Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 102. Cevalh. *de Cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 149. *n.* 21. Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 23. & 24.

Ideo hi, & alii verè Religioſi 18
non poſſunt Beneficia ſæcularia obtinere; ut per Gonzal. *ſupra n.* 16. nec eſſe, nec agere in Judicio ſine licentia Superioris: ex *Cap. Monachi* 2. 16. *quæſt.* 1. ubi Barboſ. *in Collect. n.* 1. & 2. *Clement. Religioſus, de Procurator.* ubi Barboſ. *in Collect. à num.* 1. Riccius *p.* 1. *deciſ.* 6. *n.* 1.

Nec poſſunt eſſe arbitri ſine li- 19
centia Superioris, *dict. Cap. Monachi* 2. 16. *quæſt.* 1. ubi Barboſ. *in Collect. plures refert num.* 3. DD. per text. *in Cap. Ex parte, de Poſtuland.* Flamin. *de Reſign. lib.* 9. *quæſt.* 4. *num.* 15. & 16.

Nec executores ultimarum vo- 20
luntatum, quin præcedat dicta licentia: Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. alleg.* 82. *num.* 36. Cevalh. *Commun. quæſt.* 88. *num.* 1. DD. per text. *in Cap.* 2. *de Teſtam. num.* 6. ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 2. Sanch. *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 11. *n* 2.

The-

Themud. *part.* 1. *deciſ.* 62. *num.* 5. quæ teſtamentaria accepta à Religioſo cum licentia Prælati non tranſit ad Monaſterium mortuo Religioſo, nec etiam ad hæredes: Sanch. *dict. cap.* 11. *num.* 21. Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 95. *num.* 2.

21 Nec poſſunt alios actus facere judiciales, nec extrajudiciales, quia per profeſſionem mortui dicuntur: DD. per text. *in Cap. In præſentia*, *de Probat.* pluribus relatis Flamin. *de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 4. *num.* 13. DD. per text. *in L. Deo nobis*, *Cod. de Epiſcop. & Clericis.*

22 Nec poſſunt eſſe in judicio, abſque dicta licentia: *Cap. Monachi* 16. *quæſt.* 1. Gloſſ. *in Cap. Non dicatis*, *eadem cauſa*, *& quæſtione*, ubi Navar. *num.* 29. *&* 64. *Clement. Religioſus*, *de Procuratoribus*, ubi Barboſ. *in Collect. num.* 5. *&* 6. Riccius *p.* 1. *deciſ.* 6. *in princip.* Nec poſſunt conſtituere Procuratorem, nec alium ſubſtituere, eâ non præcedente: *Dict. Clement. Religioſus*, *in fine*, ubi Barboſ. *n.* 7. & Riccius *ubi proxim.* Themud. 2. *part. deciſ.* 192. *n.* 1.

23 Hæc omnia poſſunt facere Milites trium Ordinum Militarium ſine licentia Superioris, & Beneficia ſæcularia obtinere, quia non ſunt verè Religioſi, & ita ſervatur in praxi; ſicque in effectu plures fratres Militiæ proviſi fuerunt in Beneficiis Patronatûs Regii, prout fuerunt *DD. Andreas Franco* in Parochiali Eccleſia *S. Jacobi* hujus Civitatis Ulyſſipponenſis, *Emmanuel Alvares Carrilho* in Eccleſia de *Ruiva*, Epiſcopatus Lamecenſis, *Frater Andreas Ferraõ* in Canonicatu Eccleſiæ Collegiatæ de *Alcaceva* Sanctaranenſis, & in Beneficiis Status Bragantiæ *Frater Sebaſtianus Nunes Barboſa* in Abbatia de *Covas de Barroſo* Bracharenſis, *Frater Simon Pereira* in Canonicatu de *Ourem*: & in Beneficiis liberæ collationis *Fr. Jacobus Valente* in Prioratu *Sancti Alexii* Portalegrenſis, *Fr. Petrus Neto* in Canonicatu ejuſdem Epiſcopatus, *Fr. Joannes de Sande Fuzeiro* in Abbatia *S. Mariæ de Zezere* Epiſcopatus Portuenſis, & plures alii.

RESOLUTIO LXXII.

An vacante Beneficio juris Patronatûs in menſe Patroni per mortem proprietarii, qui illi reſignaverit in manibus Pontificis in favorem tertii, poſſit Ordinarius illud ad præſentationem Patroni providere? Et an proviſus per Ordinarium Tuitivâ Regiâ tueri poſſit contra proviſum Apoſtolicum?

SUMMARIUM.

1 *Facti contingentia*, *& num.* 2. *&* 3.

4 *Omnia Beneficia vacantia in Curia tam per mortem, quàm per reſignationem ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervata.*

Ibi. *Nullus inferior poteſt ea conferre; aliàs facultate conferendi privatur, & in pœnam excommunicationis incurrit, ibi in fine.*

5 *Reſervatio inficit poſſeſſionem, & titulum.*

Ibi. *Habet Decretum irritans.*

6 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes.*

7 *Beneficia vacant tam per mortem, quàm per reſignationem.*

Ibi. *Per reſignationem vacant Beneficia, ac ſi per mortem.*

Ibi. *Reſignatione acceptata, per Pontificem ſtatim reſignans amittit titulum, & poſſeſſionem, & omne jus, quod habet in Beneficio.*

8 *Beneficia juris Patronatûs Regii, & Sæcularis, quanvis vacent in Curia, non ſunt reſervata.*

10 *Præventio Pontificis in proviſione omnibus præfertur.*

Ibi *Appoſitio manûs Pontificis, eſt maio-*

maioris efficaciæ, quàm reſervatio.

11 *Beneficia ſunt affecta Pontifici per appoſitionem manus.*

12 *Ita judicavit Proviſor Bracharenſis.*

13 *Tuitiva non prodeſt poſſidentibus titulo Ordinarii, quando Beneficium eſt reſervatum.*

14 *Poſſeſſor titulo Ordinarii in Beneficiis reſervatis non poteſt juvari aliquo remedio poſſeſſorio retinendæ, nec recuperandæ, quia caret omni juris adminiculo.*

15 *Poſſeſſio in his terminis dicitur improba, & iniqua.*

Ibi. *Non manutenetur poſſidens titulo Ordinarii Beneficium reſervatum.*

Ibi. *State evidenti reſervatione ſtatim conſtat de vitio, & improbitate poſſeſſionis.*

Ibi. *Poſſeſſio eſt fundamentum, & de ſubſtantia manutentionis:*

16 *Quando evidenter conſtat de improbitate tituli, ſtatim poſſeſſio manet improba, & reſoluta.*

17 *Nec illa poſſeſſio occupanti prodeſt.*

Ibi. *Titulus infectus non habet colorem tituli.*

Ibi. *Idem eſt non habere titulum, ac nullum habere.*

18 *Titulum habens ab eo, qui illum non poteſt conferre, dicitur notoriè intruſus.*

19 *Non ſufficit, quòd titulus conferatur à Superiore, ſed à legitimo.*

Ibi. *Qui non habet titulum à legitimo Superiore, non eſt legitimus contradictor.*

20 *Rex, & Lex non intendunt conſervare, nec manutenere poſſeſſorem intruſum.*

Ibi. *Si intruſus injuſtâ poſſeſſione defenderetur, daretur occaſio delinquendi, aperiretur via fraudibus, & notoria fieret injuſtitia.*

21 *Manutentio non conceditur in Beneficiis reſervatis, nec quando notoriè conſtat de defectu tituli, & improbitate poſſeſſionis.*

22 *Decretum irritans deſtruit poſſeſſorium ſummariſſimum, nec poſſeſſor poteſt juvari aliquo remedio poſſeſſorio, quamvis ſummariſſimo manutentionis.*

23 *In judicio manutentionis non attenditur quæſtio dominii, nec poſſeſſionis, ſed ſola facti inſiſtentia, & nuda detentio.*

24 *Poſſeſſor conſervatur quando poſitivè non conſtat de defectu tituli, nec de injuſta poſſeſſione; ſecùs quando conſtat de illius defectu, & de improbitate poſſeſſionis: tunc denegatur manutentio, & quæcunque fuerit revocanda.*

25 *Probatio facta per inſtrumenta, & per juris diſpoſitionem, dicitur evidens clara, & liquida probatio.*

26 *Ad manutentionem ſufficit titulus coloratus.*

28 *Ceſſante fundamento Sententiæ, ceſſat etiam virtus ejus.*

29 *In Tribunalibus Supremis non attenditur ſubtilitatibus juris, ſed veritati.*

31 *Sententia revocatoria duarum priorum.*

32 *Fuit impedita in Chancellaria.*

33 *Fuerunt impedimenta rejecta.*

HÆc quæſtio contigit de facto, anno 1657. inter *Joannem Marques*, & *Emmanuelem Barboſa Cabral*, in cujus favorem *Martinus Siqueira* Abbas *S. Jacobi de Sandim* Archiepiſcopatus Bracharenſis reſignaverat, & acceptâ per Sedem Apoſtolicam reſignatione, die 2. menſis Decembris anni 1656. Et impetrata ſtatim diſpenſatione in regula de viginti mortuus eſt dictus Abbas reſignans die 17. ejuſdem menſis Decembris. 1

Quare Abbas Monaſterii de *Pombeiro* Patronus ejuſdem Eccleſiæ præſentavit in Abbatem ejuſdem Eccleſiæ dictum *Joannem Marques*, quem 2

quem Ordinarius Bracharenſis ad ejus præſentationem inſtituit, & adeptâ pacificâ poſſeſſione, *Regiam Tuitivam* impetravit, ut in ſua poſſeſſione manuteneretur, donec per tres Sententias Judicii competentis convictus eſſet.

3 Contra hanc Tuitivam dictus *Emmanuel* proviſus Apoſtolicus impedimenta obtulit obreptionis, & ſubreptionis coram *Præſide Provinciæ Vimaranenſis*, quæ quanvis reciperet, habuit in fine pro non probatis, à qua Sententia dictus *Emmanuel* gravamen interpoſuit ad Senatum Portuenſem; & quia in eo fuit confirmata Sententia, iterum dictus Emmanuel ad Senatum Supplicationis gravamen interpoſuit, & tranſportatis actis, pro aggravante contra proviſionem Ordinarii ſequentes obtuli rationes.

4 In primis illam proviſionem Ordinarii eſſe nullam ipſo jure; certi enim juris eſt, omnia Beneficia vacantia in Curia tam per mortem, quàm per reſignationem, eſſe Sedi Apoſtolicæ reſervata, quin aliquis Prælatus inferior, tam ordinarius, quàm extraordinarius, poſſit ea conferre; aliàs collatio per eos facta eſt nulla ipſo jure: ita textus formalis, & expreſſus *in Cap. 2. ad finem, de Præbend. in 6.* ibi: *Si ſecus actum, vel attentatum fuerit, decernimus irritum, & inane*; & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 1. *& n.* 10. ubi plures refert, *& de Poteſt. Epiſcopi, alleg.* 57. *num.* 33. & 34. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 3. *Proœm. num.* 146. Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 138. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 62. *num.* 7. & ſi Ordinarius ea conferat, privatur facultate conferendi, & in pœnam excommunicationis incurrit: ex Bulla *Pii IV.* quæ incipit: *Volentes*; & ex alia, quæ incipit: *Cupientes*; de quibus Barboſ. *in Collect. Apoſtol. deciſion. Collect.* 61. *num.* 4.

5 Reſervatio enim inficit poſſeſſionem, & titulum: Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 5. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 31. *num.* 7. Gabr. Pereir. 2. *part. cap.* 62. *num.* 11. *&* 33. & eſt penetrabilior gladio ancipiti: ut pluribus relatis reſolvit Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 5. *Proœm. n.* 55. & cum habeat Decretum irritans, deſtruit omnia facta in contrarium, velut fulgur: ex Gonzal. *Gloſſ. ult. à num.* 12. Barboſ. *in Votis lib.* 3. *vot.* 106. *n.* 82. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 37. *&* 38. & DD. relati ſupra *Reſolut.* 37. *num.* 32.

6 Quod Decretum ligat etiam ignorantes, itaut proviſio facta ab Ordinario ignoranter, & bonam fidem habente, & in jure communi ſuam juriſdictionem fundante, ſit ipſo jure nulla: DD. per text. *in Cap. Si eo tempore* 45. & ibi Gloſſ. *verb. Ignoranter, de Elect. in 6.* ubi Barboſ. *in Collect. num.* 3. *cap.* 1. *de Conceſſ. Præbend. in 6.* ubi Barboſ. *in Collect. num.* 5. *Proœm. num.* 116. *& Gloſſ. ult. num.* 18. & ita judicatum *infra num.* 12.

7 Ampliatur Reſolutio: ſive vacatio in Curia contingat per mortem, ſive per reſignationem, utroque enim modo Beneficia vacant: ex *Cap. Suſceptum, de Reſcriptis in 6.* ubi Barboſ. *in Collect.* ubi *num.* 16. dicit æquiparari ad hunc effectum utrumque modum vacationis, per renuntiationem enim vacant Beneficia, ac ſi per mortem: plures per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 22. Flamin. *&* DD. relati ſupra *Reſolut* 34. *num.* 2. acceptatâ enim reſignatione per Pontificem, ſtatim reſignans amittit omne jus, titulum, & poſſeſſionem Beneficii: ita DD. per text. *in Cap. Ex tranſmiſſa*, ubi Barboſ. *in Collect. num.* 4. *Cap. Quod in dubiis, de Renuntiat.* plures DD. relati ſupra *Reſolut.* 34. *num.* 3.

8 Limita tamen prædicta in Beneficiis juris Patronatûs Regii, & Sæcularis, quanvis vacent in Curia, tam

tam per mortem ; quàm per reſignationem, nunquam ſunt reſervata: ex Valaſc. *Conſult.* 163. *num.* 8. Barboſ. *in Collect. ad dict. cap.* 2. *de Præbend. in* 6. *num.* 12. *& de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 26. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 17. *num.* 2. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *à n.* 452. Covar. *Pract. cap.* 36. *num.* 2.

9 Planè iſtud Beneficium eſt de Patronatu Eccleſiaſtico, & vacavit in Curia per reſignationem dicti Abbatis *Martini* in favorem dicti *Emmanuelis*, & fuit acceptata per Summum Pontificem in die 2. menſis Decembris, & reſignans obiit die 17. ejuſdem menſis, quindecim diebus lapſis poſt acceptam reſignationem, ut patet ex actis.

10 Ergo non vacavit per mortem, ut Patronus Eccleſiaſticus poſſet præſentare, & Ordinarius conferre, tum propter reſervationem ſupra dictam *in dict. cap. Cum propter præventionem Pontificis*, ex *cap. Si à Sede Apoſtolica*, *de Præbend. in* 6. Boer. *deciſ.* 24. *num.* 4. *&* 5. Gonzal. §. 4. *Proœm. n.* 93. *&* 96. Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 768. *num.* 1. Appoſitio enim manûs Pontificis eſt maioris efficaciæ, quàm reſervatio: Menoch. *lib.* 1. *conſil.* 83. *num.* 31. Lancelot. *de Attent.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 7. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancell. Gloſſ.* 52. *à num.* 9. Vivian. *de Jur. Patronat. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 59. *&* 60. *ubi à num.* 63. refert 21. caſus, in quibus Beneficia ſunt affecta.

11 Beneficia enim per appoſitionem manûs ſanctiſſimi ita ei ſunt affecta, ut nullus inferior de eis poſſit diſponere: ita *Extravagans ad Romani Pontificis*, §. *Romani quoque Pontificis*, *de Præbend. inter commun. cap. Ut noſtrum* 56. *de Appellat.* plures per Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 1. *à num.* 138. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 3. *Proœm. num.* 146. Themud. 3. *part. quæſt.* 11. *n.* 57. *in fin.* Barboſ. *de Poteſtate Epiſcop. alleg.* 57. *à num.* 32. Gabr. Pereir. *Cap.* 62. *num.* 7. Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 154. *num.* 13. Barboſ. *in Cap. Ut noſtrum* 56. *num.* 7. *de Appellationibus.*

Ita judicavit *Proviſor Bracharenſis* Bullarum dicti *Emmanuelis* executor, per Sententiam repertam in actis Tuitivæ fol. 63. contra exceptiones oppoſitas per *Joannem Marques* latam 29. Junii 1658. in verbis ibi.

Fundamentum Sententiæ Judicis Apoſtolici.

12 *E aſſim conſta haver ſido o Embargante nullamente collado neſte Beneficio ; porque ſe moſtra naõ vagar* per obitum, *por eſtar já neſſe tempo reſignado nas mãos de Sua Santidade, e nellas provido o Embargado, e haver pela tal reſignaçaõ vagado* apud Sedem Apoſtolicam, ſeu in Curia ; *e aſſim ſer dos Beneficios da primeira reſervaçaõ* in jure *expreſſa, que por direito faz nenhum o titulo, e collaçaõ ordinaria*, ſcienter, vel ignoranter *conferida. Hei os embargos recebidos por naõ provados.* Et ibi : *E julgo, que eſte provimento Apoſtolico ſe deve executar, e que tem lugar a reſervaçaõ referida, e haver ſido a collaçaõ, e titulo do Embargante nenhum, e por direito incapaz para nem ainda lhe poder dar os effeitos de titulo corado a ſua poſſe ; e que o Embargante a largue com todos os frutos certos, que em virtude de tal collaçaõ, e poſſe haja recebido, os quaes ſe liquidaraõ na execuçaõ, &c.*

13 Ex quibus concludebant primò nullo modo dicto *Joanni* Tuitivam concedi poſſe, ut manuteneretur virtute tituli Ordinarii, illâ obſtante reſervatione, & jure reſiſtente: ex Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 17. *&* 18. *& quæſt.* 46. *num.* 61. Ludoviſ. *deciſ.* 370. *num.* 1. & ibi

Bel-

Beltramin. *in Addit. num.* 10. Plures per Poſth. *de Manut. obſ.* 44. *n.* 14. Rot. per Poſth. *deciſ.* 187. *n.* 7. & 8. & *in Recent.* 2. *part. deciſ.* 752. *n.* 4.

14 Secundò, quia cum illa reſervatio contineat Decretum irritans: ex ſupra dictis *num.* 5. quòd inficit omnem poſſeſſionem, & ſine titulo non poteſt poſſeſſor juvari aliquo remedio poſſeſſorio retinendæ, nec recuperandæ, quia caret talis poſſeſſio omni juris adminiculo, & effectu; ita pluribus relatis Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 31. *n.* 7. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *p. cap. ult. num.* 167. *in fine.*

15 Dicitur enim in his terminis infecta, improbata, & iniqua poſſeſſio; ut per *Rotam*, & *Gonzales* relatos per Barboſ. *in Votis lib.* 3. *vot.* 95. *n.* 27. addentem *num.* 28. cum *Ludoviſio*, & variis *Rotæ* deciſionibus, non eſſe manutenendum proviſum per Ordinarium de Beneficio reſervato. Poſth. *de Manut. obſ.* 46. *per totam.* Rota 4. *p. Diverſor. deciſ.* 176. *num.* 3. & pluribus relatis Barboſ. *dict. Voto* 95. *num.* 29. Ubi reſolvit, quòd ſtante evidenti reſervatione ſtatim evidenter conſtat de vitio, defectu, & improbitate poſſeſſionis, quæ eſt fundamentum, & de ſubſtantia manutentionis; ut per eundem Barboſ. *dict. voto* 106. *n.* 64.

16 Et quando evidenter conſtat de improbitate tituli, manet ſtatim poſſeſſio improba, & reſoluta, ac ſi non eſſet: ex *Cap. Cum dilectus*, *de Cauſa poſſeſſ.* Plures per Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 5. *num.* 4. Barboſ. *dict. num.* 64. *in fine*, & *num.* 67.

17 Nihil enim illa poſſeſſio occupanti prodeſt: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 870. *n.* 16. Poſth. *obſ.* 44. *n.* 20. nec titulus ille infectus habet colorem tituli: ex Barboſ. *in Collect. ad dictum cap.* 2. *num.* 11. *de Præbend. in* 6. & *de Poteſtate Epiſcopi alleg.* 57. *num.* 20. quia idem eſt illum non habere, ac nullum habere: ex Surd. *deciſ.* 45. *num.* 17. Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 5. Riccius *in Prax. aurea*, *reſol.* 479. *n.* 2. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap. ult. num.* 167. *ad finem.*

Tertio, quia dictus *Joannes* erat notorié intruſus, & ſine aliquo colore tituli, utpote collati ab eo, qui non habebat poteſtatem, nec juriſdictionem ad illud conferendum: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 441. *n.* 19. Sanch. *de Matr. lib.* 3. *diſp.* 22. *num.* 50. Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 7. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 20. Ludoviſ. *Poſth. obſerv.* 402. *n.* 107. Flor. *Var. quæſt.* 4. *num.* 41. & 46. & 49. Mantic. *de Tacit. deciſ.* 118. *n.* 11. Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 68. *num.* 3. 18

Non enim ſufficit, quòd titulus conferatur à Superiore, ſed à legitimo; (qualis non eſt Ordinarius in Beneficiis reſervatis, ex dictis *ſupra n.* 4.) ita pluribus relatis Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 4. *n.* 284. *Sanch. Valaſc. Barboſ. Poſthius*, *Flores*, & *Mantica*, ubi proximè. Cum ergo dictus *Joannes* non haberet titulum à legitimo Superiore, non erat legitimus contradictor ad impediendam proviſionem Apoſtolicam *Emmanuelis*, nec poſſeſſionem Beneficii: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 339. *num.* 11. & 12. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *p. cap. ult. num.* 167. 19

Quartò, quia nec Rex, nec Lex intendit intruſum, & vitioſum poſſeſſorem conſervare, nec manutenere, jure reſiſtente, prout eſt dictus *Joannes*: ex Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 5. & 19. Caſtr. *in Praxi* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 172. *num.* 6. Gratian. *Forenſ. cap.* 334. *n.* 14. & *cap.* 870. *à n.* 15. Themud. *deciſ.* 162. *num.* 5. & 9. Poſth. *de Manut. obſ.* 42. *num.* 150. quem refert, & ſequitur Barboſ. *dict. voto* 95. *num.* 30. ubi cum aliis reſolvit, quòd ſi intruſus in injuſta poſſeſſione defenderetur, daretur occaſio delinquendi, & *voto* 106. *num.* 68. & aperiretur via frau- 20

fraudibus, & notoria fieret injuſtitia: ex *Cancerio*, & *Scacia* relatis per Barboſ. *ubi proxime*, *&* *voto* 95. *num.* 30.

21 Quintò, quia manutentio non conceditur in Beneficiis reſervatis, ut in præſenti: Poſth. *deciſ.* 225. *n.* 9. *& de Manutent. obſerv.* 42. *n.* 137. Valaſc. *Conſult.* 79. *à num.* 5. Barboſ. *voto* 95. *num.* 27. Caſtr. *in Prax.* 2. *part. cap.* 11. *num.* 10. nec quando notoriè conſtat de defectu tituli, & improbitate poſſeſſionis: (ut in præſenti) Barboſ. *d. vot.* 106. *num.* 67. *&* 69. Poſth. *deciſ.* 234. *num.* 4. *& obſ.* 42. *num.* 137. *à num.* 155. *& obſerv.* 44. *num.* 20. Gratian. *Forenſ. cap.* 870. *num.* 16. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *n.* 138. Barboſ. *vot.* 95. *num.* 27. Ergo nullo modo dictus *Joannes* eſt manutenendus, & illius tuitiva tanquam ſubreptitia revocanda.

22 Contra quod non obſtant fundamenta Senatorum inferioris Senatus; quòd quanvis ſupra dicta procederent in poſſeſſorio ordinario, non tamen in ſummariſſimo manutentionis. Addentes, quòd quanvis decretum irritans annullet poſſeſſionem quo ad omnes juris effectus, non tamen auferebat manutentionem, detentationem, & facti inſiſtentiam. Sed jam convictum manet hoc fundamentum ex dictis *ſupra num.* 13. & ex eo, quia decretum irritans, de quo in *dict. cap.* 2. *de Præbend. in* 6. deſtruit etiam poſſeſſorium ſummariſſimum, ut pluribus relatis Gonzal. *Gloſſ. ult. num.* 29. ita ut poſſeſſor non poſſit juvari aliquo remedio poſſeſſorio, nec etiam ſummariſſimo manutentionis; *addens num.* 31. nullum remedium competere huic poſſeſſori, *& Gloſſ.* 31. *num.* 7. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 137.

23 Non obſtat ſecundum, quòd in judicio manutentionis non admittitur quæſtio dominii, proprietatis, nec poſſeſſionis, ſed ſola facti inſiſtentia, & nuda detentio: ex Poſth. *de Manut. obſ.* 42. *n.* 10. Covar. *Pract. cap.* 17. *num.* 5. *verſ. Sic ſanè.* Menoch. *Retinend. remed. ult. n.* 18. *&* 44. Barboſ. *voto* 21. *à num.* 13. quanvis non exhibeatur titulus: plures per Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 29. *num.* 5.

Reſpondetur enim, hoc procedere quando poſitivè non conſtat de defectu tituli, nec de injuſta poſſeſſione; tunc enim poſſeſſor eſt conſervandus, quatenus lis pendet; ut pluribus relatis Barboſ. *dict. lib.* 3. *vot.* 106. *num.* 66. non tamen, quando poſitivè, & notoriè conſtat, (ut in præſenti) de defectu tituli, dominii, & de improbitate poſſeſſionis; tunc enim non eſt danda manutentio, immò poſſeſſio, qualiſcunque fuerit, eſt revocanda; ut pluribus relatis reſolvit idem Barboſ. *dict. vot.* 95. *num.* 27. *& voto* 106. *num.* 67. Flor. *de Men. quæſt.* 4. *num.* 46. *& DD. ſupra n.* 20. 24

Planè per Sententiam Judicis Apoſtolici repertam in actis, de qua *ſupra num.* 11. fuit condemnatus titulus, & poſſeſſio *Joannis*, tanquam improba, & iniqua, utpote infecta per decretum irritans, de quo in dicto *Cap.* 2. *de Præbend. in* 6. & attento jure, probatio facta per juris diſpoſitionem, & per inſtrumenta dicitur evidens, clara, & liquida probatio: ex Gratian. *deciſ.* 43. *à num.* 1. Phœb. 2. *p. deciſ.* 152. *n.* 28. Tiraquel. *de Retract. ligangier.* §. 2. *Gloſſ.* 1. *à n.* 20. *uſque ad n.* 24. DD. per text. *in L. Licet Imperator*, *ff. de Legat.* 1. Covar. *lib.* 2. *Var. cap.* 6. *num.* 1. 25

Nec obſtat tertium, quòd dictus *Joannes* non poterat vocari intruſus; quia habebat titulum ab eo, qui eum dare poterat, qualis erat Ordinarius Bracharenſis, & ſufficere ad manutentionem titulum coloratum: ex Menoch. *Recuperand. remed.* 25. *num.* 463. Boer. *deciſ.* 213. 26

Va-

Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 4.

27 Sed convincitur ex dict. text. *in dict. cap.* 2. quod habet Decretum irritans, & non ſufficit quòd titulus à Superiore conferatur, ſed à legitimo; qualis non eſt Ordinarius circa Beneficia reſervata: ex dictis *ſupra num.* 18.

28 Ceſſantibus ergo fundamentis Sententiæ, ceſſat etiam virtus ejus: *L. Egi tecum, ff. de Except. rei judicat. L. Si Prætor* 75. §. *Marcellus*, *ff. de Judic.* Mendes à Caſtr. *in Praxi part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 35. *&* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 25. *&* 26. plures per Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *centur.* 6. *caſ.* 526. *n.* 8.

29 Ex quibus omnibus, & ſingulis concludebam, illas Sententias eſſe revocandas per veritatem compertam ex actis: ex Ordination. Regia *lib.* 3. *tit.* 63. *in princip. & tit.* 66. *in principio*, & paſſim alibi: in Tribunalibus enim ſupremis non attenditur ſubtilitas juris, ſed ſolum veritas; ut per Gail *lib.* 1. *obſerv.* 86. *num.* 6. & in illis proceditur ſola facti veritate inſpecta: Surd. *Conſil.* 166. *n.* 7. *& Conſil.* 273. *n.* 2. Gail *dict. lib.* 1. *obſerv.* 42. *à num.* 1. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 21. Marant. *de Ord. Judic.* 4. *p. diſt.* 9. *à num.* 32. Valaſc. *de Jur. Emphyteut. quæſt.* 6. *num.* 12. Xamar. *de Offic. Judic. part.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 103. addens *num.* 104. quòd in his terminis poteſt Judex Supremus interponere officium ſuum, etiam parte non opponente, veritate comperta ex actis.

30 His rationibus, & fundamentis, Sapientiſſimus Senator *Joannes Leite de Aguilar*, Cathedraticus Conimbricenſis, literis, & memoriæ felicitate fœcundiſſimus, cum Sapientiſſimis Senatoribus *Joanne Zuzarte da Fonſeca*, & *Joſepho Pinheiro* Sententiam revocatoriam protulerunt tenoris ſequentis.

Sententia Supplicationis.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. 31
Aggravado he o Aggravante pelos Dezembargadores da Relaçaõ do Porto, por julgarem a Tuitiva conſervatoria, de que ſe trata, por valida, e havida por verdadeira informaçaõ, para que por meyo della foſſe o aggravado conſervado na poſſe da Abbadia, de que ſe trata, revogando ſua Sentença, viſtos os Autos; e como o remedio das Tuitivas naõ aproveita aos detentadores intruſos, qual he o dito Aggravado, por lhe faltar o titulo côrado, na fórma, que de direito ſe requer em ſemelhantes caſos; e viſto outro ſy, como na ſupplica ſe ſupprimiraõ couſas eſſenciaes, e ſe exprimiraõ outras menos verdadeiras, que ſe foraõ expreſſas ao dito Senhor, veroſimelmente naõ concedera a dita Tuitiva. O que viſto, e o mais dos Autos, julgaõ a dita Tuitiva por nulla, e havida com menos verdadeira informaçaõ, e mandaõ, que por ella ſe naõ faça obra alguma; e condemnaõ ao Aggravado nas cuſtas dos Autos. Lisboa, 12. *de Julho de* 1659. Pinheiro. Fonſeca. Leite de Aguilar. *Eſcrivaõ*, Pedro Varella, *no Officio de* Lourenço de Barros de Andrade.

Contra hanc Sententiam dictus 32
Joannes exceptionem oppoſuit in *Chancellaria*, ſuper qua lata fuit Sententia per eoſdem Judices tenoris ſequentis.

Sententia ſuper exceptionibus.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. 33
Sem embargo dos Embargos, que naõ recebem por ſua materia, e Autos, a Sentença embargada ſe cumpra, e paſſe pela Chancellaria; e condemnaõ ao Embargante nas cuſtas na fórma da Ordenaçaõ. Lisboa, 22. *de Agoſto de* 1659. Pinheiro. Fonſeca. Leite de Aguilar.

Digitized by Google

RESOLUTIO LXXIII.

An contra Tuitivam obtentam ſuper Beneficio Patronatûs Regii, vel Eccleſiaſtici objici poſſit defectus tituli, & an ad manutentionem ſufficiat ſola poſſeſſio, & nuda facti inſiſtentia?

SUMMARIUM.

Duplex eſt judicium poſſeſſorium; vel ſummariſſimum, & momentaneum; vel ordinarium, & plenarium.

1 *Judicium poſſeſſorium ſummariſſimum eſt preparatorium ad judicium ordinarium.*

Ibi. *Poſſeſſorium ordinarium eſt preparatorium ad judicium plenarium.*

Ibi. *Requirit ſummariam cauſæ cognitionem nullo ſervato juris ordine.*

2 *In poſſeſſorio ordinario, & plenario, proceditur ſervato juris ordine cum plenaria cauſæ cognitione.*

3 *Tuitiva quid ſit?*

4 *In poſſeſſorio ſummariſſimo Tuitiva reſpicit tantùm poſſeſſionem, ut eam impetrans manuteneatur, quatenus quæſtio poſſeſſionis, aut proprietatis non deciditur.*

Ibi. *Dictio* (donec) *habet naturam ſuſpenſivam; in fine.*

5 *Ex manutentione nullum præjudicium reſultat cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis, in judicio plenario.*

6 *Tuitiva apud varias nationes diverſis nominibus appellatur.*

7 *Ut aliquis manuteneatur non eſt neceſſe docere ſe eſſe verum, & juſtum poſſeſſorem.*

8 *Nec juſtificatio boni juris poſſidentis, nec docere quo titulo rem poſſideat.*

9 *Nec probare titulum, nec cauſam poſſidendi.*

10 *Contra impetrantem Tuitivam excipi non poteſt de defectu proprietatis, quæ in hoc judicio non admittitur.*

11 *Limitatur, ſi excipiatur de notorio juris defectu, & de nullitate tituli in continenti probata; tunc enim non manutenetur, nec reſtituitur, ſi ſpolietur.*

12 *Sententia Supplicationis in materia.*

13 *Limitatur ſecundò ſi objiciatur contra Tuitivam de materia ſubreptionis, & obreptionis, quæ poſſeſſionem impetrantis enervet; vel ſi non fecit mentionem de Sententia lata in favorem deverſarii.*

14 *Præmiſſæ ſupplicæ ad impetrandam Tutitivam, ſemper juſtificantur, citata parte, aliàs Tuitiva non ſuffragatur.*

15 *Ad manutentionem obtinendam ſufficit poſſidere naturaliter, & de facto.*

Ibi. *Sufficit nuda detentio, & ſola facti inſiſtentia.*

16 *Sufficit probare nudam poſſeſſionem tempore impetrationis, & litis motæ, quanvis aſininæ, & beſtialis.*

Ibi. *Poſſeſſio ſemper eſt probanda.*

Ibi. *Poſſeſſio cum ſit quid facti non præſumitur.*

Ibi. *Poſſeſſio eſt de eſſentia, & ſubſtantia manutentionis.*

17 *Poſſeſſio impedita, proteſtata, & offuſcata non eſt manutenibilis.*

Ibi. *Nec illa, quæ liti cauſam dedit.*

Ibi. *Nec quando conſtat de improbitate poſſeſſionis.*

18 *Poſſeſſio ad manutentionem probatur per inſtrumentum apprehenſionis, alio non poſſidente.*

19 *Poſſeſſio capta authoritate Judicis, eſt juſta, & manutenibilis.*

20 *Sic judicatum in Senatu Portuenſi in favorem Abbatis de Avioſo* Sebaſtiani Mendes de Vaſconcellos.

21 *Ab hac Sententia Collegium gravamen*

vamen interpoſuit ad Senatum Supplicationis.

22 *In ſupplica Tuitivæ eſt facienda mentio Sententiæ habitæ in poſſeſſorio.*

23 *In ſupplica Tuitivæ non eſt facienda mentio unionis Eccleſiæ, quia reſpicit materiam proprietatis, & de ea non agitur per viam exceptionis contra Tuitivam, & num.* 25.

24 *Unio, quæ non fuit ſortita effectum in vita Pontificis concedentis, non exequitur, juxta Regulam Chancellariæ, & Conſtitutiones Apoſtolicas.*

Ibi. *Unio tunc dicitur ſortita effectum, quando ipſius vigore fuit capta poſſeſſio.*

25 *Actûs nulli, vel ope exceptionis elidibilis non eſt facienda mentio.*

27 *Pontifex habet plenariam poteſtatem ſuper Beneficiis.*

28 *Papa in proviſionibus Beneficiorum non attentat, & n.* 41.

29 *Delegatus non poteſt cognoſcere ultra vires precum, & mandati.*

Ibi. *Reſcripta ſunt ſtricti juris.*

30 *Judex ſæcularis non poteſt cognoſcere de colore tituli, cum ſit res Eccleſiaſtica.*

31 *Ita judicatum in exemplis, de quibus ibi, & n.* 32. *& n.* 33.

34 *Poſſeſſio clandeſtina, & vitioſa non valet, nec ſervatur, nec tribuit jus, ut conſervetur.*

35 *Poſſeſſio non poteſt eſſe in ſolidum penes duos.*

Ibi. *Poſſeſſionis complementum conſiſtit in perceptione fructuum.*

36 *Poſſeſſio capitur de Beneficio vacante cauſa cuſtodiæ.*

Ibi. *Poſſeſſio impedita, turbida, & offuſcata non ſuffragatur.*

37 *A diverſis non fit illatio.*

Ibi. *Sententia eſt ſtricti juris, & non extenditur de caſu ad caſum.*

Ibi. *Lata ad unum finem non debet alium operari.*

38 *Lite pendente, non eſt quis ſua poſſeſſione privandus, & ita judicatum, & declaratum in Sacra Congregatione.*

39 *Qui continuat ſuam poſſeſſionem non attentat.*

40 *Attentatum afficit tantum litigantes, & non tertios poſſeſſores.*

41 *Papa in proviſionibus Beneficiorum non attentat.*

Duplex eſt judicium: poſſeſſorium unum, ſummariſſimum, & momentaneum; alterum ordinarium, & plenarium: Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 12. *num.* 1.

Judicium poſſeſſorium ſummariſſimum eſt præparatorium ad judicium ordinarium: Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. *verſ. Sed his non obſtantibus.* Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *n.* 946. *&* 947. quemadmodum enim poſſeſſorium ordinarium eſt præparatorium ad judicium petitorium, ut, quis actor ſit, & cognoſcatur: ex *L. Ordinarii, Cod. de Rei vendit.* & ideo requirit ſummariam tantùm cognitionem, nullo ſervato ordine judiciario, ſine libello, nec conteſtatione; ſed eis omiſſis, debet Judex ſuper ultimo ſtatu poſſeſſionis, ſeu detentationis, probationis, ſeu informationis à partibus ex officio recipere; & quem invenerit in ultimo ſtatu, ſeu meliori poſſeſſione, defendere, inhibens alteri, ne ad eam accedat, nec alterum inquietet, donec ipſe, ut actor agens, in judicio poſſeſſorio plenario cognoſcatur, quis verus ſit poſſeſſor; & ut poſſeſſor in petitorio partes Rei habeat, & ideo debet præcedere ſummariæ cauſæ cognitio: ex *L. Æquiſſimum, ff. de Uſufruct.* ita pluribus relatis Salgad. *dict.* 3. *part. cap.* 12. *num.* 3. 1

In poſſeſſorio verò plenario, & ordinario, in quo ipſamet poſſeſſio deducitur, proceditur ordinariè, prout in omnibus interdictis 2

Digitized by Google

poſſeſſoriis retinendæ, recuperandæ, & adipiſcendæ, in quorum examinatione regulariter agitur de poſſeſſione plenaria, juris ordine ſervato, & eiſdem ſolemnitatibus, quibus tractari ſolent judicia ordinaria cum plena cauſæ cognitione, ſervatis juris terminis cum libelli oblatione, conteſtatione, publicatione, dilatione, & ſententia definitiva; ut per Salgad. *d. cap.* 12. *à n.* 10. Ad faciliorem ergo quæſtionis reſolutionem

3 Præmitto primò, Tuitivam eſſe quoddam remedium à Principe conceſſum ſine præjudicio juris proprietatis, aut poſſeſſionis ad evitandas diſcordias, & rixas inter partes, nè veniant ad arma, quatenus in judicio plenario competente quæſtio ſuper poſſeſſorio ordinario, vel ſuper proprietate non deciditur: ita Cancer. *Var. tom.* 3. *de Manutent. cap.* 14. *num.* 8. Valaſc. *Conſult.* 79. *à num.* 16. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 21. *n.* 15. *ad finem.* Otero *de Paſcuis*, *cap.* 33. *à num.* 5. Cevalh. *Commun. q.* 897. *à num.* 946. Salgad. *dict.* 3. *p. cap.* 12. *num.* 3.

4 Iſtud remedium ſummariſſimum reſpicit tantum poſſeſſionem, ut illud impetrans manuteneatur, quatenus quæſtio poſſeſſionis, aut proprietatis in judicio plenario non deciditur, ut per DD. ſupra, & per text. *in Cap. Cum veniſſent* 6. *verſ. Nos igitur de Inſtitut.* ibi: *Nos igitur interlocuti ſumus, Archidiaconum in plena libertatum ejuſdem Archidiaconatus poſſeſſione tuendum, donec probatum legitimè fuerit ex adverſo, &c.* Et ibi: *Donec legitimè probatum fuerit, eaſdem libertates Archidiaconum abjuraſſe*; & ibi Barboſ. *in Collect. plures refert num.* 1. Cevalh. *ubi ſupra num.* 946. Valaſc. *conſult.* 79. *n.* 17. Menoch. *Retinend. remed. ult. num.* 58. & illa dictio *Donec* habet naturam ſuſpenſivam, ut non excludatur à poſſeſſione, quin poſſideri convincatur in judicio ordinario: ex Barboſ. *de Dictionibus, diction.* 93. *num.* 5. ubi plures refert.

Ratio eſt: quia ex hac manutentione nullum præjudicium reſultat cauſæ poſſeſſionis, vel proprietatis in judicio plenario: Valaſc. *dict. conſult.* 79. *à num.* 15. *uſque ad* 18. Gabr. Pereir. *dict. cap.* 21. *num.* 15. *in fin.* Oter. *dict. cap.* 33. *n.* 9. *&* 10. Cevalh. *Commun. q.* 897. *n.* 946. 5

Præmitto ſecundò, quòd quanvis hoc remedium apud varias nationes diverſis nominibus appelletur; habet tamen eundem effectum: Juris enim conſulti illud appellant *uti poſſidetis*, & *utrobi poſſidetis*, de quibus in titulo *ff. & Cod. Uti poſſidetis*, *& ff. Utrobi poſſidetis. Imperatores*, *retinendæ*, ex *§. Retinendæ cum ſequentibus. Inſtit. de Interdictis*, Itali *Mandatum de Manutendo.* DD. per text. *in dict. cap. Cum veniſſent*, *& in cap. Licet cauſam*, *verſ. Cum ergo*; & ibi Gloſſ. *verbo*, *Turbativa*, *& verb. Poſſidetis*, *de Probat. & in cap. Audita*; & ibi Gloſſ. *verbo*, *Moleſtaret*, *de Reſtitut. ſpoliator.* Galli *Recredentiæ*, vel *Proviſio novitatis*, ut poſt alios Menoch. *in Prælud. recuperand. à num.* 28. Hiſpani vocant *interdictum* (*Interim*) ut per Covar. *Pract. cap.* 17. *n.* 1. Sarmient. *Select. cap.* 13. *num.* 10. Luſitani illud appellant, *Tuitivam*, de qua Ordinatio noſtra Regia *lib.* 1. *tit.* 3. *§.* 6. *& lib.* 2. *tit.* 10. *& in Regimine Palatii*, *§.* 116. de quibus *Valaſc. Gabr. Pereir.* ubi ſupra Cabed. 2. *part. deciſ.* 71. Mendes à Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 3. & Gomes *in L.* 45. *Tauri*, *à num.* 168. Menoch. *in Prælud. recuper. n.* 34. *&* 35. *& Retinend. remed.* 3. *à principio.* Quibus præmiſſis: 6

Sit prima Concluſio, quòd ad hoc, ut aliquis in ſua poſſeſſione conſervetur virtute Tuitivæ, non eſt neceſſe docere ſe eſſe verum, & juſtum poſſeſſorem; hoc enim per- 7

pertinet ad Judicium Eccleſiaſticum competens: ex Gabr. Pereir. *dict. cap.* 21. *num.* 15. *verſ. Sed his non obſtantibus.* Valaſc. *Conſult.* 79. *n.* 15. Menoch. *remed.* 3. *retinend. num.* 5. & 88. Oter. *dict. cap.* 33. *num.* 7.

8 Nec etiam requiritur juſtificatio boni juris poſſidentis, cum poſſidens non teneatur declarare, quo titulo rem poſſideat: Menoch. *dict. remed. ult. retinend. num.* 18. cum aliis citatis à *Rota* per Poſth. *deciſ.* 189. *n.* 3. Barboſ. *in Votis lib.* 2. *vot.* 21. *num.* 12.

9 Nec etiam probare titulum, nec cauſam poſſidendi: ex *Rota* per Farin. 2. *part. Recent. deciſ.* 83. in fine, & apud Poſth. *deciſ.* 213. *num.* 3. Gratian. *Forenſ. cap.* 310. *num.* 27. ubi etiam dicit judicatum in Rota 2. *part. deciſ.* 195. *num.* 8. & Farin. *tom.* 2. *deciſ.* 287. *num.* 8. Mendes à Caſtr. *in Praxi* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. Barboſ. *ubi proxim. num.* 13. Iſta enim ſunt diverſa ab ipſa poſſeſſione: ex *L.* 3. §. *Ex pluribus, ff. de Acquirend. poſſeſſ.* Rota apud Poſth. *deciſ.* 225. *num.* 7.

10 Ex quo fluit, quòd adverſarius non poteſt excipere contra impetrantem Tuitivam de defectu tituli, vel de non jure poſſidentis, cum ſit excipere de defectu proprietatis, quod pertinet ad Judicium Eccleſiaſticum: ex dictis *ſupra n.* 7. & DD. per text. *in Cap. Decernimus, de Judic.* ubi Barboſ. *in Collect. n.* 1. plures refert: illa enim exceptio in judicio ſummariſſimo non admittitur: ex Ferret. *Conſil.* 7. *n.* 3. Rot. *part.* 1. *Diverſar. deciſ.* 94. *num.* 2. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 234. *num.* 4. & *deciſ.* 305. *num.* 8. & *deciſ.* 459. *num.* 23. Barboſ. *in Votis lib.* 2. *vot.* 21. *num.* 12. & *lib.* 3. *vot.* 106. *n.* 74.

11 Limita tamen primò reſolutionem eo caſu, quo objicitur de notorio juris defectu, & de nullitate tituli, quæ appareat in promptu, & in continenti probetur, ex ipſius inſpectione; tunc enim admittitur exceptio, & poſſidens non manutenetur: ex Poſth. *obſ.* 42. *à n.* 137. & *à num.* 155. & *obſ.* 44. *à num.* 2. Gratian. *Forenſ. cap.* 870. *num.* 16. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 138. Barboſ. *dict. vot.* 95. *n.* 27. & *vot.* 106. *n.* 67. & 75. & *in Collect. ad cap. Cum veniſſent, n.* 4. *de Inſtit.* Nec reſtituitur, ſi ſpolietur, & ita judicatum in inſtantia gravaminis contra Doctorem *Emmanuelem da Veiga Cabral* in favorem *Petri Alvares de Gouvea*, & ejus uxoris *D. Beatricis da Veiga*, ſuper quodam maioratu, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Supplicationis.

Acordaõ os do Dezembargo, &c. Aggravado he o Aggravante pelo Corregedor do Civel da Corte, em julgar, haverem o R. e ſua mulher feito força ao A. na Quinta de Almoſter, e ſuas propriedades, e em os condemnar, que a larguem, e reſtituaõ ao A. com todos os frutos preceptos, e que ſe podiaõ receber, perdas, damnos, e cuſtas dos Autos. Provendo em ſeu aggravo viſtos os Autos, e como por elles ſe moſtra, que o A. prove ſer esbulhado da dita Quinta, e conforme as reſoluçoens de Direito, lhe deva ſer reſtituida; com tudo as ditas reſoluçoens naõ tem lugar quando conſta, que o A. tem notorio defeito na propriedade (do que conſta neſtes Autos) e os RR. direito, por onde lhe pertencem; por quanto ſe moſtra ſer o A. illegitimo, e como tal lhe reſiſte o direito, para naõ poder ſucceder neſte Morgado; ſalvo ſendo expreſſamente chamado para a ſucceſſaõ delle, do que naõ conſta; mas antes ſer excluido da ſucceſſaõ delle, como ſe vê da inſtituiçaõ fol. 249. *que diſpoem, que os ſucceſſores ſejaõ de legitimò Matrimonio;* 12

monio; e ſe moſtra terem os RR. notorio direito na ſucceſſaõ deſte Morgado; por quanto conſta, que a R. D. Brites he neta do inſtituidor, e Irmãa legitima do ultimo poſſuidor, que morreo ſem filhos, nem outro ſy ter Irmãos mais que a R. O que tudo viſto com o mais, que dos Autos conſtá, abſolvem aos RR. do pedido pelo A. ao qual condemnaõ nas cuſtas deſtes Autos. Lisboa, 27. de Fevereiro de 1648. O Doctor Eſtevaõ de Foyos. Joaõ Velho Barreto. Diogo Marchaõ Themudo.

Cum hæc Sententia impediretur in Chancellaria, rejecta fuerunt impedimenta per eoſdem Judices, & tranſivit in rem judicatam. Scriba *Diogo Mendes Leal.*

13 Limita ſecundò eo caſu, quo contra Tuitivam objiciuntur exceptiones obreptionis, & ſubreptionis, quæ poſſeſſionem impetrantis enervent; veluti, ſi ab adverſario clam, vel precario poſſideat, vel quia mentionem non fecit impetrans de Sententia lata in favorem adverſarii ſuper poſſeſſorio; nec de aliis, in quibus attento jure, ſubreptio committi poteſt; de quibus Caſtr. *in Prax.* 2. *p. cap.* 11. *à n.* 10. tunc enim hæ exceptiones admittuntur: ex Gabr. Pereir. *d. cap.* 21. *num.* 17. *verſ. Confirmatur.* Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 20. Caſtr. *in Praxi* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 12. *verſ. Item*, ubi varia exempla adducit.

14 Licet enim hoc judicium ſit ſummariſſimum; nunquam tamen Tuitiva exequitur, quin prius præmiſſæ ſupplicæ juſtificentur, citata parte: Gabr. Pereir. *dict. cap.* 21. *num.* 16. Valaſc. *Conſult.* 79. *num.* 14. Caſtr. *in Prax. dict.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 13. quæ citata poteſt illas objicere exceptiones: ſi verò non citatur ad juſtificationem, Tuitiva non ſuffragatur; prout contigit in Tuitiva, quam *Ludovicus da Coſta de Rezende* impetravit ſuper Beneficio ſimplici *Theſaurariæ de Freixo* Bracharenſis Diœceſis, Patronatûs Regii, in qua fuit præſentatus per Regem *Joannem IV.* & virtute præſentationis fuit inſtitutus, & miſſus in poſſeſſionem: ſed quia Tuitivam non juſtificavit, citata parte, ei *in Judicio Coronæ* non fuit ſuffragata, & Beneficium adjudicatum adverſario.

15 Secunda Concluſio: ad manutentionem obtinendam ſufficit poſſidere naturaliter, & de facto: ex *L.* 1. §. 1. *ff. Uti poſſidetis*, *L.* 1. §. 1. *ff. de Itinere, actuque privato.* Covar. *Var. cap.* 17. *n.* 15. Guido *deciſ.* 83. *num.* 1. Menoch. *remed.* 3. *Retinend. num.* 588. Oter. *dict. cap.* 33. *num.* 7. Cancer. *dict. cap.* 14. *num.* 40. ſufficit enim nuda detentio, ſeu detentatio, & ſola facti inſiſtentia: Covar. *dict. cap.* 17. *ſub num.* 4. *verſ. In ſpecie, & num.* 5. *verſ. Si ſanè, &* §. 7. Fontanel. *de Pact. Nuptial. tom.* 2. *part.* 10. *clauſul.* 7. *Gloſſ.* 3. *num.* 51. Pax *de Tenut. cap.* 9. *n.* 4. cum pluribus relatis à Poſth. *dict. tract. de Manut. obſerv.* 15. *num.* 18. *& obſ.* 42. *num.* 74. Barboſ. *de Penſion. quæſt.* 2. *à num.* 20. ubi dicit non eſſe diſquirendum: an poſſeſſio ſit juſta, vel injuſta? quia ſemper eſt juſta reſpectu non poſſidentis: ex *L.* 2. *ff. Uti poſſidetis*, & iterum Barboſ. *dict. voto* 21. *num.* 14. Cancer. *dict. tom.* 3. *cap.* 14. *num.* 40. ibi: *In poſſeſſorio ſummariſſimo manutenеri debet, qui detinet, non attendendo juſtitiam, vel injuſtitiam poſſeſſionis.* Gabr. Pereir. *dict. cap.* 21. *num.* 9. *verſ. Nec aliud, in fine.* ibi: *Cum in manutentione ſolùm attendatur, nè vis fiat poſſidenti, non juſtitiam poſſeſſionis attendimus, ſed an detur poſſeſſio? & n.* 15. *ad finem.* Menoch. *Retinend. remed. ult. num.* 18. *&* 44. Caſtr. *dict. cap.* 11. *num.* 4. *in fine*, ubi plures refert.

16 Sufficit probare hanc nudam poſſeſſionem tempore impetrationis, & litis motæ: ex §. *Retinendæ Inſtit.* *de*

Digitized by Google

de Interdictis. Menoch. *remed.* 3. *Retinend. n.* 556. Seraphin. *deciſ.* 1106. *num.* 1. Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. Barboſ. *dict. voto* 21. *num.* 1. quanvis dicta poſſeſſio ſit aſinina, & beſtialis: Barboſ. *dict. lib.* 3. *vot.* 106. *num.* 65. & ſemper poſſeſſio eſt probanda per impetrantem: ex Gratian. *Forenſ. cap.* 899. *n.* 1. Poſth. *d. obſerv.* 15. *n.* 13. Rot. 2. *part. Diverſor. deciſ.* 58. *num.* 1. relati per Barboſ. *ubi proxim. num.* 3. quia poſſeſſio cum ſit quid facti, non præſumitur: ex *L. In bello*, §. *Facta*, *ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* Menoch. *Conſil.* 701. *n.* 3. Cavaler. *deciſ.* 429. *num.* 1. & eſt de eſſentia, & ſubſtantia manutentionis: ex Covar. *Pract. dict. cap.* 17. *num.* 3. Poſth. *dict. obſ.* 15. *n.* 2. cum pluribus relatis per Barboſ. *d. lib.* 3. *vot.* 106. *num.* 64.

17 Si verò poſſeſſio fuerit impedita, proteſtata, turbida, & offuſcata, non eſt manutenibilis: ut per Gratian. *Forenſ. tom.* 5. *cap.* 870. *n.* 19. plures per Barboſ. *dict. vot.* 21. *n.* 26. nec illa, quæ liti cauſam dedit: Barboſ. *ubi proxim. num.* 31. Lodoviſ. *deciſ.* 4. *num.* 2. *& deciſ.* 569. *num.* 4. ubi ita dicit judicatum in *Rota*, nec quando conſtat de improbitate poſſeſſionis per Ordinarium in Beneficio reſervato: ex Barboſ. *dict. voto* 95. *à num.* 27. de qua *Reſolutione præcedenti.*

18 Poſſeſſio ad manutentionem poteſt probari per inſtrumentum apprehenſionis, cujus virtute eſt manutenibilis, alio non poſſidente: ex *L. Prædia*, ubi DD. *ff. de Acquirend. poſſeſſ.* Rot. apud Poſth. *deciſ.* 88. *num.* 2. *& deciſ.* 175. *num.* 1. *& deciſ.* 120. *num.* 1. *& deciſ.* 151. *n.* 1. cum aliis per Barboſ. *dict. voto* 21. *num.* 5.

19 Eſt etiam juſta poſſeſſio captâ authoritate Judicis: ex *L. Juſtè poſſidet*, *ff. de Acquirend. poſſeſſ.* Gloſſa *in cap. Fratrum* 7. *quæſt.* 1. Rot. per Poſth. *deciſ.* 233. *num.* 1. Caſtr. *in Praxi* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 4. & poſſidens, authore Prætore, jure venit manutenendus: Rot. *p.* 1. *Recentior. deciſ.* 513. *num.* 2. & apud Poſth. *deciſ.* 210. *num.* 1. *in princip.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 233. *n.* 1. *&* 5. Barboſ. *dict. vot.* 21. *num.* 7.

Sic contigit de facto in Tuitiva, 20 quam *Sebaſtianus Mendes de Vaſconcellos*, Abbas *S. Petri de Avioſo* Epiſcopatus Portuenſis, impetravit, contra quam *Collegium Bracharenſe Societatis Jeſu* obtulit impedimenta obreptionis, & ſubreptionis, allegando materiam ad proprietatem, ſuper qua Prætor Portuenſis etiam pronuntiavit incautè, (ut per Valaſc. *dict. conſult.* 79. *num.* 20. *in fin.* ibi: *Ad quod vulgo parum cauti Judicis non advertunt adjudicando Tuitivam ſubreptionis vitio ſubjacere*;) à quo ſupplicatum fuit ad Senatum Portuenſem, ubi fuit Sententia revocata, & pronuntiatum in favorem Tuitivæ, & eam fuiſſe per veram ſupplicationem impetratam.

Ab hac Sententia ſupplicatum 21 fuit per dictum Collegium Bracharenſe ad Senatum Supplicationis, in quo allegavit, quod quanvis dictus Abbas ſuam probaverat narrativam, attamen in tribus fuerat diminuta, & ſubreptitia.

Primò, quia dicta Eccleſia erat 22 unita dicto Collegio. Secundò, Collegium fuiſſe immiſſum in poſſeſſionem virtute Sententiæ unionis. Tertiò, quòd in ſupplica non facta fuerat mentio Sententiæ, quam Collegium ſuper poſſeſſione obtinuerat, quam enarrare debet: ex Gabr. Pereir. *dict. cap.* 21. *num.* 17. *verſ. Confirmatur.* Valaſc. *dict. conſult.* 79. *num.* 20. Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 12. *ad finem.*

Quo ad primum circa unionem, 23 pro parte Abbatis allegavi non eſſe neceſſarium facere mentionem dictæ unionis: tum quia hæc reſpicit materiam proprietatis, de qua non erat agendum per viam exceptionis

tionis contra Tuitivam; ut per Valaſc. *dict. Conſult.* 79. *num.* 20. *in fine*, ibi: *Talis exceptio concernens merita cauſæ non inducit ſubreptionem, nec hujuſmodi articulus, & ſimiles debent in propoſito admitti, &c.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 202. *num.* 17. *&* 18. & DD. *ſupra num.* 10. ita doctiſſimè deliberaverunt Senatores Portuenſes.

24 Tum quia juvari non poterant dictæ unionis ratione, quia non fuit ſortita effectum in vita Pontificis concedentis, & ſic eſſe revocatam per Regulam 12. *Chancellariæ*, & per Conſtitutiones *Leonis X.* & *Pauli V.* ut per Scaciam *deciſ.* 64. *num.* 2. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſ.* 5. §. 7. *à n.* 43. Garc. *de Benef. p.* 12. *cap.* 2. *à num.* 281. *& à num.* 284. ubi plures Deciſiones refert Ludoviſ. *deciſ.* 419. Ricc. *in Prax. aur. reſolut.* 255. *num.* 3. Seraphin. *deciſ.* 982. Concilium Trident. *Seſſ.* 7. *cap.* 6. *de Reformat.* ubi Barboſ. *in Collect. num.* 2. *& ibi num.* 10. dicit pluribus relatis, quòd tunc unio dicitur ſortita effectum, quando ipſius vigore fuit capta poſſeſſio; *& Seſſ.* 25. *cap.* 9. *verſ. Inſuper, de Reformat.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 49. *num.* 7. *&* 8. ubi ita dicit ſæpius judicatum in Rota.

25 Quare neceſſe non erat facere mentionem de tali unione, nec de Sententia ſuper eam lata, nec de lite actualiter pendente inter *Collegium*, & *Procuratorem Mitræ* Portuenſis; quia actùs nulli, vel ope exceptionis elidibilis non eſt facienda mentio: *text. in cap. Ex parte* 12. *de Reſcript. cap. Tenor, de Re judicata*, Gloſſ. *verb. De facto, in cap. Cum noſtris, de Conceſſ. Præbend.* Gloſ. *verb. Mentionem, in cap. In noſtra, verſ. Sed quid.* & Gloſſa, *Magna, in cap. Ex tenore*, & ibi Gloſſ. *verbo, Negotio, in fine, de Reſcriptis*, ubi Decius *num.* 2. Felin. *num.* 2. *& à num.* 25. Gloſſ. *verbo, Poſterius, in cap. Suggeſtum, de Jur. Patron.* plures per Vant. *de Nullit. tit. Quoties, intra quod tempus, n.* 18. Marcheſan. *de Commiſſ.* 2. *part. commiſſ.* 2. *cap.* 2. *n.* 36. Menoch. *dict. caſ.* 202. *n.* 14. 57. 58. *&* 81. Gig. *de Penſionib. q.* 29. *num.* 6. *&* 7. Molin. *de Primog. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 32. Ratio eſt, quia ſi Princeps nullitatem ſciret, non ideo deſineret gratiam concedere, nec maiore difficultate: ex Regula text. *in L.* 4. §. *Condemnatum, ff. de Re judicata, Regul. Non firmatur, Regul. Non præſtat, de Regul. juris, in* 6.

In terminis, quod non ſit facienda mentio unionis, quæ non fuit ſortita effectum: Calderin. *Conſil.* 29. *in tit. de Præbend.* Abbas *in cap. Per veſtras, de Donat. inter.* Gigas *de Penſionib. dicta quæſt.* 29. *num.* 7. 26

Præterea dictus Abbas in ſupplica ad Sanctiſſimum fecit mentionem dictæ unionis, & litis pendentiæ, quibus non obſtantibus Pontifex ei gratiam fecit, & expeditis Bullis pacificam Beneficii ingreſſus eſt poſſeſſionem. Cum ergo dictus Abbas in ſupplica ad Tuitivam conſequendam mentionem fecit Bullarum, in quibus Pontifex ei gratiam fecit, non obſtante dicta unione, & litis pendentia, prout conſtabat ex tenore Bullarum, quas cum ſua petitione exhibuit, cenſetur eaſdem cauſas retuliſſe; immò ſi expreſſé referret, eadem Tuitiva ei eſſet faciliús concedenda, viſo tenore Bullarum, & conceſſione Apoſtolica, non obſtante dicta unione, & litis pendentia, ex plenaria poteſtate, quam Summus Pontifex habet ſuper Beneficiis: *Cap.* 2. *de Præbend. in* 6. *Clement.* 1. *ad finem, ut lite pendente.* Gigas *de Penſionib. quæſt.* 6. *in princip.* Navar. *de Spoliis Clericor.* §. 3. 27

Nec in his terminis proviſio Pontificis inducit attentatum, quia Papa non attentat: ita Rota per Ludoviſ. *deciſ.* 2. *per totam, & deciſ.* 305. Lancelot. *de Attent.* 3. *part. cap.* 28

cap. 30. *num.* 201. ubi plures refert. DD. per text. *in dict. Clement.* 1. Latè Cæſar Argelus poſt plures Rotæ deciſiones, *quæſt.* 19. *à num.* 63. ita utranque Concluſionem probat Rota per Jacobum Cancer. *deciſ.* 186. *per totam*, de quo etiam infra num. ult.

29 Ex quibus etiam convincitur Sententia Prætoris, qui tanquam delegatus non poterat cognoſcere ultra vires precum, & mandati: ex *Cap. Cum dilecta*, *de Reſcriptis*, *cap. Venerabilis*, *de Offic. delegat.* ibi: *Mandati tenorem.* Surd. *Conſil.* 166. *num.* 11. Bovad. *Polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 255. *in medio*, quia Reſcripta ſunt ſtricti juris: DD. per text. *in cap.* 1. *de Appell. in* 6. *dict. cap. Cum dilecta.* Riccius 3. *part. deciſ.* 105. *à num.* 1. Surd. *Conſil.* 105. *à num.* 27. Scacia *deciſ.* 75. *n.* 2. Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. *&* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3.

30 Nec etiam poterat cognoſcere de colore tituli, cum ſit res Eccleſiaſtica DD. per text. *in Cap. Decernimus*, *de Judic.* Valaſc. *Conſult.* 93. *à num.* 1. Gabr. Pereir. *dict. cap.* 21. *num.* 9. *ad finem*; & ita deliberaverunt Senatores Portuenſes: Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 50. *&* 51.

31 Ita judicatum in favorem Abbatis *Emmanuelis Godinho* contra *Franciſcum Pinto*, qui exceptionem oppoſuit obreptionis, & ſubreptionis contra Tuitivam per dictum Abbatem impetratam coram Prætore Lamecenſi, qui, non obſtantibus exceptionibus materiam proprietatis concernentibus, Tuitivam habuit pro juſtificata, prout conſtat ex Sententia in actis Eccleſiæ de *Avioſo*, confirmata in Senatu Portuenſi, & in Domo Supplicationis, quæ tranſivit in rem judicatam.

32 Idem judicatum in alia Tuitiva, quam impetravit *Alvarus de Almeida* contra *Antonium de Alva* excepientem, & in alia impetrata per *Domn. Franciſcum de Lima* Decanum Eborenſem, contra *D. Theotonium Emmanuelem* excepientem ſuper eodem Decanatu, & in aliis, quæ fuerunt confirmatæ in Supplicatione, & præſentatæ in iiſdem actis.

Quo ad ſecundum de poſſeſſione captâ per Collegium virtute Sententiæ unionis, reſpondi de tali poſſeſſione non conſtare, & ſi fortè capta fuit, fuiſſe de facto contra formam ejuſdem Sententiæ, de qua in appenſo B. in qua fol. 12. verſ. in principio enarratur non eſſe capiendam, niſi vacante Eccleſia poſt mortem Abbatis: Ergo in ſua vita eam capere non poterant, nec Abbas in tali conſenſit, prout conſtabat ex inſtrumento contra producentes in dicto appenſo fol. 17. verſo, ibi: *Por o Abbade naõ conſentir, que entraſſemos de poſſe, &c.* 33

Et quanvis poſtea, abſente Abbate, ſe in poſſeſſionem immiſerunt contra formam Sententiæ, talis poſſeſſio fuit clandeſtina, injuſta, & vicioſa: ex Maſcard. *Concluſ.* 1199. *à n.* 1. Gom. *in L.* 45. *Tauri*, *à num.* 168. & tanquam talis ſervari non poterat: ex Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 172. *num.* 6. Menoch. *de Adipiſcend. remed.* 4. *num.* 348. Gratian. *Forenſ. cap.* 339. *n.* 14. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 68. *num.* 10. *&* 11. nec tribuit jus, ut conſervetur. Cravet. *Conſil.* 299. *num.* 5. Menoch. *Conſil.* 1072. *num.* 10. *&* 11. *& Conſil.* 180. *num.* 59. 34

Nec tali poſſeſſione uſi fuerunt adverſarii, quæ non poterat eſſe in ſolidum penes duos: DD. per text. *in L.* 3. §. *Ex contrario*, *ff. de Acquirend. poſſeſſ. L. Duo in ſolidum*, *ff. de Precar. L. Si ut certò*, §. *Si duobus*, *ff. Commodati.* Valaſc. *de Partitionib. cap.* 6. *num.* 1. & ideo nunquam in vita Abbatis fructus receperunt, in quo conſiſtit poſſeſſionis complementum: §. *Commodum Inſtitut. de Interdictis*, Gloſſa *verbo*, *Fructus*, *in* 35

in cap. Si propter, de Reſcriptis, in 6. Menoch. *de Præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 69. *num.* 18. & hæc appellatur vera poſſeſſio: Thuſcus *litera P. concluſ.* 428. *n.* 24. *& concluſ.* 429. Menoch. *Conſil.* 1146. *n.* 1. 4. *&* 6.

36 Nec poſſeſſio, quam Collegio præſtitit Notarius *Alphonſus Serveira* ſuffragatur; quia fuit noctu data, & in ſequenti die pervenit *Vicarius Generalis Portuenſis* ante lucem, & ſtatim aperta luce poſſeſſionem cepit cauſa cuſtodiæ juxta Conſtitutionem Portuenſem *tit.* 23. *Conſtitut.* 5. & Concil. Bracharenſ. *actione* 3. *cap.* 11. & Conſtitut. Bracharenſ. *tit.* 16. *Conſtit.* 4. *&* 5. & Epiſcopatus Ægitanenſ. *lib.* 3. *tit.* 6. *cap.* 11. & Ulyſſipponenſ. *tit.* 15. *Conſtit.* 5. *in antiqua*; & occupatores nocturnos excluſit reponens incontinenti Eccleſiam in ſua libertate: ex Ordination. Reg *lib.* 4 *tit.* 58 §. 2. ubi Barboſ. *in Remiſſion. n.* 2. Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.* 21. *num.* 12. *in fin.* quare talis poſſeſſio non ſuffragatur, tanquam turbida, & offuſcata; ut pluribus relatis Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 39. Barb. *in Votis, lib.* 3. *vot.* 95. *n.* 26.

37 Quo ad tertium, circa Sententias, quas dicunt habuiſſe ſuper poſſeſſione, reſpondi non facere ad intentum, quia fuerunt latæ in cauſa criminali ſuper reſiſtentiạ, quam occupatores violenti fecerunt Vicario Generali Portuenſi, & quia armis Eccleſiam habebant occupatam; & quanvis per eaſdem Sententias criminoſi fuerunt abſoluti, eis ſuffragari non poterant, quia fuerunt latæ in cauſa diverſa, & ad diverſum finem, & attento jure à diverſis non fit illatio: ex *L. Papinianus exuli, ff. de Minor.* tum quia, cum Sententia ſit ſtricti juris non extenditur de caſu ad caſum diverſum: ex Surd. *Conſil.* 189. *n.* 37. *& Conſil.* 340. *num.* 3. Gratian. *deciſ.* 214. *num.* 11. *& num.* 13. plures per Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 96. *num.* 15. *&* 16. Cevalh. *de Cognit. per viam violentiam, quæſt.* 16. *num.* 11. *&* 12. addentem *n.* 13. quod Sententia lata ad unum effectum non debet alium operari: Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 45. *& cap.* 9. *à num.* 1. Gail *lib.* 1. *obſerv.* 116. *num.* 2.

Nec etiam obſtabat dicere pro- 38
viſionem dicti *Sebaſtiani* fuiſſe nullam, & attentatam, utpotè factam, lite pendente, quia litigium vertabatur inter dictum Collegium, & Procuratorem Mitræ Epiſcopalis, quæ erat in poſſeſſione providendi illam Eccleſiam per concurſum, & hic erat ultimus Eccleſiæ ſtatus, & lite pendente erat in ſua poſſeſſione conſervanda: DD. per text. *in Cap. Conſultationibus, de Jure Patronatus*, & in terminis ita judicatum in Rota in favorem dictæ Eccleſiæ Portuenſis, & in alia Ulyſſipponenſi in caſu ſimili teſtatur Garc. *de Beneſ. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 259. & ita declaratum in Sacrạ Congregatione, relata per Leonem *in Theſauro fori Eccleſiæ. Cap.* 18. *num.* 40.

Cum ergo Ordinarius Portuenſis 39
haberet pro ſe ultimum Eccleſiæ ſtatum, juſte eam poterat providere continuando ſuam proviſionem non obſtante lite, ſine vitio attentati, qui enim ſuam continuat poſſeſſionem, non attentat: Garc. *de Beneſ part.* 5. *cap.* 6. *num.* 22. Flores de Men. *Var. lib.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 67. Surd. *Conſil.* 160. *n.* 40. *&* 43. Lancelot. *de Attent.* 2. *part. cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 10. *&* 70. Ludoviſ. *deciſ.* 557. *n.* 1. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 21. *num.* 14. *verſ. Non obſtat.* Valaſc. *Conſult.* 156. *num.* 6. Thome Vaz *alleg.* 74. *num.* 4. Caſtr. *in Prax.* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 4.

Nec litigium vertebatur cum dic- 40
to Abbate, ut diceretur attentatum, quod tantum afficit litigantes: DD. per text. *in Cap. Romana, §. In alium, de Appellat. in* 6. Lancelot. *de Attent. part.* 1. *cap.* 3. *à n.* 3. Menoch. *Recuperand.*

perand.

perand. remed. 17. *num.* 44. *verſ. Quæro* 15. Covar. *Practicar. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 4. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 120. *num.* 18. Barboſ. ad Ordinat. Reg. *lib.* 3. *tit.* 73. *ſub num.* 4.

41 Nec etiam Summus Pontifex in tali proviſione commiſit attentatum: DD. per text. in dicta *Clement.* 1. *in fin. ut lite pendente*, quia Papa in ſimilibus proviſionibus non attentat: ex dictis *ſupra à num.* 28. cum Jacobo Cavallerio *deciſ.* 186. qui num. final. ita argumentatur: *Aut prætendit fuiſſe attentatum in proviſione Apoſtolica, & poſſeſſione ejus vigore capta, & ſimiliter nullum adeſt attentatum, quia Joannes Jacobus, tanquam tertius, qui non erat in lite, inter Abbatem, & Epiſcopum non poteſt dici attentaſſe*: *Cap. Romana*, §. *In alium*, de *Appellat.* in 6. Covar. *Pract. q. cap.* 24. *n.* 4. Achilles *deciſ.* 28. *n.* 1. *de Appellat.* Moedan. *deciſ.* 11. *in fine*, *de Præbend. Et multo minus poteſt conſiderari attentatum in gratia Papæ, cum Princeps nunquam attentet*: ex *Clement.* 1. *in fin. verſ. Salvat tamen*, *ut lite pendente.* Rot. *deciſ.* 25. *num.* 4. *de Reſcript. in Novis.* Ægidius *deciſ.* 74. *circa finem*, *verſ. Facit quia Princeps.* Moedan. *deciſ.* 9. *in principio*, *verſ. Ex parte altera*, *ut lite pendente*, *& ex his concluſum fuit non conſtare de attentatis*, *&c.* ita Cavallerius.

42 Sed his non obſtantibus, Sententia inferioris Senatus fuit revocata, & judicatum Tuitivam eſſe ſureptitiam in Tribunali Supplicationis; quod ſi rectè judicatum, legentium, & peritorum arbitrio æſtimetur. Ego verò ex dictis contrarium judicarem.

RESOLUTIO LXXIV.

An Rex poſſit commendare in Eccleſiis Parochialibus juris Patronatûs Regii, quatenus non providentur in proprietate, vel an hoc ſolum competat Ordinariis?

SUMMARIUM.

1 *Commendatio in Eccleſia Parochiali vacante ſoli Epiſcopo competit.*

2 *Rex non poteſt commendare in Eccleſia juris Patronatûs Regii*; *& num.* 7.

Ibi. *Cuſtodia rei pertinet ad eum, qui in re habet intereſſe.*

Ibi. *Ordinatio Eccleſiæ ſoli Epiſcopo competit.*

Ibi. *Liberum dicitur, quod ſit ſine conſenſu alicujus.*

3 *Eccleſia Patronata nunquam confertur in titulum, ſine præſentatione, & conſenſu Patroni.*

Ibi. *Sed poteſt commendari ſine conſenſu illius*; *& num.* 4.

4 *Vicaria temporalis non eſt Beneficium, nec ſub ejus nomine continetur.*

5 *Vicarii temporales ſunt removibiles, & non dicuntur Beneficiati, ſed ſimplices ſtipendiarii.*

6 *Vicarii perpetui titulo collativo, ſunt jure Beneficiati.*

Ibi. *Unum ex requiſitis ad Beneficium eſt, quod ſit perpetuum.*

7 *Rex non poteſt commendare.*

Ibi. *Habet ſolum poteſtatem præſentandi Clericum ab Epiſcopo inſtituendum, & nihil ultra ſibi poteſt vendicare.*

8 *Reges Franciæ non commendant, nec præſentant in Vicariis temporalibus.*

9 *Beneficia Sedi Apoſtolicæ reſervata non poſſunt provideri per Ordinarios.*

Ibi. *Poſſunt tamen commendari per*

Epiſcopos quatenus non provi-dentur à Papa, non tamen Rex in ſuis Eccleſiis: ita judicatum.

1 VAcante Eccleſia Parochiali tum liberæ collationis, quàm Patronatus Eccleſiaſtici, Regalis, & Sæcularis, debet Epiſcopus ſtatim, habita notitia vacationis, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua ejuſdem arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec de Rectore provideatur: ita Concilium Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* & ita judicatum Barboſ. *in Collect. ad idem Concilium num.* 31. *& à n.* 38. DD. per text. *in Extravag. Execrabilis Joannis XXII. de Præbend. verſ. Quantum autem*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Temporalis.* Themud. *part.* 1. *deciſ.* 11. *num.* 18. 19. *&* 21.

2 Hanc commendationem, vel Vicarii deputationem non poteſt facere Rex, quanvis ſit Eccleſiæ Patronus, licet enim cuſtodia rei pertineat ad eum, qui in re habet intereſſe: Capic. *deciſ.* 37. *num.* 38. cum aliis per Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 445. *num.* 7. ubi ita dicit judicatum in Rota; hoc tamen ſoli Epiſcopo competit ex diſpoſitione dicti *Concilii Tridentini*, ei enim competit Eccleſiæ ordinatio: ex Abbat. *in Cap. Suggeſtum*, *n.* 3. *verſ. Crederem*, *de Jur. Patronatus*, quin ad hoc procedat Patroni conſenſus, quia Concilium hoc relinquit Ordinarii arbitrio, quod eſt liberum; & tale non eſſet, ſi hæc Vicarii deputatio, & commendatio fieret cum conſenſu alterius: ex Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 17. Barboſ. *in Cap. Cum nos*, *num. ult. de Officio Ordinarii.* Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 11. *à num.* 68.

3 Ratio eſt, quia in proviſione, & commendatione Vicarii temporalis nullum reſultat Regi præjudicium, quòd ſemper manet illæſum, quia Eccleſia non providetur in titulum (tunc enim provideri non poterat ſine præſentatione, & conſenſu Regis: ex *Cap. Decernimus* 16. *quæſt.* 7. *cap. Inſinuatione*, *cap. Conſultationibus*, *in fine*, *de jur. Patronat.* & DD. ſupra relati *Reſolut.* 14. *à num.* 1.) Sed tantum in Commendam juxta Tridentinum *ſupra n.* 1. ut Eccleſiæ, & Parochianorum utilitati conſulatur, nè deficiat, qui eis Sacramenta adminiſtret, quatenus de Rectore non providetur, mediante Regia præſentatione.

Vicaria enim temporalis non eſt Beneficium, nec ſub ejus nomine continetur: ex Barboſ. *in dict. Extravagant. Execrabilis*, *num.* 35. ubi ita dicit judicatum in Rota: plures per Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 5. §. 3. *n.* 35. addentem *num.* 38. quòd ideo Ordinarius poteſt in Eccleſia Vicarium temporalem conſtituere ſine conſenſu Patroni. 4

Hi enim Vicarii, ſeu curati, ſunt temporales, & removibiles, & non dicuntur Beneficiati, ſed ſimplices ſtipendiarii: Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 93. quatenus Eccleſia non providetur, vel abſens vocatus non accedit: ex *Cap.* 2. *de Appellat.* ibi: *Interim verò alicui honeſtæ perſonæ vices ejus in Eccleſia committas. Cap. Eum ad hoc* 16. *in fine*, *de Clericis non reſidentibus*, *cap. Beneficium*, *in fine*, *de Regularib. in* 6. 5

At verò Vicarii perpetui titulo collativo dicuntur verè Beneficiati: ex Garc. *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 286. & Vicariæ perpetuæ ſunt Beneficia; habent enim omnia requiſita Beneficiorum: Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. *à num.* 7. *& Gloſſ.* 2. *à n.* 62. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 14. Riccius *in Praxi aurea*, *reſolut.* 151. *à num.* 3. Unum enim ex requiſitis Beneficiorum eſt, quod ſit perpetuum: *Cap. Ex parte*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Coadjuctor*, *de Cleric. ægrotant. cap. unic. & ibi Gloſſ. de Capellis Monachor.* ibi: *Cum debeant* 6

beant eſſe perpetui. Gig. *de Penſionib. quæſt.* 86. *num.* 7. *verſ. Quintum requiſitum.* Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. *n.* 11.

7 Ex quibus infertur Regem Eccleſiæ Patronum non poſſe hunc temporalem Vicarium nominare, nec deputare, quia ex vi juris Patronatus ſolum habet poteſtatem præſentandi Clericum ab Epiſcopo inſtituendum: ex Abbat. *in Cap. Illud, n.* 1. *de Jur. Patron. per text. in Cap. ultim.* & ibi Gloſſ. *verbo, Ex vi, eodem tit.* & DD. *Reſolut.* 1. *à num.* 3. & nihil ultra ſibi poteſt vendicare: ex dicto *Cap. ultim.* & ibi dicta Gloſſ. *verbo, Ex vi*, Gloſſ. *verb. Epiſcopi, in cap. Ad hæc, de Offic. Vicar.*

8 Quare *Rebuſus* relatus à Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 44. affirmat quòd Reges Franciæ non præſentant in his Vicariis temporalibus, quia non ſunt Beneficia; & ideo hæc proviſio Vicarii commendati ſoli competit Ordinario, ſine conſenſu Patroni: ex ſupra dictis, & ex Lambertin. *de Jur. Patronat. lib.* 3. *q.* 5. *art.* 10. *num.* 1. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 11. *num.* 23.

9 Quod confirmatur ex eo, quia licet Beneficia vacantia Sedi Apoſtolicæ reſervata non poſſint provideri per Ordinarios: ex dictis *Reſolut.* 72. *num.* 4. cum ſequentibus, & per *Regul.* 8. *Chancellariæ*, Ordinarius tamen quatenus non providentur à Papa, validè, & juſtè commendat, & ſic obſervatur in Praxi: ex Barboſ. *in Collect. ad Trident. dict. cap.* 18. *à num.* 28. Ergo à fortiori commendabit in Eccleſiis juris Patronatûs Regii, & ita in ſimili judicatum: Themud. *dict. p.* 1. *deciſ.* 11. *num.* 27.

RESOLUTIO LXXV.

Praxis procedendi contra Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & alios Judices Eccleſiaſticos nolentes obedire Decretis Palatii (vulgo *Aſſentos do Dezembargo do Paço*) & Sententiis Coronæ latis ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, & ſæcularis.

SUMMARIUM.

1 *Concordia Cleri cum Rege* Joanne I.
2 *Ex ea deſumpta fuit Ordinatio* lib. 1. tit. 12. §. 6.
4 *Petitio aggravantis in Tribunali Palatii.*
5 *Charta Regis ad Vicarium Generalem, vel Judicem Eccleſiaſticum.*
6 *Charta Regis ad Præſidem Provinciæ.*
7 *Petitio aggravantis in Tribunali Palatii, cum certitudine intimationis.*
8 *Reſponſio Procuratoris Coronæ.*
9 *Decretum Palatii, vulgo*: Aſſento do Paço.
10 *Sententia ſuper occupatione temporalitatum, & num.* 17.
11 *Hic ſtylus, non ſolum competit ex Concordia, ſed etiam ex conſuetudine immemorabili.*
Ibi. *Vaſſalli tenentur obedire mandatis, & Proviſionibus Regis, & in tangentibus ad ordinem poteſtatis.*
Ibi. *Eccleſiaſtici ſunt ſubditi Regis ratione domicilii.*
12 *Aliàs incurrunt in pœnam amiſſionis temporalitatum, & originis, & Rex jubet eos à Regno expellere.*
13 *In hac temporalitatum occupatione non procedit Rex ex vi, & potentia juriſdictionis contentioſæ, ſed virtute poteſtatis politicæ.*
Ibi.

Ibi. *Quin in hoc caſu in Cenſuris Bullæ Cœnæ incurratur.*

14 *Epiſcopo Portuenſi, occupatæ fuerunt temporalitates, quia noluit inſtituere præſentatum in Eccleſia de* Fandinhães.

15 *Epiſtola Regis, quæ reducit ad ſcriptum Praxim obſervatam ad occupandas temporalitates Prælatis, & Eccleſiaſticis inobedientibus.*

16 *Eodem modo proceſſum eſt contra Archiepiſcopum Eborenſem* D. Joſephum de Mello, *quia noluit inſtituere præſentatum à* Camera de Benavente.

Ibi. *Idem contra Capitulum Lamecenſe, quia noluit inſtituere præſentatum in Eccleſia de Samudães.*

QUando in Corona aggravantibus providetur in gravaminibus interpoſitis ob denegationem collationis præſentatis à Patrono exiſtente in poſſeſſione præſentandi, vel ab aliam ſimilem cauſam, contra eorum Vicarios expediuntur Chartæ rogatoriæ, in quibus deprecantur ut à violentia, turbatione, vel ab oppreſſione deſiſtant, juxta ſtylum, & concordiam cum Clero tempore Regis *Joannis I.* de qua Gabriel Pereir. *tit. de Concord. cum dict. Rege Joanne I. cap.* 49. *fol.* 268. *num.* 222. Vide Reſolutiones 43. 48. 70. & 100.

Concordia.

1 *Item, aos 48. Capitulos, que manda citar os Prelados, e ſeus Vigarios por qualquer couſa, em que toma vontade, e fazem cuſtas, e tomaõ trabalhos, e os condemnaõ, e ſe os naõ citaõ por Cartas abridas, mandaõnos vir por Cartas cerradas. A eſto reſponde ElRey, que elle naõ manda citar, nem chamar aos Prelados, ſalvo quando he por algumas couſas, que ſaõ de ſeu ſerviço, e nos caſos, que devem ſer citados, ou por algumas couſas, que cumpre de elle com elles fazer por bem do Reino; e os Prelados ſaõ theúdos de virem a chamado, e mandado do Rey quando os mandar chamar por ſerviço. E aſſim he artigo entre os Reys ſeus anteceſſores, e a Cleriſia; e eſcuſado lhes fora pôr em tal palavra, que elle por vontade os manda chamar, ſenaõ por grande trabalho, e razaõ licita, e couſas honeſtas.*

2 Ex hac, & aliis concordiis relatis per Gabriel. Pereir. *ubi proxime* deſumpta fuit Ordinatio noſtra Regia *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6. pluribus relatis Joannes Martins à Coſta *de Stylo Domus Supplicationis, annot.* 8. *num.* 19. Gabr. Pereir. *Cap.* 4. *num.* 3. & 5. *& cap.* 12. *num.* 1. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 43.

3 Quando Prælati, & eorum Vicarii nolunt obedire Chartis *Rogatoriis Coronæ*, tunc ab eodem Tribunali expeditur aggravantibus certitudo cum tribus Sententiis *Coronæ* inſertis, quibus Eccleſiaſticus noluit obedire, & cum ea præſentatur ſupplicatio in Tribunali Palatii tenoris ſequentis.

I. Petiçaõ ao Paço.

4 *Diz N. que elle aggravou do Vigario Geral, ou Juiz de tal parte ſobre tal couſa, e tendo provimento na Coroa ſe paſſàraõ as Cartas rogatorias para o dito Vigario Geral, às quaes naõ deu cumprimento, como conſta da Certidaõ junta.* ⸗ *P. a V. Mageſtade lhe faça mercè mandar paſſar Carta para o dito Vigario Geral vir emprazado a eſta Corte para ſer ouvido na Meſa do Dezembargo do Paço com o Juiz, e Procurador da Coroa, e dar a razaõ, que teve para naõ dar cumprimento às ditas, e ſe tomar Aſſento ſobre ellas. E R. M.*

5 Virtute hujus ſupplicationis expeditur Charta manu Regis firmata ad Vicarium Generalem, vel Judicem Eccleſiaſticum tenoris ſequentis.

Car-

Digitized by Google

Carta emprazatoria.

5 *Vigario Geral de tal parte. Eu El-Rey vos invio muito ſaudar. Hey por bem, que tanto que eſte receberdes, appareçais na Meſa do Dezembargo do Paço dentro de vinte dias primeiros ſeguintes, porque aſſim convem a meu ſerviço, e bem da juſtiça. Eſcrita em Lisboa, a tantos de tal mez, e anno.* Rey. Vide Ordinat. Regiam *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6. Vide etiam *Reſolut.* 100.

Cum hac Charta mittitur alia ad *Præſidem Provinciæ* territorii, ut per Scribam ſui auditorii eam tradat Vicario Generali tenoris ſequentis.

Carta para o Corregedor.

6 *Corregedor da Comarca de tal parte. Eu ElRey vos invio muito ſaudar. Com eſta vos ſerà dada outra minha para o Vigario Geral deſſe Biſpado; mandovos, que lha deis, e lhe notifiqueis da minha parte appareça na Meſa do Dezembargo do Paço dentro de vinte dias primeiros ſeguintes a dar a razaõ, que teve, porque ſe naõ cumprirao as Cartas, que ſe paſſárão do Juizo dos feitos de minha Coroa de tal Relaçaõ, a favor de N. e à peſſoa, que eſta vos entregar, fareis paſſar Certidaõ, porque conſte do dia em que foy notificado o dito Vigario Geral, e ſe proceder na cauſa como for juſtiça. Eſcrita em Lisboa, a tantos de tal mez, e anno.* Rey.

Tradita hac Epiſtola, Scriba *Præſidis* expedit certitudinem cum die, menſe, & anno traditionis, & citationis, cum qua aggravans offert novam petitionem in Tribunali Palatii, ſequentis tenoris.

Segunda Petiçaõ ao Dezembargo do Paço.

Diz N. que à Carta emprazatoria de V. Mageſtade ſe entregou ao Vigario Gèral de tal parte, e notificou, para que appareceſſe neſte Tribunal dentro de vinte dias, para com elle ſe tomar aſſento ſobre as Cartas, que contra elle ſe paſſáraõ do Juizo da Coroa a favor do Supplicante; e porque o termo he paſſado, como conſta da Certidaõ junta. = *P. a Voſſa Mageſtade, lhe faça mercè aſſinar dia para ſe tomar o dito aſſento. E R. M.* 7

Deſta Petiçaõ ſe manda dar viſta ao Procurador da Coroa, o qual reſponde. = *Os termos ſaõ aſſinarſe dia para o aſſento. Lisboa, &c.* = *Quando no dia aſſinado naõ apparece o emprazado ſe apregoa à porta do Paço; e apparecendo he ouvido, aliàs ſe toma o aſſento à ſua revelia, com o Juiz, e Procurador da Coroa; e ſe faz o aſſento na fórma ſeguinte.* 8

Aſſento do Paço.

Aos tantos de tal mez, e anno foraõ ouvidos no Tribunal do Paço o Vigario Geral de tal parte com o Juiz, e Procurador da Coroa; (ou à ſua revelia, quando falte) e ſe aſſentou, que as Cartas do Juizo da Coroa foraõ bem paſſadas, e que as devia cumprir. Lisboa, &c. 9

Se o Juiz Eccleſiaſtico, ou Prelado aſſiſtio ao aſſento, logo ſe lhe notifica para o cumprir, e ſe naõ quer, ou eſtà auſente, o Juiz da Coroa, que o foy da cauſa, como executor, que he do dito aſſento (*ex Gabr. Pereir.* de Man. Reg. cap. 12. num. 15.) *paſſa Carta para o cumprir; e conſtando por Certidaõ do Eſcrivaõ, que lha notificou, que naõ quiz obedecer, ſe manda juntar aos Autos; e viſtos elles em Relaçaõ, ſe* 10

ſe lhe mandaõ occupar as temporalidades, por Acordaõ ad inſtar de quo infra num. 17.

11 Hæc praxis procedendi contra Eccleſiaſticos inobedientes non ſolum procedit ex concordia, de qua *ſupra num.* 1. ſed etiam ex immemorabili conſuetudine; tenentur enim Prælati, & Judices Eccleſiaſtici mandatis, & proviſionibus Regis obedire; ita etiam Lege cautum in eſt Caſtellæ Regno: *L.* 29. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recopil. & L.* 13. *tit.* 3. *eodem lib.* 4. tenentur enim omnes Eccleſiaſtici Regi obedire in tangentibus ad regimen, & ordinem poteſtatis: ex *Divo Thoma* cum aliis per Salgad. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 272. & nos diximus ſuprà *Reſolution.* 61. & tenentur ſervare reverentiam, & venerationem Regi, quia ſunt ſubditi ratione domicilii: plures per Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 62. & per Salgad. *dict. cap.* 2 *num.* 270.

12 Si fuerint contumaces, & rebelles, nec velint à vi illata deſiſtere, mediantibus Sententiis Coronæ, Decretis Palatii, Chartis, & Mandatis Regiis, per quas media interponitur à Rege protectio, & naturalis defenſio ei competens, né pax publica turbetur, nec ſubditi violentiam patiantur, tunc à Regno expelluntur, & eorum temporalitates, & bona occupantur in pœnam inobedientiæ: DD. per text. *in L. ult. ff. de Offic. Procurat. Cæſar. & lib.* 2. *de Feudis, tit.* 27. *de Pace tenenda*, §. *Si Clericus*, *verſ. Si autem*, ibi: *Si autem idem Clericus inobediens extiterit, non ſolum officio, & Beneficio Eccleſiaſtico privetur, verum etiam tanquam proſcriptus habeatur.* Ita pluribus relatis Bovadilh. *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 62. *litera H.* Salgad. *dict. cap.* 2. *num.* 268. *& num.* 274. ubi triginta DD. refert, *& num.* 277. *&* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 204. ubi plures refert.

13 In hac temporalitatum occupatione, & Eccleſiaſticorum inobedientium expulſione, non procedit Rex ex vi, & potentiâ juriſdictionis contentioſæ (quam in Clericos exercere non poteſt,) ſed virtute poteſtatis politicæ, & œconomicæ: ex Bovadilh. *dict. cap.* 18. *num.* 62. plures per Salgad. *d. cap.* 2. *n.* 276. qui *à num.* 278. ad intentum varia exempla refert; & Bovadilh. *proximè.* Nec propter hanc expulſionem in his terminis in Cenſuras Bullæ Cœnæ incurritur, quia tantùm habent locum, quando Prælati, & Eccleſiaſtici injuſtè, & ſine legitima cauſa expelluntur; prout cum aliis reſolvit idem Salgad. *dict. cap.* 2. *à num.* 281.

Qua praxi attenta proceſſum eſt 14
in Senatu Portuenſi contra Illuſtriſſimum Epiſcopum illius Civitatis *D. Fr. Gondiſalum de Moraes* ad ejus temporalitates occupandas, quia noluit obedire Decretis Palatii, & mandatis Regiis, nec inſtituere præſentatum à Rege in Eccleſia de *Fandinhães*, & occaſione prædicta reduxit Rex hanc praxim ad ſcriptum per Epiſtolam tenoris ſequentis.

Carta de ElRey de Caſtella, eſcrita em 21. de Junho de 1617. aos Governadores do Reino, em que dà fórma de proceder contra os Prelados, que naõ obedecem aos Aſſentos do Paço, e Cartas da Coroa.

Vi huma Conſulta, que me fizeraõ 15
os Dezembargadores do Paço, e os da Caſa da Supplicaçaõ, ſobre os procedimentos,

cedimentos, que no Porto tiveraõ com o Biſpo daquella Cidade os Miniſtros da Relaçaõ, conforme o Aſſento, que ſe paſſou pelo Dezembargo do Paço, em que ſe ordenou, que ſe procedeſſe contra elle na fórma da Ordenaçaõ, e eſtylo do Reino, por naõ querer collar na Igreja de Fandinhães a Dom Joaõ da Sylva, preſentado nella; e viſto outro ſy os Autos proceſſados, e diverſas Cartas, e Petiçoens do meſmo Biſpo, e conſiderando eu as muitas vezes, que poderà ſucceder errarem os Miniſtros da Juſtiça na occupaçaõ das temporalidades, com que devem obrigar aos Prelados, e Juizes Eccleſiaſticos, que naõ obedecem aos Aſſentos do Dezembargo do Paço (como ſaõ obrigados) conforme as Leis do Reino, e eſtylos, coſtumes, concordatas, e privilegios Apoſtolicos, do que ſe occaſionaõ as ditas temporalidades, por naõ eſtarem eſcritas, e pender de coſtume immemorial, e que ſempre no Reino ſe praticou, em execuçaõ das ditas Leys; do que tudo ſe ſeguem, e podem ſeguir ao futuro inconvenientes contra a boa adminiſtraçaõ da Juſtiça, e reſpeito, com que os Miniſtros Eccleſiaſticos devem ſer tratados, ſendo neceſſario pelo meyo da occupaçaõ das temporalidades, obrigallos a cumprir os ditos Aſſentos. E para que de todo ceſſem opinioens de Miniſtros, e juntamente exceſſos, e ſe proceder neſtes caſos com todo o tento. Hey por bem de reduzir a eſcrito a pratica, e coſtume immemorial àcerca das ditas temporalidades; o qual he, que naõ obedecendo os Prelados, e Juizes Eccleſiaſticos aos Aſſentos do Dezembargo do Paço, e dando ordem aos Miniſtros do dito Tribunal, que contra os Prelados, e Juizes Eccleſiaſticos ſe proceda na fórma do eſtylo; os Miniſtros, a quem ſe der a dita ordem, poderaõ proceder mandando aos ditos Prelados, ou Juizes Eccleſiaſticos ſequeſtrar, e embargar ſuas rendas Patrimoniaes, ou Eccleſiaſticas, e os moveis, que ſe acharem fóra de ſuas Caſas; e outro ſy embargar as cavalgaduras, em que actualmente naõ forem a cavallo, e notificar aos Criados ſeculares, que o naõ ſirvaõ, e que continuando o ſerviço ſeraõ prezos, e caſtigados conforme a deſobediencia. Eſtas temporalidades poderaõ applicar todas juntas, ou cada huma de per ſy, como parecer de mayor conveniencia, e a qualidade da cauſa, e circunſtancias, que occorrerem. E ſendo caſo, que precedendo todos eſtes meyos, (o que ſe naõ eſpera) os ditos Prelados do Reino, e ſuas Provincias, Collectores de Sua Santidade, e Juizes Eccleſiaſticos naõ obedeçaõ aos ditos Aſſentos do Tribunal do Paço, poderaõ deſnaturalizar aos Juizes Eccleſiaſticos. E quanto aos Prelados, e Collectores de Sua Santidade ſe embargaraõ as temporalidades, na fórma ſobre dita; e pedindo o exceſſo de ſua deſobediencia mayor demonſtraçaõ, ſe me darà conta, informando-me dos delictos, e circunſtancias da cauſa, para que com o reſpeito, e ponderaçaõ, que pede, materia de tanta conſideraçaõ, mande o que mais convenha ao ſerviço de Deos, e meu. E porque ſeja notorio a todos os Miniſtros dos Tribunaes o coſtume, e pratica do Reino em materia de tanta importancia, e naõ haver confuſaõ, nem ſe introduzirem novos procedimentos. (ſendo ſó minha tençaõ conſervar minha juriſdicçaõ Real, e adminiſtrar juſtiça a meus Vaſſallos, que he o intento das Leys do Reino muito conforme à juſta tençaõ de Sua Santidade, e do direito Canonico) Hey por bem, e mando, que eſta minha Carta ſe regiſte no Dezembargo do Paço, e nas Caſas da Supplicaçaõ da Cidade de Lisboa, e na do Porto. Chriſtovaõ Soares, Secretario do Eſtado.

Tranſumptum hujus Epiſtolæ, 16
præſentatum fuit in actis gravaminis *Cameræ de Benavente* contra Archiepiſcopum Eborenſem, qui noluit confirmare Capellanum præſentatum ab eadem Camera, nec

obtemperare Decreto Palatii, nec Sententiis Coronæ, de quo ſupra *Reſolut.* 25. *à num.* 10. quare à Judicio Coronæ juſſum eſt expediri Chartam ad ejus temporalitates occupandas, prout conſtat ex mandato tenoris ſequentis.

Mandatum Coronæ ad occupandas temporalitates.

17 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſto como ſendo tomado Aſſento na Meſa do Paço em favor das Cartas, e Sentenças deſte Juizo, ſe paſſou Carta com o theor do Aſſento, a qual ſendo notificada ao Reverendo Arcebiſpo da Cidade de Evora, elle a naõ cumprio. E viſto outro ſy o deſpacho da Meſa do Paço para ſe proceder às temporalidades contra o dito Arcebiſpo, na fórma do eſtylo, conforme a Carta junta do dito Senhor, que houve por bem de aſſi o mandar declarar. Mandaõ, que ao Rever. Arcebiſpo lhe ſejaõ ſequeſtradas, e embargadas ſuas rendas patrimoniaes, Eccleſiaſticas, e os moveis, que ſe acharem fóra de ſua caſa; e lhe ſejaõ outro ſy embargadas as cavalgaduras, em que actualmente naõ for a cavallo; e ſe notifiquem os Criados ſeculares, que o naõ ſirvaõ, e continuando em ſeu ſerviço ſeraõ prezos, e caſtigados conforme ſua deſobediencia; e para todo o ſobredito ſe paſſaraõ as Cartas neceſſarias para as Juſtiças do dito Senhor. Lisboa, tres de Abril de* 1631. Franciſco Lopes de Barros. Sebaſtiaõ de Carvalho. Diogo Fernandes Salema.

18 Et in effectum dictus Archiepiſcopus ſe obtulit ad conferendum, & inſtituendum dictum Capellanum ad præſentationem dictæ *Cameræ de Benavente*, prout conſtat ex actis.

Eodem modo proceſſum eſt ad occupationem temporalitatum contra Capitulum Lamecenſe, quia noluit obedire Sententiis Coronæ, nec Decretis Palatii, denegando collationem præſentato per Monaſterium *S. Joannis de Tarouca*, de quo ſupra diximus *Reſolut.* 25. *à n.* 14.

Idem etiam contra Capitulum Bracharenſe, quia noluit inſtituere præſentatum à Rege in Eccleſia de *Candemil*, de quo ſupra *Reſolut.* 25. *n.* 24. & utrunque Capitulum poſt occupationem temporalitatum utrunque præſentatum inſtituit, & confirmavit. 19

Ob inobedientiam Sententiarum Coronæ, & Decretorum Palatii expulſus fuit à Regno Illuſtriſſimus Collector *Alexander Caſtracani* Epiſcopus Hyeracenſis, & Doctor *Alvarus Soares de Caſtro*, nunc electus Epiſcopus Braſilienſis, & plures alii ob non paritionem. 20

RESOLUTIO LXXVI.

An Summus Pontifex poſſit privare aliquem Beneficio Patronatus Coronæ, vel liberæ collationis, in quo fuit ligitime inſtitutus, & executor Bullarum reſcribere, & interim ſuperſedere teneatur?

SUMMARIUM.

1 *Pontifex, & Princeps Supremus non poteſt prætextu ſupremæ poteſtatis à Juſtitia, & à licito recedere.*

2 *Pontifex, & Reges habent poteſtatem à Deo.*

3 *In tali conceſſione non eis fuerunt conceſſa illicita.*

4 *Deus non eis dedit poteſtatem peccandi, nec auferendi alienum ſine juſta cauſa.*

5 *Nil cum peccato diſponere poſſunt.*

6 *Nec facere ea, quæ ſunt in Le-*

ge

ge cum præjudicio tertii.

7 *Nec alicui auferre jus quæſitum, tam de jure Civili, quàm de jure gentium, niſi prius competenti ſatisfactione præmiſſa.*

8 *Poteſtas abſoluta non cadit in Principe Chriſtiano, cui non licet quod repugnat juri Divino, naturali, & gentium, & talis poteſtas ab omnibus reprobatur.*

Ibi. *Juriſconſulti talis poteſtatis abſolutæ, nec verbo meminerunt.*

9 *Mandatum Principis de motu proprio, & de plenitudine poteſtatis in præjudicium tertii bona auferendo ſine juſta cauſa, dicitur potius de plenitudine tempeſtatis, & iniquitatis, quàm poteſtatis.*

10 *Non poſſunt, niſi quod juſtè, & licitè poſſunt.*

11 *Subditi non tenentur exequi, nec obedire mandato Principis, quando conſtat eſſe injuſtum, & iniquum.*

12 *Princeps poteſt revocare Leges per ſe, & anteriores factas.*

13 *Non poteſt tamen jus jam per eas quæſitum revocare, nec auferre, ſine juſta cauſa.*

14 *Princeps, licet poſſit revocare privilegium à ſe liberè, & gratis conceſſum ſine juſta cauſa, non tamen poteſt jus jam per illud tertiò quæſitum auferre.*

15 *Quamvis Pontifex habeat plenariam poteſtatem in Beneficialibus, non poteſt tamen ſine juſta cauſa auferre Beneficium uni, & alteri dare, nec privare Prælatum ſua Prælatura.*

16 *Poteſtas Pontifici fuit conceſſa à Chriſto in ædificationem, & non in deſtructionem.*

17 *Pontifex fuit datus à Deo, ut faceret judicium, & juſtitiam.*

18 *Beneficium auferre legitimo poſſeſſori ſine cauſa, repugnat juri Divino, naturali, gentium, & Civili.*

19 *Clericus acquirit dominium Beneficii per inſtitutionem Canonicam.*

20 *Pontifex non eſt dominus Beneficiorum, ſed adminiſtrator, & diſpenſator Fidelis.*

21 *Beneficium, & Epiſcopatum acceptans, celebrare videtur quaſi contractum cum Eccleſia.*

Ibi. *Ideo non poſſunt eam dimittere ſine authoritate legitimi Superioris.*

23 *Princeps non poteſt revocare, nec diſſolvere contractus inter privatos celebratos, ſine juſta cauſa.*

24 *Princeps ſæcularis ita ſe habet ad bona temporalia ſubditorum, ut Pontifex reſpectu Beneficiorum.*

25 *Princeps ſæcularis non poteſt ſine cauſa ſubditos privare dominio rerum ſuarum.*

26 *Poteſtas libera Pontificis intelligitur ſecundùm intellectam rationem.*

27 *Reſcripta emanata in præjudicium tertii attento jure Canonico non exequuntur.*

28 *Idem conſtitutum eſt ab Imperatoribus, & de jure Caſtellæ, n. 29.*

30 *Executor mandati injuſti tenetur reſcribere, & interim ſuperſedere.*

JAm diximus *Reſolut.* 13. Pontificem non habere abſolutam poteſtatem ſuper Beneficiis, & *Reſolut.* 14. non poſſe juri Patronatus Coronæ derogare, nec tertio præjudicare, niſi ex juſta cauſa, & competenti ſatisfactione præmiſſa.

Non enim licet Pontifici, nec 1
Principi ſupremo prætextu ſupremæ poteſtatis à juſtitia, & à licito recedere: DD. per text. *in Cap. Si is, qui præeſt* 11. *quæſt.* 3. Paleot. *in Tract. conſult. Sacrarum Conſtit.* 2. *part. quæſt.* 9. Ramires *de Lege Regia*, §. 3. *à num.* 16.

Licet enim Pontifex, & Reges 2
habeant poteſtatem à Deo: Sapient. *Cap.* 6. *num.* 4. ibi: *Data eſt à Domino poteſtas vobis.* Proverbior. *Cap.* 8. *num.* 15. ibi: *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt;*

& Paulus ad Romanos *Cap.* 13. *n.* 1. ibi: *Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo*; & ibi: *Miniſtri enim Dei ſunt. Cap. Novit* 13. *de Judic.* ibi: *Poteſtas noſtra non ex homine, ſed ex Deo eſt.* Soar. *de Legibus, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. *& lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 5. Soto *de Juſtit. lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 3. *verſ. Unde verbum illud, & lib.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 1. *ad finem.*

3 In tali tamen conceſſione non eis conceſſa fuerunt illicita: ex *L.* 1. *ff. de His, qui ſunt ſui, cap.* 1. *de Jur. jurand.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 77. ubi plura jura refert, Petra *de Poteſt. Princip. cap.* 24. *num.* 28.

4 Non enim eis dedit Deus poteſtatem peccandi, nec auferendi alienum ſine juſta cauſa: ex *Cap.* 1. *in fin. diſt.* 40. ibi: *Ex officio ſuſcepto non licentiam peccandi, ſed neceſſitatem benè vivendi ſe noverint aſſecutos.* Ita Barthol. *in L. ultim. num.* 2. *Cod. Si contra jus, cap. Faciat* 22. *quæſt.* 2. Soto *de Juſtit. lib.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 1. Morla *in Emporio juris, tit. de Legib. quæſt.* 1. *num.* 7. Cabed. 2. *part. deciſ.* 18. *à num.* 12.

5 Nihil enim cum peccato diſponere poſſunt: *Dict. cap.* 1. *diſt.* 40. *dict. cap. Faciat, cap. Sunt quidam* 25. *quæſt.* 1. Bruſat *Conſil.* 162. *num.* 12. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *n.* 773. *&* 774. Molin. *de Primog. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 28.

6 Nec ètiam poſſunt facere ea, quæ ſunt in Lege cum præjudicio tertii: *L. ult. Cod. de Precib. Imperat. offerend. L. ult. Cod. Si contra jus, L.* 3. *Cod. de Reſcind. L.* 2. *Cod. de Duobus reis, L. Authoritatem, Cod. Unde vi, L. Cauſas, Cod. de Tranſact. L. Si donationem, Cod. de Revocand.* Covar. *lib.* 3. *Variar. cap.* 6. *à num.* 5. Molin. *de Primog. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14.

7 Nec alicui auferre jus quæſitum, tam de jure Civili, quàm de jure gentium, niſi prius competenti ſatisfactione præmiſſa: Molin. *ubi proximè.* Pinel. *part.* 1. *Rubric. cap.* 2. *à num.* 1. *& à num.* 26. Scacia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 35. Cynus *in L. Reſcripta, Cod. de Precib. Imperat. offerend.* Gloſſ. *in L. Quoties, eodem tit.* Barthol. *in L. ult. verſ. Aut vult mihi auferre, Cod. Si contra jus, & in L. Itèm verberatum, §.* 1. *ff. de Reivendicatione.* Cancer. *Var. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 3. *de Privilegiis, à num.* 84. Covar. *lib.* 2. *Var. cap.* 6. *num.* 6. Cevalh. *Commun. quæſt.* 906. *per totam.* Bovad. *Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 11. Cabed. 2. *part. deciſ.* 18. *n* 2. *&* 3. Gratian. *Forenſ. cap.* 167. *à n.* 49.

Poteſtas enim abſoluta non cadit in Principe Chriſtiano, cui non 8
licet quod repugnat juri Divino, naturali, & gentium, & talis poteſtas meritò ab omnibus reprobatur: Pinel. *dict. cap.* 2. *n.* 24. *&* 25. *Cod. de Reſcind.* Sot. *de Juſt. lib.* 4. *q.* 4. *art.* 1. Sarmient. *Select. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. Surd. *Conſil.* 419. *à num.* 47. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 8. *à n.* 28. *uſque ad* 36. *& lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 1. Peregrin. *de Jur. Fiſci lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 67. Gail *lib.* 2. *obſerv.* 56. *num.* 9. Valenzuel. *Conſil.* 69. *num.* 132. Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.* 4. *Gloſſ.* 14. *num.* 40. Sanch. *de Matr. lib.* 2. *diſp.* 15. *ſub num.* 3. Covar. *Var. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Bovadilh. *Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 11. Valaſc. *de Jur. Emphyt. quæſt.* 3. *num.* 10. Petrus Greg. *de Republ. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 57. ubi addit nec Papinianum, nec Ulpianum, nec ullum alium veterem Juriſconſultum in toto jure hujus abſolutæ poteſtatis (nec verbo) meminiſſe. Peregrin. *de Fideicommiſſ. artic.* 52. *n.* 122. Giurb. *Conſil.* 1. *num.* 37. Plures per Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 12. *num.* 9. & per Sanfelicium *Noviſſimè tom.* 3. *deciſ.* 397. *à num.* 18. Salled. *de Leg. polit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 14. *& num.* 28.

Si enim jubeant aliquid de motu proprio, & plenitudine poteſta- 9
tis in præjudicium tertii, bona auferendo

ferendo ſine juſta , & rationabili
cauſa, dicitur, potius de plenitudi-
ne tempeſtatis, & iniquitatis, quàm
poteſtatis: ita Pinel. *d. cap.* 2. *n.* 20.
24. *&* 25. Surd. *Conſil.* 419. *num.* 49.
Plures per Molin. *de Primog. lib.* 2.
cap. 7. *n.* 33. Bald. *in L. Decernimus*,
num. 3. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. &*
in L. Æmilius, *ad fin. ff. de Minorib.*
Covar. *d. lib.* 3. *Var. cap.* 6. *n.* 8. *poſt*
principium. Parlador. *lib.* 1. *Rerum quo-*
tidianar. p. 1. *cap. ult.* §. 7. *n.* 10. Gail
lib. 2. *obſervat.* 56. *num.* 9. *&* 10.
Cabed. *ubi ſupra*, qui omnes plures
DD. referunt.

10 Ratio eſt, quia non poſſunt ſe-
cundùm rectam rationem, & tradi-
tam ſibi à Deo poteſtatem , niſi
quod juſtè , & licitè poſſunt: ex
L. Filius 15. *ff. de Condit. inſtit.* ibi:
Nam quæ facta lædunt pietatem,
exiſtimationem, verecundiam noſtram,
& ut generaliter dixerim, quæ contra
bonos mores fiunt, *nec facere nos poſ-*
ſe credendum eſt. Cap. Faciat 22. *q.* 2.
ubi Divus Auguſtinus dicit, faciat
homo etiam pro temporali ſalute
hominum quod poteſt; cum au-
tem ad hoc ventum fuerit, ut ta-
li ſaluti , niſi peccato conſulere
non poſſit , jam exiſtimet non
habere quod faciat ; quoniam id
reliquum eſſe proſpexerit , quod
rectè faciat: *L. Licet* 12. *ff. de Offic.*
præſid. ibi: *Sed licet is*, *qui Provin-*
ciæ præeſt, *omnium Romæ Magiſtra-*
tuum jure, *& officio fungi deberet*, *non*
tamen ſpectandum eſt, *quod Romæ tam*
factum eſt, *quàm quod fieri debeat.*
Pinel. *dict. cap.* 2. *à num.* 1. Sanch. *de*
Matrim. dict. lib. 2. *diſputat.* 15. *n.* 3.
Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 7. *à*
num. 31. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*
183. *num.* 5. Gratian. *deciſ.* 13. *num.*
34. Peregr. *volum.* 4. *Conſil.* 4.
num. 12.

11 Ex quo fluit, quòd ſubditi non
tenentur exequi, nec obedire man-
dato Principis, quando conſtat eſ-
ſe injuſtum, & iniquum (prout eſt
quando privat aliquem dominio rei
ſine juſta cauſa:) ex *Cap. Si quid*
23. *quæſt.* 1. *cap. Non ſemper*, *cap.*
Si Dominus, *cap. Julianus*, *cap. Qui*
reſiſtit 11. *quæſt.* 3. *cap. Literas*,
verſ. Porrò, *de Reſtit. ſpoliat. cap.*
Inquiſitioni 44. *verſ. In primo caſu*, *de*
Sentent. excommun. Gloſſ. *ultim. in*
Cap. 2. *de Maioritate.* Gloſſ. *verbo*,
Obediendum, *verſ. Si verò præcipiat*,
in cap. Ad aures, *de temporibus or-*
dinan. ubi DD. Gail *lib.* 2. *obſerv.* 1.
num. 10. Covar. *de Sponſal.* 2. *part*
cap. 6. §. 9. *n.* 9. Soar. *tom.* 2. *de Relig.*
lib. 6. *cap.* 17. *num.* 6. *& tom.* 3. *lib.*
10. *cap.* 8. *à num.* 2. Sanch. *in Deca-*
log. tom. 1. *lib.* 6. *cap.* 2. *à num.* 12.
præſertim, *à num.* 21. Marius Giur-
ba *Conſil.* 1. *num.* 36. *ad medium.*

Fluit etiam , quòd quanvis Prin- 12
ceps poſſit revocare Leges anteri-
ores per ſe , vel anteceſſores ſuos
factas: ex *L. Sed & poſteriores*, *ff.*
de Legibus, *L. ultim. Cod. eodem tit.*
cap. 1. *& ibi Gloſſ. verbo*, *Revocare*,
de Conſtitut. in 6. Ordinatio Regia
lib. 3. *tit.* 75. §. 1. *in fin.* Soar. *de*
Legib. lib. 6. *cap.* 26. *per totum.* San-
ches *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 17.
num. 29.

Non tamen poteſt jus jam per 13
eas quæſitum, revocare nec aufer-
re ſine juſta , & rationabili cauſa:
Scacia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 35.
Pinel. *dict. cap.* 2. *num.* 3. *Cod. de Reſ-*
cind. Covar. *lib.* 3. *Var. cap.* 6. *n.* 9.
verſ. Princeps etenim. Gomes *in Re-*
gula de non tollendo jure quæſito,
quæſt. 15. *verſ. Sed his non obſtanti-*
bus. Molin. *de Primog. lib.* 4. *cap.* 3.
num. 12. Cabed. 2. *part. deciſ.* 75.
num. 1.

Idem etiam procedit reſpectu 14
privilegiorum, licet enim Princeps
juxta aliquorum Sententiam poſ-
ſit revocare privilegium à ſe libe-
re, & gratis conceſſum, ſine juſta
cauſa: ex *Cap. Novit*, *ubi DD. de*
Judic. & in Regula Decet, ubi Gloſ-
ſa 1. *Varia jura refert de Regul. jur.*
in 6. Covar. *lib.* 3. *Var. cap.* 6. *n.* 1.
Sanch. *de Matr. lib.* 8. *diſputat.* 33.
num.

Digitized by Google

num. 1. Molin. *de Primog. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 8. Soar. *de Legib. lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 4. Cabed. *ubi ſupra.* Non tamen poteſt auferre jus jam per illud tertiò quæſitum. Molin. *dict. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 18. *&* 21. Matienſ. *lib.* 3. *Recopilat. tit.* 10. *lib.* 6. *Gloſſ.* 1. *per totam præſertim à num.* 6. Sanches *dict. diſp.* 33. *num.* 2.

15 Ex quibus infertur ad noſtram quæſtionem, quod quanvis Summus Pontifex habeat plenariam poteſtatem in Beneficialibus: DD. per text. *in Cap.* 2. *de Præbend. in* 6. *Clement.* 1. *ut lite pendente*, & adulatoriè dicatur dominus Beneficiorum, prout ſupra diximus *Reſolut.* 13. *à num.* 7. non poteſt tamen ſine juſta, & rationabili cauſa auferre Beneficium uni, & alteri dare, nec privare Prælatum ſuâ Prælaturâ. Ita Abbas *in Cap. ult. de Confirmat. utili, & in cap. Conſtitutus, verſ. Aut quæritur, de Religioſ. domib.* Romanus *Conſil.* 345. Selva *de Beneficiis*, 3. *p. quæſt.* 40. Molin. *in Cap. Cum olim, verſ. Secundum exemplum, de Sentent. & re judicat. & in Cap. Quæ in Eccleſiarum, de Conſtit.* ubi dicit commun. Cancer. *Var. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *de Privileg. num.* 48. *in fin.* Cabed. 2. *part. deciſ.* 18. *num.* 13. *in fin.* & nos diximus *dict. Reſol.* 13. Et quanvis Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancell.* §. 1. *Proœm. à num.* 33. aliquot referat DD. pro contraria opinione, nihilominus *num.* 37. in fine eam non firmavit, & manſit dubius, & irreſolutus; probatur etiam ex dictis *Reſolut.* 13. *à num.* 15.

16 Prima ratio eſt; quia poteſtas fuit ſibi à Chriſto data ex ſupra dictis *num.* 2. in ordine ad bonum commune, & in ædificationem, & non in deſtructionem, ex authoritate Divi Pauli 2. *ad Corinth. cap. ultim.* ibi: *Secundùm poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.* Divus Thomas in *tractatu de Regimin. Princip. cap.* 1. *&* 2.

17 Planè ſi Pontifex ſine cauſa boni publici, & ſine culpa Clericum legitimè inſtitutum privaret Beneficio ſuo, & Epiſcopum ſuo Epiſcopatu, non diceretur ejus poteſtas in ædificationem, ſed in deſtructionem, & procederet contra rectam juſtitiæ rationem, & dictamen æquitatis, & contra ſui muneris inſtitutionem, quia fuit datus à Deo ad paſcendas oves ſibi commiſſas, & ut faceret judicium, & juſtitiam: ex Sacra Pagina 3. *Regum, cap.* 10. Gratian. *Forenſ. cap.* 167. *à num.* 50. Scac. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 30. Gutier. *lib.* 4. *Practic. quæſt.* 11. *à n.* 10.

18 Planè notoria injuſtitia eſt auferre alicui ſine cauſa, & culpa, quod ſuum eſt, & repugnat juri Divino, naturali, gentium, & Civili, ſi auferatur Beneficium ſine cauſa, & culpa ejus legitimi poſſeſſoris; prout etiam quando alicui aufertur jus jam quæſitum, etiam de jure Civili: ex Fachin. *lib.* 4. *controv. cap.* 63. *verſ. Contrarium cum ſeqq.* Gail *dict. lib.* 2. *obſ.* 65. *num.* 10. *&* 11. Pinel *dict. cap.* 2. *à num.* 1. *& à num.* 26. Scacia *dict. cap.* 53. *à num.* 30.

19 Clericus enim acquirit dominium Beneficii per inſtitutionem: DD. per text. *in Cap. Ex frequentib. de Inſtitut. & in Regul.* 1. *de Regul. jur. in* 6. *& in cap. unico, de eo, qui mittitur in poſſeſſ. in* 6. *cap. Si tibi abſenti, de Præbend. in* 6. *cap. ultim. de Conceſſ. Præbend. in* 6. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. §. 1. *num.* 15. plures per Garci. *de Benef.* 4. *part. cap. num.* 1.

20 Ergo ſi Summus Pontifex ſine cauſa, & culpa privaret Beneficatum ſuo Beneficio, & Prælatum ſua Prælatura, eis injuriam, & injuſtitiam irrogaret, & jam non paſceret, ſed necaret; non enim eſt dominus Beneficiorum, ſed adminiſtrator, & fidelis diſpenſator: ex Soar. *de Legib. lib.* 6. *cap.* 18. *à n.* 6.

&

& ex dictis *Reſolut.* 13. *à num.* 7. *præſertim à num.* 11.

21 Secunda; quia acceptans Beneficium, vel Epiſcopatum ſibi legitimè collatum, celebrare videtur quaſi contractum cum Eccleſia, & virtute illius ſe obligare ad illius adminiſtrationem, veluti illius ſponſum: DD. per text. *in Cap. Niſi cum pridem*, §. *Verum*, *de Renunt. cap.* 2. ibi: *Spirituale conjugium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam*; & ibi: *Non debet Eccleſiam ſuam relinquere*, *de Translat. Epiſcop.* Et ob hanc cauſam nec Epiſcopus, nec Beneficiatus poſſunt. Beneficia dimittere ſine authoritate legitimi Superioris: *Cap. Admonet*, *cap. Quod in dubiis*, *cap. ultim. de Renunt.* Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 223. Covar. *lib.* 1. *Var. cap.* 5. *num.* 6. *ad medium.* Menoch. *lib.* 2. *de Arbitr. caſ.* 201. *n.* 47. Flamin. *de Reſignat. lib.* 7. *q.* 9. & 10.

22 Sed Princeps non poteſt revocare, nec diſſolvere contractus inter privatos celebratos ſine juſta cauſa; ut cum aliis reſolvit Felinus *in dict. Cap. Quæ in Eccleſiarum*, *n.* 42. Pinel. *dict. Cap.* 2. *à num.* 1. DD. per text. *in Cap.* 1. *de Probat.* ergo nec Summus Pontifex poteſt ſine juſta, & rationabili cauſa privare Beneficiatum, vel Epiſcopum ſuo Beneficio, & Epiſcopatu.

23 Tertia; quia eodem modo ſe habet Princeps ſæcularis ad bona temporalia ſubditorum, ut ſe habet Pontifex ad bona, vel Beneficia Eccleſiaſtica. Argumento text. *in Cap. Cum ad verum*, *cap. Duo ſunt*, *diſt.* 96. *cap. In apibus* 7. *quæſt.* 1. *cap. Solitæ de Maioritat. Cap. Novit*, *in principio*, *de Judic.* Uterque enim habet in bonis, & Beneficiis ſubditorum ſolum dominium regiminis, ſeu gubernationis, quoad eorum protectionem, & defenſionem: ex dictis *Reſolut.* 13. *num.* 17.

24 Sed Princeps ſæcularis non poteſt ſine rationabili cauſa ſubditos privare dominio rerum ſuarum: ex Pinel. *dict. cap.* 2. *num.* 8. & 31. *Cod. de Reſcind.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 20. *num.* 1. & 3. Menoch. *Conſil.* 1. *num.* 381. & *Conſil.* 2. *num.* 136. & 139. & *Conſil.* 181. *n.* 55. Reinoſ. *obſerv.* 8. *n.* 6. Cald. Pereir. *de Empt. cap.* 18. *num.* 6. Valaſc. *Conſult.* 72. *n.* 5. Phœb. *deciſ.* 28. *n.* 5. Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. & 10.

Ergo etiam nec Summus Ponti- 25
fex ſine juſta cauſa poteſt legitimo poſſeſſori Beneficium auferre; libera enim poteſtas, quam habet ſuper Beneficiis, intelligitur ſecundùm rectam rationem, & benè ordinatam adminiſtrationem: ex text. *in Cap. In memoriam*, *diſt.* 19. *cap. Omnes*, & ibi Gloſſ. *verb. Injuſtitiam*, *diſt.* 22. ibi: *Non debet uni detrahere, & alteri dare*; & ibi: *Niſi ſubſit cauſa*; ita pluribus relatis Pinel. *dict. cap.* 2. *n.* 30. Soto *de Juſt. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 2. *in Reſolutione quinti argumenti.* Cabed. 2. *part. deciſ.* 20. *n.* 1. & ita ſupr. *Reſolut.* 13. *à n.* 15. Nunquam enim Pontifex intendit alicui præjudicare: ex *Cap. Super eo*, & ibi Gloſſ. *verb. Intentionis*, *de Offic. delegat.* Plures per Farin. *part.* 1. *Retentior. deciſ.* 234. *num.* 8. Scacia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 3. *in fin.* Larrea *deciſ.* 8. *n.* 87. & 88.

Ex quibus juſtiſſimè ſancitum eſt 26
à Pontificibus, & Principibus Chriſtianis, nè Reſcripta emanata in præjudicium tertii exequerentur: ex text. *in Cap. Reſcripta* 25. *quæſt.* 2. ibi: *Reſcripta contra jus elicita omnibus Judicibus præcipimus refutari, niſi fortè ſi aliquid, quod non lædat alium, & proſit petenti, &c. Cap. Nec damnoſa*, *cap. Imperiali eadem cauſa, & quæſtione.*

Idem conſtitutum eſt ab Impe- 27
ratoribus, & jure Civili: ex *L. ult. Cod. Si contra jus*, *L. Reſcripta*, *L. Nec damnoſa*, *Cod. de Precib. Imperat. offerend. L. Omnium*, *Cod. Vectigal. L.* 2. §. *Si quis*, *ff. Nè quid in loco publico.*

28 Idem etiam conſtitutum eſt per Leges Caſtellæ, in *L.* 30. *tit.* 18. *Partit.* 3. ibi: *Si ſon contra derecho de alguno ſeñaladamente, aſſi como que le tomen lo ſuyo ſin razon, y ſin derecho, ò fagan otro tuerto conocidamente en el cuerpo, ò en el haver tales cartas, no han fuerça ninguna, ni ſe deben cumplir*; & in *L.* 31. *&* 32. *& in L.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recopil. & in L.* 3. *eodem tit.*

29 Quare executor tenetur reſcribere, & interim ſuperſedere: ex text. optimo *in Cap. Si quando, de Reſcriptis*, ibi: *Si quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exaſperaſſe videntur, turbari non debes. Qualitatem negotii, pro quo tibi ſcribitur diligenter conſiderans, aut mandatum noſtrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendas: quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum. Cap. Cum teneamur, in fin. de Præbend.* ibi: *Aut ſi non poteſt ei ſine ſcandalo provideri æquanimiter ſuſtinebimus, ſi pro eo mandatum noſtrum non duxeris exequendum.* Barboſ. *in Collect. ad utrunque text.* plura adduxit, & Bovadilha *videndus lib.* 2. *Polit. cap.* 1. *à n.* 72. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 6. *n.* 58. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *à num.* 362. *& de Cognition. per viam violent. Gloſſ.* 6. *à num.* 62. Salſed. *in Prax. in nova edit. cap.* 56. *num.* 21. Xamar. *de Offic. Judic. part.* 1. *quæſt.* 3. *à num.* 36. *& quæſt.* 7. *à num.* 39. Themud. 3. *part. quæſt.* 17. *n.* 14. ubi plures refert, & per Sanfelicium *dict. tom.* 3. *deciſ.* 297. *à num.* 20. & per Olivam *de For. Eccleſ. part.* 1. *q.* 22. *à num.* 1. *& num.* 6. *verſic. Defenditur tertiò.*

RESOLUT. LXXVII.

An Decimæ donatæ Regibus à Summo Pontifici retineant naturam bonorum Coronæ; & an de eis in Judicio Coronæ agendum ſit?

SUMMARIUM.

1 *Donatio Regis* Alphonſi III. *Capitulo S. Mariæ de* Alcaceva *Sanctaranenſis.*

2 *Hanc donationem confirmarunt Reges ſucceſſores.*

3 *Decimæ debentur Eccleſiis, intra quarum limites prædia ſita ſunt.*

5 *Sententia Coronæ in materia.*

6 *Hæc Sententia fuit impedita per commendatorem in Chancellaria.*

7 *Sententia Coronæ ſuper impedimentis.*

8 *Exceptio Capituli de* Alcaceva *contra hanc Sententiam.*

9 *Sententia Coronæ ſuper exceptione.*

11 *Summus Pontifex poteſt Decimas Eccleſiaſticas concedere Regibus, & ſæcularibus.*

12 *Eas conceſſerunt Regibus Hiſpaniæ, & Portugalliæ.*

13 *Ratione hujus conceſſionis fuerunt Decimæ incorporatæ in Corona, & dicuntur jura regalia.*

14 *Has Decimas incorporatas in Corona poſſunt Reges concedere, cui voluerint.*

15 *Cognitio ſuper his Decimis pertinet ad Judicium Coronæ.*

16 *Aliàs ſi Eccleſiaſticus de illis velit cognoſcere, datur recurſus ad Coronam: & ſic pluries in ea judicatum.*

17 *Si ſuper redditibus, & bonis Coronæ donatis per Regem perſonis Eccleſiaſticis quæſtio moveatur, debet in Judicio Coronæ agitari.*

18 *Cauſa Decimarum eſt ſpiritualis, & in Judicio Eccleſiaſtico decidenda eſt.*

19 Non

19 *Non tamen ſi quæſtio moveatur ſuper Decimis à Pontifice Regibus donatis.*

20 *Judex Ordinum Militarium Monitorium expedivit, nè Capitulum de* Alcaceva *Decimas reciperet, contra quod Capitulum exceptionem oppoſuit.*

21 *Sententia Judicis Ordinum Militarium, per quam rejecit exceptionem.*

23 *Sententia Coronæ contra Judicem Ordinum Militarium.*

25 *Decretum Palatii, vulgò* Aſſento do Paço *in favorem Judicis Ordinum Militarium.*

26 *Contra hoc Decretum Palatii Capitulum de* Alcaceva, *&* Procurator Coronæ *exceptionem oppoſuerunt.*

27 *Sententia Palatii in favorem Coronæ, & Capituli, per quam primam Sententiam revocarunt.*

28 *Subſcriptio Judicis Ordinum Militarium, qui Sententiis Coronæ obtemperavit.*

HÆc quæſtio excitata fuit inter Capitulum *S. Mariæ de Alcaceva de Sanctarem*, & Commendatorem de *Villa-Franca de Xira*, ſuper Decimis Regalibus de Riba-Tejo conceſſis dicto Capitulo per inſignem, & invictiſſimum Regem *D. Alphonſum I.* hujus Regni, qui capto *Scalebicaſtro*, vulgo *Sanctarem*, à Maurorum poteſtate, dictam Eccleſiam ædificavit, & ſe illius Parochianum conſtituit, & Canonicos creavit dando eis Decimas adeundem Regem pertinentes per amplam donationem, quæ per antiquitatem hoc tempore tranſcribi non potuit, quam confirmavit Rex *Alphonſus III.* ejus pronepos, per donationem tenoris ſequentis.

Donatio, & confirmatio Regis Alphonſi III.

In Chriſti nomine, & ejus gratia. 1
Noverint univerſi præſentem Chartam inſpecturi, quòd ego Alphonſus Dei gratia, Rex Portugalenſis, unà cum uxore mea Regina Domna Beatrice illuſtris Regis Caſtellæ, & Legionis filia, & filiis, & filiabus noſtris Infantibus, D. Dionyſio noſtro primogenito, & hærede; D. Alphonſo, Donna Branca, & Donna Sancia, recolendo, & recognoſcendo, quomodo proavus meus felicis recordationis Rex D. Alphonſus capit caſtrum Sanctaenen. & in Divina potentia Sarracenos ejecerit, & qualiter ibidem nobile Oraculum, quod vocatur S. Maria de Alcaceva, ad honorem Dei, & Sanctiſſimæ Matris ſuæ conſtitui fecerit, & amore ipſius Matris Dei elegerit ſibi hoſpicium ſucceſſoribus ſuis apud Eccleſiam memoratam, & ut melius, & honeſtius ſervitores ejuſdem Eccleſiæ in eâdem Divina Officia celebrarent, illi dari, & aſſignari fecit Decimas de omnibus realengis ſuis, & eaſdem Decimas in dicta Eccleſia uſque ad hæc tempora in pace poſſederint: deſiderans nihilominus, ut præfata progenitorum meorum intacta, & illibata maneant in æternum ipſas Decimas eidem Eccleſiæ concedo, & volo inſuper, & mando quòd de omnibus quintanis, & poſſeſſionibus meis, quas modò habeo, vel de cætero ego, & ſucceſſores mei habuerimus in Sanctarena, & in terminis ſuis, & omnibus Leſiriis, quæ ſunt in Tago, & in ripa Tagi, quas ego culturæ tradi feci, & de cætero cultæ fuerint, præfata Eccleſia habeat, & poſſideat in pace, & integrè omnes Decimas cunctis temporibus ſæculorum, de parte mea, vel ſucceſſorum meorum, quam ego, vel ſucceſſores mei habere debemus, de fructu de ipſis quintanis, poſſeſſionibus, & Leſiriis ha-

bitis, & habendis. Si quis verò, tam de meis propinquis, quàm de aliis, contra hanc donationem parentum meorum, & conceſſionem meam, & donationem venire præſumpſerit, non ſit ei licitum, ſed per ſolam tentationem, incurrat iram Dei, & Sanctiſſimæ Matris ſuæ, & maledictionem meam habeat in æternum. Quincunque verò hoc factum progenitorum meorum, & mei illibatum, & intactum ſervaverit, benedictionem Dei, & Matris ſuæ, & meam habeat in æternum. In cujus rei teſtimonium feci præſentem Chartam meo ſigillo plumbeo communiri. Datum Ulyſſippone 26. Auguſti Rege mandante Joannes Vicenci Martins, era milleſima trigenteſima quinta, &c.

2 Has donationes poſtea confirmarunt, & ampliarunt Rex *Dionyſius*, *Alphonſus IV. Joannes I.* & cæteri Reges ſucceſſores, quorum donationes in actis fuerunt exhibitæ.

3 Exiſtente Capitulo in hac poſſeſſione ab origine Regni, virtute dictarum donationum, *Domn. Ludovicus de Noronha*, Commendator de *Villa-Franca* propoſuit actionem contra dictum Capitulum, nè prædictas Decimas reciperet de terris, & Leſiriis exiſtentibus intra limites ſuæ Commendæ; eo innixus fundamento, quòd attento jure Decimæ debentur Eccleſiis, intra quarum limites prædia ſita ſunt: *Cap. Quoniam, cap. ult. de Parochis, cap. 1. cap. Apoſtolicæ, cap. Prævenit, cap. Cum contingat, de Decimis, Cap. Ad Decimas, de Reſtitut. ſpoliator. in 6. cap. 1. de Præſcriptionibus in 6.* Rebuf. *de Decimis, quæſt. 3. num. 32.* Gutier. *Canon. lib. 2. quæſt. 21. n. 54.* Pelaes *de Maiorit. part. 1. quæſt. 58. à num. 32.* Cevalh. *Commun. quæſt. 458. à n. 21. & de cognitione per viam violent. q. 55. à num. 26.* Plures per Barboſ. *in Collect. in dict. cap. Ad Decimas, à num. 1.*

4 Hanc actionem contrariavit Capitulum, allegando prædictas donationes, & ſuam poſſeſſionem immemorabilem, & reconvenit eundem Commendatorem per Decimas, quas ab aliquibus terris aſportabat, quibus dictus Commendator dictam Eccleſiam, & Capitulum ſpoliaverat; & recepta reconventione, proceſſum eſt in cauſa, & latis hinc inde probationibus, lata fuit finaliter in Judicio Coronæ Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, Libello do Autor D. Luis de Noronha, Commendador da Igreja Matriz de Villa-Franca de Xira, contrariedade dos RR. Cabido, e Conegos de Noſſa Senhora de Alcaceva da Villa de Santarem, mais artigos recebidos, prova dada, doaçaõ, e mais papeis juntos; porque ſe moſtra ſer o A. Commendador da dita Igreja de Villa-Franca de Xira, da Ordem de Noſſo Senhor Jeſus Chriſto, e como tal lhe pertencem os Dizimos dos limites da dita ſua Igreja, e Commenda, e que eſtando na poſſe de ſe lhe pagarem, ſe intrometteraõ os RR. a cobrarem os Dizimos do dito limite. Moſtra-ſe por parte dos RR. pertencerem-lhe os ditos Dizimos, que levaõ dentro do dito limite, por doaçoens, que ElRey D. Affonſo Henriques, e ElRey Dom Affonſo III. e ſeus Succeſſores fizeraõ à dita ſua Igreja de Santa Maria de Alcaceva, pelas quaes conſta concederem-lhe os Dizimos da parte, que os ditos Reys tiveſſem, em todas as terras, Quintas, e propriedades na Villa de Santarem, e ſeus termos, & tambem de todas as Leſirias, que lhe pertenceſſem no Tejo, e Ribeiras delle, por ſerem freguezes da dita Igreja, e por virtude das ditas doaçoens eſtarem de poſſe de receberem os ditos Dizimos de tempo immemorial a eſta parte; e ſerem lhe confirmadas pela Bulla Apoſtolica fol. 44. do Santo Papa Martinho. O que tudo viſto com o 5

mais

mais dos Autos, e diſpoſiçaõ de direito, abſolvem aos RR. do contra elles pedido. E deferindo à reconvençaõ dos RR. reconvintes; viſto como pelas ditas doaçoens lhes pertence levar a parte dos Dizimos, que lhes toca, a reſpeito da parte dos frutos, que ſua Mageſtade tem nas Leſirias, e terras contheúdas na dita reconvençaõ, condemnaõ ao A. lhas largue, e deixe cobrar livremente pela dita ſua parte, e lhes pague, o que dellas tiver levado, da lide conteſtada em diante, que ſe liquidaraõ na execuçaõ deſta Sentença, e pague mais as cuſtas dos Autos. Lisboa, 24. de Mayo de 1633. Antaõ de Meſquita. Pereira. Villasboas.

6 Hanc Sententiam impedivit Commendator in Chancellaria, quæ impedimenta fuerunt rejecta: quare iterum per viam reſtitutionis Commendæ novam exceptionem oppoſuit, allegando Judicium Coronæ eſſe incompetens ad cognoſcendum de cauſis decimarum, quarum cognitio pertinebat ad Judicium Eccleſiaſticum, ſuper qua exceptione lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Altera Sententia Coronæ.

7 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos os embargos do Embargante, que recebem, e haõ por provados para effeito ſómente de declarar as doaçoens, de que ſe trata, ſobre que o feito veyo a eſte Juizo da Coroa. Declaraõ as ditas doaçoens, em que os Senhores Reys ſe fizeraõ Freguezes da Igreja de Noſſa Senhora de Alcaceva da Villa de Santarem, concederem lhe os Dizimos das propriedades, e Leſirias pertencentes ao dito Senhor, aſſim no dito termo da Villa de Santarem, como nas de Riba-Tejo, em que ſe comprehendem as de Villa-Franca de Xira, e ſeu limite, naõ prejudicando à Sentença embargada, nem eſta à cauſa decimal, ſobre que ſe poderà tratar em Juizo competente; e pague o Embargante as duas partes das cuſtas dos Autos, e os Embargados a terceira parte. Lisboa, 1. de Agoſto de 1634.* Meſquita. Mouſinho. Maſcarenhas.

Contra hanc Sententiam exceptionem oppoſuit dictum Capitulum allegando ceſſaſſe fundamentum Sententiæ, quia in illo Judicio Coronæ illud convenit Commendator per Libellum, quem obtulit in eodem Judicio, & non fuiſſe cauſam deductam ad Judicium Coronæ, ad declarandum dictas donationes, ſed eas Capitulum obtuliſſe ad ſe defendendum de actione intentata per Actorem in eodem Judicio, quod erat competens ad cognoſcendum de Decimis regalibus Capitulo donatis, ſuper qua exceptione lata fuit Sententia tenoris ſequentis. 8

Altera Sententia.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Sem embargo dos embargos do Embargante, que naõ recebem viſta ſua materia, e Autos, a Sentença embargada ſe cumpra, porque a reſerva, que nella ſe fez para Juizo competente na cauſa decimal, ſe entende quando ſe pedirem por eſſa cauſa Dizimos aos particulares. Lisboa, de Novembro 20. de 1634. Mouſinho. Doutor Cardoſo. Beja. 9

Quanvis hæc Sententia tranſivit per Chancellariam, nihilominus per illam læſa manſit regalis juriſdictio, & præſtitit occaſionem, ut Judex Ordinum Militarium executionem impediret, prout infra *à n. 21.* quod probatur ex ſequentibus. 10

Primò, quia certum eſt Summos Pontifices poſſe has Decimas Eccleſiaſticas Regibus, & ſæcularibus concedere, & jus eas percipiendi; DD. per text. *in Cap. Cum Apoſtolica, de His quæ fiunt à Prælatis, Cap. Ex parte 3. & Cap. A nobis, de Decimis.* 11

 Plures

Plures per Petr. Barboſ. *in L. Titia*, *à num.* 40. *ff. de Solut. Matr.* Monet. *de Decimis*, *cap.* 5. *q.* 3. *n.* 83. Gutier. *Practic. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 1. *&* 2. Gratian. *Forenſ. cap.* 238. *n.* 28. Plures per Barb. *tom.* 6. *in Addiction. ad Decretal. in cap. A nobis*, *n.* 2. *de Decimis.*

12 Sic de facto Summi Pontifices tertiam partem multarum Eccleſiarum conceſſerunt Regibus Hiſpaniæ, & hujus Regni, quia eas à Maurorum poteſtate vindicarunt, & Eccleſias ædificaverunt, & dotaverunt: Cabed. 2. *p. deciſ.* 63. *n.* 4. *verſ. Cauſa autem*, *& verſ. Itaque ex dictis*, *& verſ. Unde infertur*, *& verſ. Etiam.* Petr. Barboſ. *in dict. L. Titia*, *à num.* 41. Gratian. *d. cap.* 238. *n.* 28. Gutier. *d. quæſt.* 14. *n.* 1. alter Barboſ. *in d. Cap. A nobis*, *n.* 3.

13 Ratione hujus conceſſionis dictæ Decimæ incorporatæ fuerunt in Patrimonio Coronæ, & dicuntur jura regalia; ut per Petr. Barboſ. *ubi ſupra à n.* 41. Cabed. *d. deciſ.* 63. *n.* 4. *verſ. Secundo infertur.* Reinoſ. *obſerv.* 50. *à num.* 15. Covar. *Pract. cap.* 35. *à num.* 1. *& lib.* 1. *Var. cap.* 17. *n.* 8. *&* 9. Rebuf. *de Decim. n.* 39. *in fin.* Gutier. *dict. lib.* 1. *q.* 14. *à n.* 4. Cevalh. *Commun. q.* 897. *à n.* 646. *& de Cognition. per viam violent.* 2. *p. q.* 25. *per totam.* Oliv. *de Foro Eccleſ. p.* 1. *q.* 7. *n.* 39. *&* 105. *verſ. Sed tam primæ.* Quia hæ Decimæ in mera temporalitate conſiſtunt, & ideo habent jus percipiendi fructus: Cevalh. *Commun. q.* 822. *n.* 79. *& q.* 897. *à n.* 646. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *q.* 7. *n.* 39. Barboſ. *tom.* 6. *in Addiction. ad Decretal. in cap. Generali*, *de Elect. in* 6.

14 Has Decimas ſic incorporatas in Corona poſſunt Reges dare, cui voluerint: (prout conceſſerunt dicto Capitulo de *Alcaceva*) ex Soto *de Juſtit. lib.* 9. *q.* 7. *column. ult.* Gregor. Lop. *in L.* 22. *tit.* 20. *partit.* 1. *Gloſſ.* 2. *ad fin.* Menchac. *Illuſtr. cap.* 89. *n.* 2. *ad fin.* Azeved. *in L. Tertia*, *tit.* 15. *n.* 77. *lib.* 4. *Ordinam.* Gutier. *d. q.* 14. *n.* 2. Cabed. *d. deciſ.* 63. *n.* 5. Oliv. *d. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 106. *verſ. Sed tam primæ.*

15 Ex quo fluit, quòd cognitio harum decimarum pertinet ad Judicium Coronæ: ex *Cap. Cum veniſſent*, *de Judic.* Barboſ. *in dict. L. Titia*, *n.* 42. Cabed. *d. deciſ.* 63. *n.* 4. *verſ.* 3. *Infertur.* Fragoſ. *de Regimin. Reipublicæ p.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 4. *n.* 306. *pag.* 162. Gratian. *Forenſ. cap.* 238. *n.* 28. Covar. *Pract. cap.* 35. *ſub n.* 2. *verſ. Tertio quoties.* Gutier. *d. q.* 14. *à n.* 4. Cevalh. *Commun. quæſt.* 822. *à n.* 67. *& à n.* 92. *& de Cognition. per viam violent. q.* 25. *n.* 24. Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 46. Barboſ. *d. tom.* 6. *cap. A nobis*, *de Decimis*, *n.* 4. ubi plures refert.

16 Aliàs, ſi Eccleſiaſticus ſuper illis velit cognoſcere, datur recurſus ad Coronam, ad quam pertinet cognitio privative, ſive quæſtio ſit juris, ſive facti: Gutier. *d. q.* 14. *à n.* 4. *&* 5. Cevalh. *de Cognition. per viam violent. q.* 25. *à n.* 24. Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.* 10. *n.* 55. *verſ. Sic pariter juriſdictio*, *& cap.* 7. *n.* 38. *in fin.* Cabed. *d. deciſ.* 63. *n.* 4. *verſ. Tertio infertur ad medium*, qui *n.* 6. dicit ita pluries judicatum in Judicio Coronæ. Idem etiam reſolvit Gabr. Pereir. *d. Cap.* 7. *n.* 38. *verſ. Semper tamen*, ubi ita dicit judicatum contra Archiepiſcopum Ulyſſipponenſem anno 1612. & iterum contra Vicarium Generalem Eborenſem anno 1611. & idem judicatum contra Vicarium Generalem de *Santarem* Paulum de Pedroſa anno 1616. ut per eundem Gabriel Pereir. *Cap.* 10. *n.* 55. *verſ. Sic pariter.* Cevalh. *de Cognition. per viam violent. dict. q.* 25. *à n.* 24. Barboſ. Fragoſ. Caſtilh. & DD. ſupra, de quo etiam vide ſupra *Reſol.* 8. *num.* 9. *in fin.*

17 Ratio eſt, quia redditus, & bona Coronæ conceſſa per Regem perſonis Eccleſiaſticis, ſi ſuper eis quæſtio moveatur, debet coram ſæculari agitari, ex Ordinatione Regia

gia

gia *lib.* 1. *tit.* 1. §. 16. cum ſeq. ubi Barboſ. *in Remiſſionibus.* Cevalh. *d. q.* 822. *à n.* 92. Caſtilh. *de Tertiis*, *cap.* 12. *per totum.* Bovadilh. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 139. ubi reſolvit non poſſe in his juriſdictionem Eccleſiaſticam prorogari.

18 Ex quibus patet illam declarationem regali juriſdictioni præjudicare contra tot Sententias latas in materia in Judicio Coronæ, licet enim cauſa decimarum ſit ſpiritualis, & in Judicio Eccleſiaſtico terminanda ſit: *Cap. Tua nobis*, §. *ult. de Decimis. Cap. ult. de Rerum permut. Cap. Cauſam*, *de Præſcriptionibus*, *Cap. Ex tenore*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Eccleſiaſtico*, *de Foro compet. cap.* 2. *de Judic. Clement. Diſpendioſam*, *eodem tit.* Petr. Barboſ. *in d. L. Titia*, *num.* 47. *verſ. Cum enim*, *ff. de Solut. Matr.* Gabr. Per. *d. Cap.* 7. *num.* 38. Caſtilh. *d. tom.* 7. *cap.* 12. *à num.* 12. & DD. ſupra.

19 Nihilominus hæc regula limitatur in Decimis, & tertiis Regibus conceſſis per Summos Pontifices, in quarum poſſeſſione percipiendi ſunt à tempore immemorabili, & ante Concilium Lateranenſe; tunc enim Judex ſæcularis eſt competens ad cognoſcendum de illis; ut pluribus relatis DD. magnæ authoritatis reſolvit Caſtilh. *dict. tom.* 7. *cap.* 12. *à num.* 20. Barboſ. Cabed. Cevalh. & DD. ſupra citati.

20 Duas aliàs exceptiones iterum oppoſuit Commendator, quæ rejectæ fuerunt, & his quinque Sententiis convictus habuit recurſum ad Judicem Ordinum Militarium, qui expedivit monitorium, nè dictum Capitulum dictas Decimas reciperet, non obſtantibus Coronæ Sententiis, tanquam latis in Judicio incompetenti; contra quod Monitorium Capitulum exceptionem oppoſuit allegando ſuas donationes Regias, ſuam poſſeſſionem immemorabilem, & Sententias Coronæ ſuper qua Judex Ordinum Militarium pernuntiavit interlocutoriam tenoris ſequentis.

Interlocutoria Judicis Ordinum Militarium.

Sem embargo da excepçaõ, que naõ recebo, viſta a ſua materia, e Autos, e como eſte Juizo he competente, e privativo para a cauſa, de que ſe trata, os excepientes digaõ a bem della à primeira, e paguem as retardadas, em que os condemno. Liſboa, 23. *de Junho de* 1645. Fr. Joaõ Guedes Pereira. 21

Ab hac Sententia Capitulum gravamen interpoſuit ad Coronam, ubi ei proviſum fuit per Sententiam tenoris ſequentis. 22

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, petiçaõ do aggravo dos Supplicantes Chantre, e Cabido da Collegiada de Santarem, a quem aſſiſte o Procurador da Coroa do dito Senhor, e Autos appenſos. Moſtra-ſe, os Senhores Reys deſtes Reinos fazerem-ſe Fregueᵹes da dita Collegiada de Santarem, à qual fizeraõ doaçaõ dos Dizimos do paõ, que a elles Senhores Reys pertencia nas terras, que aos Mouros ganharaõ para ſua Coroa: pelo que as duvidas, que neſte particular haviaõ, e podiaõ haver pertenciaõ ao Juizo da Coroa por a dita doaçaõ ſer de bens della, o que já eſtá julgado no dito Juizo com reſerva, que da mais parte dos Dizimos ſe devia tratar no Juizo competente: e ſendo os ditos Supplicantes munidos pelo Juiz das Ordens, e vindo com eſtes ſeus embargos, o dito Juiz lhe naõ deferio, uſurpando a juriſdicçaõ Real, e os moleſta, naõ tendo juriſdicçaõ alguma neſte caſo. Pelo que mandaõ ſe paſſe Carta para o dito Juiz das Ordens, por- 23

que

que o dito Senhor lhe roga, e encommenda naõ moleſte aos Supplicantes, nem proceda contra elles com Cenſuras neſte caſo, e naõ o fazendo aſſi (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, nem as dem à execuçaõ, nem evitem aos Supplicantes, nem lhes levem penas de excommungado. Lisboa, 2. de Agoſto de 1645. Botelho. Noronha. Monteiro.

24 Virtute hujus Sententiæ expedictæ fuerunt Chartæ rogatoriæ, quibus Judex Ordinum Militarium noluit obtemperare, & vocatus ad Tribunal Palatii, ubi fuit auditus, & ibi capta fuit reſolutio tenoris ſequentis.

Aſſento do Paço.

25 *Foraõ ouvidos neſta Meſa o Procurador da Coroa, e Juiz dos Feitos della, e o Juiz das Ordens, e aſſentou-ſe, que as Cartas naõ foraõ bem paſſadas. Em Lisboa, a* 11. *de Agoſto de* 1646. Joaõ Pinheiro. Antonio Coelho de Carvalho. Joaõ Pinto Ribeiro.

26 Contra hanc reſolutionem ſtatim Procurator Coronæ, & Capitulum exceptionem oppoſuerunt, allegando iterum, dictas donationes, poſſeſſionem, immemorabilem percipiendi dictas Decimas, & Sententias Coronæ, & tandem lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Palatii.

27 *Julgaõ os embargos dos Embargantes, e Procurador da Coroa recebidos, por provados, e revogaõ o aſſento da Meſa embargado, e declaraõ, que as Cartas do Juizo da Coroa, ſobre que ſe tomou o dito aſſento foraõ bem paſſadas. Lisboa,* 31. *de Mayo de* 1655. Preſidente Dom Pedro de Lencaſtre. Marçal Caſado Jacome. Francisco de Carvalho. Pantaliaõ Rodrigues Pacheco. Fernaõ de Mattos Carvalhoſa.

Tandem Judex Militarium Ordinum obtemperavit prædictæ Sententiæ Palatii, ſe ſubſcribendo in 31. Julii anni 1655. 28

His omnibus remotis impedimentis, dictum Capitulum petitionem obtulit cum ſuis Sententiis ad Judicum Coronæ, ut juberet dictum Commendatorem deſiſtere intra decem dies à terris, & poſſeſſionibus uſurpatis, & petitis in ſua reconventione juxta Ordinationem *lib.* 3. *tit.* 86. §. 15. contra quod Commendator exceptionem propoſuit, quæ licet recepta fuerit contra formam dictæ Ordinationis, tandem rejecta fuit, & expedita Charta Capitulo ad capiendam poſſeſſionem, & denique pendet hodie cauſa in liquidatione, lapſis triginta ſex annis in cauſa principali.

RESOLUT. LXXVIII.

An Judex Eccleſiaſticus poſſit cognoſcere de actione ſpolii contra Patronum laicum, qui ejus declinat juriſdictionem ad judicium ſæculare?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Laici, attento jure communi, prorogare poterant juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici.*
3 *Non tamen attento jure Regio.*
4 *Aliàs pœnas Ordinationum incurrunt, quia juriſdictionem Eccleſiaſticam non poſſunt prorogare.*
Ibi. *Ita obſervatur in Francia, Navarra, & aliis Regnis.*
5 *Eædem pœnæ imponitur Laicis in Judicio Eccleſiaſtico reſpondentibus.*
Ibi. *Nec Sententia Eccleſiaſtica exequitur contra Laicos, in materia ſæculari.*

6 *Lai-*

6 *Laici ut pœnas evitent, debent gravamen interponere à Judicibus Eccleſiaſticis ad Coronam.*

7 *Judex Eccleſiaſticus cognoſcens de merè Laico, & re merè profana, temporalem juriſdictionem uſurpat.*

8 *Poſſeſſorium de cauſa Eccleſiaſtica, eſt de ſua natura ſæculare, & profanum, de quo cognoſcit Judex ſæcularis, etiam inter perſonas Eccleſiaſticas.*

9 *Quando res ob naturam cauſæ agitari non poteſt in Judicio Eccleſiaſtico, agitatur in ſæculari.*

10 *Clerici non poſſunt prorogare tacite juriſdictionem Judicis ſæcularis, nec etiam de conſenſu Epiſcopi, nec voluntariè, nec coactè privilegio fori renuntiare, nec etiam prorogare juriſdictionem alterius Judicis Eccleſiaſtici, ſine conſenſu ſui Epiſcopi.*

11 *Laici non poſſunt prorogare juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici ex ſpeciali Legis Regiæ prohibitione, maximè quando Laicus eſt Reus.*

Ibi. *Actor ſequi debet forum Rei.*

Ibi. *Camera de Benavente gravamen interpoſuit ad Coronam à Judice Eccleſiaſtico.*

12 *Prælati, & Religioſi exempti non poſſunt renuntiare privilegio exemptionum ſibi à Summo Pontifice conceſſo, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia.*

13 *Nec etiam exemptus ab Ordinario.*

14 *Romani Pontificis intereſt, nè ſubditi ſui ab aliis judicentur, & ita judicatum.*

15 *Subditi unius Regni ſine ſui Principis licentia non poſſunt alterius juriſdictionem prorogare.*

1 VAcante quadam Capella inſtituta per *Mariam Mealham* in Eccleſia *S. Joannes de Coruche*, Senatus (vulgò *Camera de Benavente*) præſentavit in ea Doct. *Ludovicum da Gama Pereira*, hodie Senatorem Palatinum meretiſſimum, qui virtute dictæ præſentationis fuit in pacifica poſſeſſione Capellæ inveſtitus: quare Procurator Mitræ Eborenſis fecit expedire monitorium à Vicario Generali, ut dicta *Camera* à ſua præſentatione deſiſteret, & à violentia, quam Capitulo Eborenſi inferebat, quod erat in poſſeſſione præſentandi.

Citata *Camera* exceptionem declinatoriam oppoſuit coram Vicario Generali declinando ad Judicium ſæculare, & rejectâ exceptione, *Camera* appellavit, & tandem Vicarius Generalis ad ulteriora proceſſit, nulliter, & de facto, & in *Cameræ* favorem ſequentes obtuli rationis.

Primò: quia quanvis Laici attento 2
jure communi prorogare poterant juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici: ex *L. Siquis ex conſenſu, Cod. de de Epiſcopal. audient. cap. Significaſti, de Foro competenti*, ubi Barboſ. *in Collect. num.* 1. & 4. ubi plures refert: alter Barboſ. *in L.* 1. *art.* 3. *ff. de Judic. à num.* 133. plures per Themud. *part.* 1. *deciſ.* 44. *n.* 1. Barboſ. *in Rubric. de Judic. n.* 12.

Non tamen attenta Ordination. 3
Reg. *lib.* 1. *tit.* 65. §. 16. quæ prohibet Laicis, nè reſpondeant coram Eccleſiaſtico in cauſis profanis, & ad forum ſæculare tangentibus: ita Ordinatio Regia *dict.* §. 16. ibi: *E ſejaõ aviſados os Juizes, que naõ conſintaõ aos Arcebiſpos, Biſpos, nem a ſeus Vigarios, nem a outros Prelados, que tomem noſſa juriſdicçaõ, nem vaõ contra noſſos direitos fazendo perante ſi reſponder aos Leigos nos caſos, que naõ devem, &c.* Gabr. Pereir. *deciſ.* 2. *num.* 4. & *de Man. Reg.* 2. *p. cap.* 22. *num.* 34. *verſ. Quare.* Themud. *dict. deciſ.* 44. *num.* 3. Petr. Barboſ. *in L.* 1. *art.* 3. *à n.* 165. *ff. de Judic.* faciunt quæ dicit Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 6.

Aliàs incurrunt in pœnam 30. 4
aureorum: ex Ordination. Regia *lib.* 2. *tit.* 1. §. 14. ibi: *Mandamos, que aquelle, que citar, e demandar qual-*

qualquer peſſoa perante a Juſtiça Eccleſiaſtica, no caſo, em que a juriſdicçaõ a nós pertence, pagùe 30. *cruzados, &c.* ex eo, quia non poſſunt juriſdictionem Eccleſiaſticam prorogare : ex eadem *Ordinatione*, de qua meminit Petr. Barboſ. *in L.* 1. *art.* 3. *num.* 139. *ff. de Judic.* addens *num.* 140. *&* 141. ita obſervari in Francia, Navarra, & in aliis Regnis; ut per Gabr. Pereir. *dict. deciſ.* 2. *num.* 4. *verſ. Et quanvis, & num.* 7. *in fine*, *& deciſ.* 29. *num.* 6. Themud. *deciſ.* 44. *num.* 4.

5 Eandem pœnam imponit *Ordinatio* Laicis in Judicio Eccleſiaſtico reſpondentibus : Ordinatio Regia *dict. tom.* 1. §. 14. ibi: *E os RR. que iſſo meſmo reſponderem no dito caſo, encorreraõ na meſma pena*; & ſi vincantur, Sententiæ Eccleſiaſticæ nullam habent vim: dicta Ordinatio *d.* §. 14. ibi: *Mandamos às noſſas Juſtiças, que naõ dem a execuçaõ as taes Sentenças dadas pelos Juizes Eccleſiaſticos.*

6 Ut ergo Laici hanc pœnam valeant evitare, rejecta ſua exceptione, tenentur gravamen interponere à Judice Eccleſiaſtico ad Coronam: ex Ordination. *dict.* §. 14. *verſ. E para naõ encorrerem*, ibi: *Poderaõ os RR. antes de reſponderem tomar inſtrumento dante o Juiz Eccleſiaſtico com o traslado da acçaõ contra elles intentada, e o preſentem ao Juiz dos noſſos feitos, e o que por elle em Relaçaõ for determinado, ſe guardarà.*

7 Ratio eſt, quia quoties Judex Eccleſiaſticus, mittens falcem in meſſem alienam, cognoſcit de merè Laico, & ſimul de re merè profana, regiam temporalem juriſdictionem uſurpat, ut cum aliis reſolvit Salgad. *de Protect. Reg. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 3.

8 Planè poſſeſſorium de cauſa Eccleſiaſtica eſt de ſua natura ſæculare, & profanum, de quo cognoſcit Judex Sæcularis etiam inter Eccleſiaſticas perſonas: ex Ordinatione Reg. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 2. plures per Valaſc. *Conſult.* 11. *num.* 2. *& Conſult.* 93. *num.* 5. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 82. *n.* 2. Cevalh. *Commun. q.* 822. *à num.* 108. Caſtilh. *tom.* 7. *cap.* 12. *à n.* 41. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 55. *& à num.* 58.

Quando enim res ob cauſæ naturam agitari non poteſt in Judicio Eccleſiaſtico, agitatur in Judicio ſæculari: ex *Auth. Clericus*, *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* ibi: *Quod ſi natura cauſæ, vel alia ratio faciat, ut negotium apud Epiſcopum decidi non poſſit, per Civilem procedat Judicem. Cap. Licet ex ſuſcepto, de Foro compet.* ibi: *Præcipuè, quæ forum ſæcularem contingunt.* 9

Secundò: quia Clerici non poſſunt prorogare juriſdictionem Judicis ſæcularis: *Cap. Significaſti, cap. Si diligenti, de Foro competent.* nec etiam de conſenſu Epiſcopi; ut pluribus relat. Barboſ. *in Collect. ad dict. cap. Significaſti, num.* 6. alter Barboſ. *in dict. L.* 1. *art.* 3. *n.* 173. *ff. de Judic.* Gabr. Pereir. *deciſ.* 29. *num.* 6. *in* 2. Themud. *deciſ.* 44. *n.* 2. Nec etiam prorogare poſſunt juriſdictionem alterius Judicis Eccleſiaſtici ſine conſenſu proprii Epiſcopi: Barboſ. *d. art.* 3. *num.* 179. Nec coactè, nec voluntariè privilegio fori renuntiare; ut pluribus relatis Barboſ. *in d. Cap. Significaſti, & in d. Cap. Diligenti, n.* 2. ubi plures DD. refert. Nec etiam tacitè, quando patiuntur ſe conveniri coram ſæculari, non enim ob id ſubſiſtit judicium; ut pluribus relatis Barboſ. *d. art.* 3. *n.* 177. quæ prohibitio provenit ex ſpeciali Sacrorum Canonum prohibitione; ut per Barboſ. *in d. cap. Significaſti, n.* 9. quem vide *in Rubr. de Judic. n.* 3. 10

Ergo etiam Laici non poſſunt prorogare juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici in materia ſæculari, & profana, ex Legis Regiæ prohibitione, de qua ſupra num. 3. maximè quando Laicus eſt Reus; tunc enim 11

actor

actor Eccleſiaſticus tenetur ſequi forum rei: ex *L.* 2. *Cod. de Juriſd. omnium judic. Cap. Cum ſit generale, de Foro competent.* ut pluribus relatis Barboſ. *in Collect. n.* 2. *in cap. Si Clericus laicum, n.* 4. *eodem tit.*

12 Tertiò: quia nec etiam Prælati, nec Religioſi exempti poſſunt prorogare, nec renuntiare privilegio libertatum, & exemptionum eis à Summo Pontifice conceſſo, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia: ex text. *in Cap. Cum tempore* 5. *de Arbitr. verſ. ult.* ibi: *Cum etſi ſponte volueris, de jure tamen nequiveris, ſine licentia Romani Pontificis renuntiare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ Monaſterium illud indicant ad jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere. Cap. Cum veniſſent* 2. *De in integrum reſtit. verſ. Nos igitur, Cap. Cum olim* 2. *verſ. Nos igitur, & verſ. ult. de Privileg.* Gail *lib.* 1. *obſ.* 40. *à n.* 2. Aſcanius Tamborin. *de Jur. Abbatiſſar. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 12. Plures per Barboſ. *in Collect. ad dict. Cap. Cum tempore, n.* 4. *&* 5.

13 Nec etiam exemptus ab Ordinario per Pontificem poteſt ſine ejus licentia ſuo privilegio renuntiare: Abbas *in Cap. Grave, n.* 3. *de Offic. Ordinar. & in cap.* 1. *n.* 19. *de Re judic.* Covar. *Var. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. Gail, & Tamborin. ſupra: Barboſ. *in Collect. ad d. cap. Cum tempore n.* 4. ubi refert ex aliis, quòd ſi exemptus renuntiet, proceſſus, & Sententia non tenet, cum tale privilegium reſpiciat ſuperioris favorem.

14 Ratio eſt, quia intereſt Romani Pontificis, qui eſt Superior, ſubditos ſuos ab aliis non judicari: ita pluribus relatis Barboſ. *in dict. Cap. Cum tempore, n.* 4. *verſ. Unde ex hoc textu, & n.* 5. & ita judicatum in Rota, in una Ulyſſipponenſi teſtatur Tamborin. *dict. q.* 12. *ſub n.* 3.

15 Ergo ex eadem ratione poteſt Rex jubere, nè Laici prorogent juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici nè ſui ſubditi ſæculares ab aliis judicentur, & ob eandem rationem ſubditi unius Regni ſine ſui Principis licentia poſſint alterius Principis juriſdictionem prorogare; tunc enim talis prorogatio cederet in præjudicium Principis, cui ſubjiciuntur; ita Petr. Barboſ. *in dict. L.* 1. *art.* 3. *num.* 162. *& à n.* 164. *ff. de Jud.* alter Barboſ. *in Collect. ad dict. Cap. Cum tempore, num.* 8.

Ex quibus *Camera* de Benavente gravamen interpoſuit ad Coronam, ſed injuſtè fuit ei proviſio denegata.

RESOLUTIO LXXIX.

An Ordinarius committat violentiam providendo Parochialem filialem Eccleſiæ juris Patronatûs Regii?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Exceptio contra Sententiam Coronæ.*

3 *Jus Patronatus probatur per teſtes antiquos de publica voce, & fama.*

Ibi. *Teſtes contra producentem plenè probant.*

4 *Eccleſia S. Mariæ de* Carvoeira, *eſt filialis Eccleſiæ S. Petri de* Torres Vedras, *creata in ejus diſtrictu, & territorio, ex ejus fructibus, & Decimis.*

5 *Diploma Regis* Alphonſi III.

6 *Verba narrativa Regis præcedente informatione, plenè probant.*

7 *Compromiſſum in præſentia Regis* Alphonſi IV. *in quo conceſſa fuit præſentatio Eccleſiæ S. Mariæ de* Carvoeira *Prioribus S. Petri de* Torres Vedras.

8 *Idem probatur per librum Cenſualem Archiepiſcopatûs.*

Ibi. *Liber Cenſualis facit plenam probationem.*

9 *Probatur per Conſultationem Capellani Maioris.*

10 *Probatur ex Capitibus viſitationum.*
11 *Probatur ex conſenſu præſtito in reſignationibus, & permutationibus.*
12 *Conſenſus præſtitus in reſignationibus, & permutationibus habet vim præſentationis.*
13 *Prior S. Petri præſentavit in Eccleſia da* Carvoeira, *& n.* 14.
15 *Probatur ex tranſactione facta cum intruſo.*
17 *Sententia Coronæ revocatoria primæ.*
18 *Exceptio Procuratoris Fiſcalis contra hanc Sententiam rejecta fuit, & num.* 19.

1 Eccleſia *S. Mariæ da Carvoeira* eſt filialis Eccleſiæ *S. Petri de Torres Vedras* Patronatûs Regii, ut probatum eſt in actis per plures teſtes antiquos de publica voce, & fama, aſſerentes Priores S. Petri eſſe in poſſeſſione immemorabili præſentandi. Qua vacante anno 1603. Prior S. Petri *Emmanuel de Azevedo Cabral* præſentavit *Rodericum de Azevedo Cabral*, quem Illuſtriſſimus Archiepiſcopus *D. Michael de Caſtro* noluit inſtituere; immo eam contulit *Franciſco Rodrigues*: quare *Procurator Coronæ* contra eum, & Dominum Archiepicopum actionem ſpolii intentavit in Judicio Coronæ, & currente litigio per ſpatium 58. annorum, fuit tandem Archiepiſcopus, & ejus præſentatus abſolutus duplici fundamento: Primò, Priorem non probaſſe ſe eſſe in poſſeſſione præſentandi; ſecundò, Archiepiſcopum dictam Eccleſiam da *Carvoeira* per multas collationes providiſſe.

2 Contra hanc Sententiam *Ludovicus de Moura Rolim* Prior dictæ Eccleſiæ *S. Petri*, me patrocinante, exceptionem oppoſuit demonſtrando fundamenta Sententiæ manifeſtè convinci per documenta in actis producta, & ex ſequentibus.

3 Primò: quia per plures teſtes antiquiſſimos in actis productos probari dictam Eccleſiam da *Carvoeira* eſſe filialem Eccleſiæ *S. Petri*, & Priores dictæ Matricis eſſe in poſſeſſione præſentandi in Eccleſia da *Carvoeira*, quando vacabat, ſpecialiter nominando præſentatos, quos cognoverunt, & immiſſos in poſſeſſionem authoritate Ordinaria virtute præſentationis Priorum S. Petri, & hanc eſſe, & fuiſſe ſemper publicam vocem, & famam, qui teſtes ſic deponentes perfectam faciunt probationem: ex Maſcard. *de Probat. concluſ.* 714. *n.* 7. *&* 8. Surd. *Conſil.* 175. *num.* 17. & DD. ſupra *Reſolut.* 5. *num.* 9. & idem probatur per plures teſtes contra producentem, qui etiam perfectam faciunt probationem: ex Farinat. *tom.* 2. *de Oppoſit. contra teſtes q.* 62. *à n.* 233. *& q.* 69. *n.* 57. Emmanuel Barboſ. *ad Ordinat. Regiam Luſit. lib.* 3. *tit.* 55. *concluſ.* 2. *num.* 12.

Secundò: quia per inſtrumentum fol. 291. probabatur Eccleſiam da *Carvoeira* eſſe filialem Eccleſiæ S. Petri, creatam in ejus diſtrictu, & territorio, ex fructibus, & Decimis pertinentibus ad Matricem, à qua fuit ſeparata: ex Gratian. *Forenſ. tom.* 3. *cap.* 458. *n.* 14. ubi plures Rotæ Deciſiones refert, quod probatur per Diploma Sereniſſimi Regis *Alphonſi III.* tenoris ſequentis, quod eſt originale, in actis repertum fol. 291. 4

Diploma Sereniſſimi Regis Alphonſi III.

Alphonſus Dei gratia Rex Portugalliæ, Comes Boloniæ, Univerſis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem. Noveritis, quòd ego ad inſtantiam Joannis Petri, Clerici Miſſæ, Prioris Eccleſiæ S. Petri de Turribus Veteribus, juſſi fieri inquiſitionem per bonos homines juratos ſuper Sancta Dei Euangelia, ſi Eccleſia de Aldeola da Carvoeira pertinebat ad Eccleſiam S. Petri 5

tri

tri de Turribus Veteribus, aut ſi aliquis anteceſſorum eorum aliquando dictam Eccleſiam da Carbonaria præſentavit; & inveni per bonos homines, & fide dignos, quod nunquam frater meus, nec pater, nec Avus, nec Biſavus ad dictam Eccleſiam præſentaverunt. Et inſuper inveni per inquitiſionem prædictorum bonorum hominum quòd in illo tempore, quando Priores de Turribus Veteribus limitaverunt Villam de Turribus Veteribus, & terminos etiam inter ſe per Parochias, dicta Aldeola de Carbonaria fuit aſſignata per Parochiam Eccleſiæ S. Petri, & aliæ S. Mariæ, & S. Michaelis receperunt pro dicta Aldeola 30. Parochianos, quos modo habent, & poſſident. Præterea inveni pro certo, quòd Prior S. Petri nomine Domnus Alvitus dedit Eccleſiam de Carbonaria D. Lupo Parochiano, & Clerico Eccleſia S. Petri, & dedit ei omnia neceſſaria ad dictam Eccleſiam conſtruendam. Unde mando firmiter per inquiſitionem ſupra dictam, quòd nullus ſit auſus impedire illam Eccleſiam de Carbonaria cum ſua Decima Eccleſiæ S. Petri de Turribus Veteribus; & ut hoc magis credatur do dicto Joanni Petro, modo Priori S. Petri iſtam meam Chartam apertam, meo ſigillo ſigillatam, quæ fuit facta apud Guimaraens 20. Maii 1187. Rey.

6 Quanvis enim hoc referatur per verba narrativa, quia tamen fuit præcedente informatione, plene probat: DD. per text. *in Clement.* 1. *de Probat.* Alexand. *volum.* 5. *Conſil.* 15. *num.* 4. Surd. *lib.* 2. *deciſ.* 331. *num. ult.* & ita judicatum Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 36. *num.* 10. *&* 13. & DD. ſupra relati *Reſolut.* 5. *num.* 19. *& reſolut.* 82. *num.* 11.

7 Secundò probatur ex certitudine Archivi publici, vulgo da *Torre do Tombo*, in quo refertur utramque Eccleſiam *S. Petri*, & da *Carboeira* eſſe Patronatûs Regii. Probatur tertiò etiam ex compromiſſo celebrato cum Rationariis in præſentia Regis *Alphonſi IV.* earundem Eccleſiarum Patroni die 5. Novembris 1370. confirmato per Epiſcopum, & Capitulum Ulyſſipponenſe reperto in actis fol. 62. & in eo fol. 64. concordatum eſt, ibi: *Item mandàraõ, e acordàraõ, que o Prior, que for da dita Igreja de S. Pedro poſſa dar, e dè ſem os ſeus Raçoeiros, e ſem conſentimento delles a Igreja da Carvoeira, que he ſogeita à dita Igreja de S. Pedro; e outro ſy as Raçoens da dita Igreja de Saõ Pedro, quando vagarem; e iſto acordàraõ, e outorgàraõ, &c.*

8 Quartò probatur per certitudinem libri *Cenſualis* Archiepiſcopatus Ulyſſipponenſis fol. 272. vulgo *Livro da Roda* ubi in titulo: Eccleſia S. Petri de Torres Vedras dicitur, ibi: *Eſta Igreja he de ElRey, e o Prior dà as Raçoens, e outro ſy a Igreja da Carboeira, &c.* per quem librum deciduntur, & terminantur quæſtiones ſuper juribus Patronatûs Eccleſiarum, & facit plenam probationem: ex text. *in Cap. Ad Audientiam, verſ. Nos igitur, de Præſcript.* Valaſc. *Conſult.* 163. *num.* 11. *& de Jur. Emphyteut. quæſt.* 7. *num.* 29. *& quæſt.* 9. *num.* 26. *verſ. Rurſus.* Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 34. *num.* 2. *& areſt.* 4. Larrea *Fiſcal. alleg.* 67. *num.* 16.

9 Quintò probatur ex conſultatione facta Regi per Capellanum Maiorem in hac materia 29. Octobris anni 1616. fol. 294. ibi: *A Igreja de Noſſa Senhora da Luz da Carvoeira he filial da de Saõ Pedro de Torres Vedras, que he do Padroado de V. Mageſtade in ſolidum, e o Prior preſentava nella, &c.*

10 Sextò probatur ex viſitationibus antiquis fol. 299. in quibus conſtitutum fuit, quòd Priores da *Carboeira* vocarent primo loco Beneficiatos Eccleſiæ S. Petri ad Officia Divina celebranda in eadem Eccleſia, quia filialis erat, quòd etiam judicatum fuit contra Vicarium S.

Mariæ Aſſumptionis , *Villæ de Caſcaes*, ut vocaret primo loco Beneficiatos de *Penaſirrim* , cujus filialis erat, & ſunt alia exempla.

11 Septimò: Quia Priores S. Petri præſtabant conſenſum in permutationibus, & reſignationibus, quæ fiebant de *Prioratu* da *Carvoeira*, & ab eis licentiam petebant, prout fecit *Joannes Vaz*, Prior da *Carvoeira*, qui petivit licentiam à *Priore S. Petri*, ut præmutaret cum *Stephano Gonſalves*, quem præſentavit, & fuit inſtitutus per Ordinarium 30. Martii anni 1432. ut patet ex titulo fol. 237. ibi: *Ego ad præſentationem Joannis Valaſci*, *Rectoris Eccleſiæ S. Petri de Turribus Veteribus in nomine dictæ ſuæ Eccleſiæ*, *quæ eſt Patrona*, *& eſt in quaſi poſſeſſione juris præſentandi ad Eccleſiam da Carvoeira*, *cum pro tempore vacare contigerit*, *Priorem*, *ſeu Rectorem*, *Stephano Gonſalves Eccleſiæ da Carvoeira*, *conſtitui*, *& confirmavi*, *inſtituens ipſum per mei barreti impoſitionem*, *&c.* per quam aſſertionem Ordinarii probatur jus Patronatus ex dictis ſupr. *Reſolut.* 5. *à num.* 6.

12 Hic conſenſus præſtitus habet vim præſentationis, & ut talis reputatur: Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 5. *cap.* 2. *à num.* 12. *& lib.* 11. *cap.* 6. *à num.* 9. *& lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 38. *& lib.* 14. *cap.* 2. *in fin. n.* 10. *&* 11. *pag.* 685. ubi plures Rotæ deciſiones refert; *& in Prax. jur. Patron. deciſ.* 5. *num.* 2. *verſ.* Non obſtat, *& deciſ.* 16. *num.* 5. *& deciſ.* 41. *num.* 5. ubi ita etiam dicit judicatum in Rota Garcia *de Beneſ.* 5, *part. cap.* 9. *num.* 96. Themud. *deciſ.* 195. *n.* 16.

13 Vacante iterum Eccleſia da *Carvoeira* anno 1544. per mortem Magiſtri *Thomæ Antonii Freire*, Prior *S. Petri* præſentavit *Gaſparem Dias*, quem Ordinarius ad ſui præſentationem confirmavit, & expedivit titulum à fol. 21. cujus virtute fuit immiſſus in poſſeſſionem, in qua ſtetit per 30. annos, & ultra, ut deponunt teſtes, & per ejus mortem probatur ſuam poſſeſſionem effectum habuiſſe: ex Ludoviſ. *deciſ.* 349. *num.* 3. & ex unico actu præſentationis effectum ſortito poteſt Corona, & ejus donatarii remedia poſſeſſoria intentare, non obſtante quocunque temporis decurſu: ex Doctoribus, de quibus ſupra *Reſolut.* 4. *num.* 6. *& reſolut.* 36. *n.* 6. *& num.* 8.

Vacante iterum Eccleſia da *Carvoeira* per mortem dicti *Gaſparis Dias*, Prior *S. Petri* præſentavit *Salvatorem do Couto*, & vacante iterum, anno 1603. dictus Prior *Emmanuel de Azevedo Cabral* præſentavit *Rodericum de Azevedo*, & quia Ordinarius eum inſtituere noluit, hoc litigium motum eſt: ex dictis *ſupra num.* 1. 14

Probatur etiam ex tranſactione facta inter *Priorem S. Petri*, & *Franciſcum Rodrigues* intruſum, in actis producta, in qua intruſus confeſſus eſt jus præſentandi ad *Priorem Sancti Petri* pertinere, & in ea dictus Prior præſtitit conſenſum intruſo ad reſignandum cum quinquaginta millibus regalibus penſionis, quod non habuit effectum, quia translatio facta fuit in præjudicium Coronæ. 15

Ceſſat etiam ſecundum fundamentum Sententiæ, quia per certitudinem Scribæ *Cameræ Eccleſiaſticæ* in actis productam, conſtat Ordinarios nullas feciſſe collationes authoritate propria, niſi pendente litigio, per quas nullam acquiſivit poſſeſſionem, ex reſolutis ſupra *Reſolut.* 4. *num.* 14. & ſic manifeſtè ceſſat utrunque fundamentum. Ex quibus impedimenta *Prioris S. Petri* recepta fuerunt, & finaliter fuerunt habita pro probatis per Sententiam tenoris ſequentis. 16

Sen-

Sententia Coronæ revocatoria primæ.

17 Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos os embargos de Luis de Moura Rolim, Prior de S. Pedro da Villa de Torres Vedras, com que veyo na Chancellaria à Sentença dada em favor do Arcebiſpo deſta Cidade, e ſeu provido, que lhe foraõ recebidos, e o Procurador da Mitra contrariou, documentos juntos, prova dada, e o que mais conſta dos Autos antecedentes à dita Sentença. Moſtraſe, que a Igreja de Noſſa Senhora da Luz da Carvoeira, he annexa à de Saõ Pedro ſobre dita, por eſtar em ſeu limite, e que ambas ſaõ do Padroado Real in ſolidum, o que tambem conſta das Certidoens tiradas, aſſi da Torre do Tombo Real, como do Livro da Roda, e Archivo da Sé deſta Cidade; e que os Priores da dita Igreja de S. Pedro, como Donatarios da Coroa, e em ſeu nome apreſentaõ a dita Igreja da Carvoeira, quando vaga por morte dos Priores della, e havendo renuncias, ou preſentaçoens, daõ licença aos reſignantes, ou permutantes, e lhes pedem licença como a Padroeiros; e que as preſentaçoens, que fizeraõ deſta Igreja de Noſſa Senhora da Luz da Carvoeira ſortiraõ effeito, confirmando-as o Ordinario Arcebiſpo de Lisboa, e em particular vagando a dita Igreja da Carvoeira por morte do Prior Meſtre Thomas, o Doutor Antonio Freire, Prior que entaõ era da Igreja de Saõ Pedro, preſentou ao Padre Gaſpar Dias, o qual foy inſtituido, e confirmado pelo Arcebiſpo, que era deſta Cidade, Dom Fernando, por ſeu Proviſor, Vigario Geral o Doutor Diogo Gonçalves; o que além do treslado da dita confirmaçaõ a fol. 21. ſe prova por grande numero de teſtemunhas antigas; e que eſtando aſſim os Priores de S. Pedro neſta poſſe, acontecendo vagar a dita Igreja da Carvoeira preſentou o Prior de Saõ Pedro Manoel de Azevedo Cabral nella a ſeu Sobrinho Rodrigo de Azevedo Cabral, e o Arcebiſpo Dom Miguel de Caſtro o naõ quis confirmar, e inſtituir, e poz a dita Igreja da Carvoeira em concurſo, e a proveo em o Padre Franciſco Rodrigues, fazendo por eſte modo força à Coroa Real, fazendo a Igreja livre (ſendo do Padroado da Coroa) e ao dito Prior Donatario della no uſo de preſentar em nome da meſma Coroa. O que viſto, e como por parte da Mitra ſe naõ prova couſa relevante em contrario, nem que proveſſe eſta Igreja como livre, e exempta do Padroado Real, conſtando pelo meſmo livro da Roda da Sé, que tem em ſeu poder, ſer do Padroado da Coroa, e por aſſim ſer naõ poder a Mitra ter boa fé para haver eſta Igreja por livre contra o meſmo, que conſtava do livro, que tem em ſeu poder, e conſta da Certidaõ tirada delle a fol. 272. e pelo meſmo reſpeito naõ ter poſſe legitima, ainda quando ſe moſtrara de livre collaçaõ (o que ſe naõ moſtra, antes o contrario) e que naõ houve collaçoens nos provimentos, como conſta da Certidaõ do Eſcrivaõ da Camera deſte Arcebiſpado a fol. 297. & ſequenti; e como conſtando patentemente ſer eſta Igreja da Carvoeira do Padroado Real, toda a poſſe, que ſe moſtraſſe em contrario (que ſe naõ moſtra antes deſta cauſa) era reprovada, e infecta, para ſe naõ poder allegar em prejuizo do Padroado da Coroa, antes ſer Reſoluçaõ de Direito recebidiſſima neſte Reino, e practicada, e que conſtando ſer a Igreja do Padroado da Coroa, em qualquer tempo ſe naõ poſſa alegar poſſe, poſto que immemorial, contra ella, bem aſſi como nos mais bens da Coroa, entre os quaes ſe reputaõ os Padroados della, como he o de que ſe trata. Julgaõ os ditos Embargos por provados, e revogaõ a Sentença embargada pelos fundamentos referidos, e julgaõ, que o Arcebiſpo fez, e

faz o Cabido Sede Vacante força à Coroa, e a ſeu Donatario Prior de Saõ Pedro em naõ inſtituirem ſeus preſentados idoneos; e condemnaõ ao Arcebiſpo reſtitùa à Coroa, e a ſeu Donatario a ſeu direito, e poſſe de preſentar a dita Igreja da Carvoeira in ſolidum *com as perdas, e damnos na fórma de direito, e ſeja ſem cuſtas. Lisboa, 12. de Fevereiro de* 1660. O Doutor Luis Fernandes Teixeira. Manoel Delgado de Mattos. Franciſco da Cruz Freire.

18 Contra hanc Sententiam Procurator Fiſcalis Eccleſiaſticus exceptionem oppoſuit in Chancellaria, quæ rejecta fuit per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ ſuper exceptione.

19 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Sem embargo dos Embargos, que naõ recebem viſta ſua materia, e Autos, a Sentença embargada paſſe pela Chancellaria, e ſe entregue à parte, e condemnaõ ao Embargante nas cuſtas na fórma da Ordenaçaõ. Lisboa, 6. de Abril de* 1660. Teixeira. Delgado. Da Cruz Freire.

20 Virtute hujus Sententiæ excluſus fuit intruſus, & Prior S. Petri *Ludovicus de Moura Rolim* præſentavit in dicta Eccleſia da *Carvoeira Franciſcum Borges de Souſa*, qui poſt biennalem poſſeſſionem eam reſignvit, cum licentia dicti Prioris, in favorem *Emmanuelis de Araujo de Caſtro*, qui actualiter eam poſſidet.

RESOLUTIO LXXX.

An Beneficia Patronatûs Reginæ, & Priorum ſui Patronatûs eiſdem privilegiis gaudere debeant, quibus fruitur Rex, & Donatarii Coronæ, quo ad omnes juris effectus?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia juris Patronatûs Reginæ eiſdem potiuntur privilegiis, & prærogativis, quibus Beneficia Patronatûs Regii.*

2 *Ita conſultum, & declaratum eſt.*

3 *Sententia Coronæ contra Patronum, cujus fundamenta convincuntur.*

Ibi. *Convincitur primum fundamentum.*

4 *Duo debent probari, ut quis obtineat in actione ſpolii: nimirum, poſſeſſio ex parte A. & ſpolium ex parte R.*

5 *Confeſſio facta in articulis plenè probat.*

7 *Epiſtola Regis* Alphonſi V. *in favorem Priorum de* Obidos.

8 *Præſentationes Priorum, uſque ad num.* 14.

15 *Unica præſentatio Coronæ, quæ fuit effectum ſortita, ſufficit ut ipſa, & ejus Donatarii reſtituantur, & conſerventur non obſtante quocunque temporis decurſu.*

16 *Convincitur ſecundum fundamentum.*

17 *Convincitur tertium.*

18 *Negativa probatur ex inſpectione actorum.*

22 *Status Beneficiorum Proviſionibus Apoſtolicis non mutatur.*

23 *Præſentatio Coronæ, quæ ſortita fuit effectum ante proviſiones Apoſtolicas, ſufficit, ut Corona, & ejus Donatarii reſtituantur.*

25 *Negligentia Priorum Coronæ in præ-*

præſentando, nec ei, nec ſucceſſoribus præjudicat.

25 *Proviſio ſpreto Patrono nulla eſt, ſi eam impugnet tempore ſibi à jure conceſſo.*

26 *Conſuetudo, nec præſcriptio datur in actibus negativis permiſſivis, & meræ facultatis.*

Ibi. *Tempus immemorabile non operatur in his, quæ ſunt meræ facultatis.*

27 *Natura juris probibitivi conſiſtit in actu negativo.*

Ibi. *Aliud eſt jus poſſidendi, aliud jus prohibendi.*

29 *Convincitur quartum fundamentum, uſque ad num. 32.*

33 *Convincitur quintum.*

34 *Convincitur ſextum.*

35 *Ceſſante fundamento Sententiæ, ceſſat Sententia, & revocatur.*

36 *Sententia non eſt ferenda ultra petitum.*

38 *Nemo in Beneficialibus manutenetur, ſi non habeat titulum ſaltem coloratum.*

40 *Ultimus ſtatus proviſionis attenditur, & ultima, & immediata poſſeſſio.*

41 *Bullæ non expediuntur à Sede Apoſtolica ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, & ſæcularis, ſine expreſſo conſenſu Regis, & Patronatorum ſæcularium.*

Ibi. *Priores Patronatûs Regii ſunt Donatarii Coronæ Beneficiorum ſimplicium ſuorum Prioratuum.*

42 *Impetrantes Beneficia juris Patronatûs Regii contra Regni privilegia, amittunt omnia bona, & Beneficia, & à Regno expelluntur.*

45 *Teſtis unicus contra producentem, plenè probat.*

48 *Judicandum eſt ſecundùm Sententias latas in ſimilibus caſibus.*

49 *Sententiæ Senatus Supremi pro Lege obſervantur, & faciunt jus ad ſimiles cauſas decidendas.*

50 *Sententia lata contra ſtylum, nulla eſt, ac ſi contra Legem.*

51 *Beneficia poſſidentes juris Patronatûs Regii, ſi ea reſignaverint ſine licentia Regis, & Donatariorum Coronæ, rarò, aut nunquam providebuntur à Patronis.*

52 *Reſignationes in favorem plurimum Coronæ præjudicant, nec fieri poſſunt, ſine licentia Patroni.*

53 *Sententiæ Coronæ ſuper impedimentis; & num. 54.*

EXiſtente Priore *S. Petri de Obi-* 1
dos Patronatûs Reginæ Auguſtæ hujus Regni per ſe, & anteceſſores ſuos in poſſeſſione immemorabili præſentandi, & conferendi Beneficia ſimplicia creata ex fructibus Matricis ejuſdem Eccleſiæ, quocunque menſe vacaverint, tam per mortem, quàm per reſignationem, & præſtandi licentiam reſignationibus eorundem Beneficiorum factis in manibus Sanctiſſimi, & habente pro ſe ultimum ſtatum dictam licentiam reſignationibus conferendi:

Quidam Beneficiatus *Joſeph Velo-* 2
zo ſuo Beneficio renuntiavit in favorem *Antonii Velozo da Sylveira* ſine licentia ejuſdem Prioris, & impetratis literis Apoſtolicis, earum virtute clandeſtinè in Beneficii poſſeſſionem immiſſus fuit.

Quare dictus Prior contra dic- 3
tum *Antonium* actionem ſpolii intentavit in Judicio Coronæ, quia eum, & Coronam à ſua poſſeſſione ſpoliaverat; Patronatus enim Reginæ eiſdem utitur privilegiis, & prærogativis, quibus utitur Corona in Beneficiis Patronatûs Regii: ex *L. Princeps* 31. *ff. de Legib.* ibi: *Princeps legibus ſolutus eſt; Auguſta autem licet legibus ſoluta non ſit, Princeps tamen eadem privilegia tribuit, quæ & ipſe habet. L. Auguſta, ff. de Legat.* 2. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 27. *n.* 1. *&* 2.

Ita declaratum eſt per Decreta, 4
de quibus in appenſo à fol. 93. &

à

à fol. 112. in quibus refertur, quòd jam anno 1628. Rex Caſtellæ, eo tempore Regni occupator, juſſerat congregari Doctores *Thomam Pinheiro da Veiga*, *Gabrielem Pereira de Caſtro*, *Georgium Correa de Lacerda*, *Joannem Pinheiro*, & *Emmanuelem Alvares de Carvalho* viſuros, an Beneficia juris Patronatûs Reginæ Eccleſiarum de *Obidos*, & de *Cintra* eiſdem privilegiis, & prærogativis Coronæ potirentur? Et quod concordi omnium voto affirmativè reſolutum fuerat, & etiam quòd Priores Patronatûs Reginæ Donatarii erant in poſſeſſione dicta Beneficia præſentandi, & conferendi: & ideo Rex *Henricus* Diploma expedivit, ut Procurator Coronæ poſſet ſubſtituere Procuratorem, qui cauſas pendentes in Judicio *Capellani Maioris* pertinentes ad Eccleſias Patronatus Dominæ Reginæ *Catharinæ* defenderet, de quo Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 49. *pag.* 218.

3 Conteſtatus fuit dictus *Antonius* actionem, & datis ex utraque parte probationibus, fuerunt acta concluſa, & finali Sententia fuit Reus abſolutus fol. 187. Sed contra fundamenta Sententiæ ego nomine *Procuratoris Coronæ* exceptionem notoriæ nullitatis oppoſui, quam ipſe ſubſcripſit, in omnibus enim ceſſabant in jure, & in facto: ex ſequentibus.

Primum, & principale fundamentum Sententiæ.

Quòd Prior non probaverat requiſita, ut in actione ſpolii obtineret.

Sed hoc fundamentum convincitur notoriè ex actis, in jure, & in facto.

4 Convincitur in jure, quia illa requiſita, duo ſunt: Primum, ſpolium ex parte ſpoliantis; ſecundum, poſſeſſio ex parte ſpoliati. Ita DD. per text. *in Cap. Conſultationibus*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Poſſeſſionem*, *de Offic. delegat.* & *in cap.* 1. *de Reſtit. ſpoliatorum*, *L.* 1. *verſic. Hoc interdictum*, *ff. de Vi.* Ordinat. Reg. *lib.* 4. *tit.* 58. *in princip.* Gomes *L.* 45. *Tauri*, *n.* 181. Gail *lib.* 2. *obſ.* 129. *num.* 10. & *obſerv.* 152. *n.* 2. Riccius 2. *p. deciſ.* 126. *à n.* 1. Gratian. *deciſ.* 10. *n.* 15. Gam. *deciſ.* 4. *n.* 1. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 213. *n.* 7. Phœb. 2. *p. deciſ.* 213. *n.* 7.

Convincitur notoriè in facto, 5 quoad primum requiſitum de ſpolio ex parte ſpoliantis, tam ex teſtibus utriuſque inquiſitionis, quàm ex ipſius R. confeſſione, qui in articulis ſuæ conteſtationis confeſſus eſt reſignationem fuiſſe factam ſine licentia dicti Prioris, ex eo, quia Sedes Apoſtolica erat in poſſeſſione admittendi dictas reſignationes, quin dicta licentia præcederet, quæ confeſſio, cum fuiſſet facta in articulis, plenè probat: ex *L. Cum precum*, *Cod. de Liber. cauſa*, *cap. Cum olim* 20. *de Cenſib.* ibi: *Confeſſioni advocati.* Ordinat. Reg. *lib.* 3. *tit.* 50. §. 1. *verſ. Porem.* Surd. *Conſil.* 19. *n.* 10. & *conſil.* 50. *n.* 19. & *Conſil.* 273. *n.* 16. Thom. Vas *Alleg.* 72. *n.* 139. Cabed. 2. *part. deciſ.* 29. *n.* 7. *in fin.*

Convincitur quo ad ſecundum 6 requiſitum de poſſeſſione ex parte Prioris ſpoliati, per viginti actus poſſeſſorios ſucceſſivè continuatos in actis exhibitos, qui omnes ſortiti fuerunt effectum à ducentis annis, & ultra: quod primo probavi per Epiſtolam Regis *Alphonſi V.* ſcriptam Capitulo Ulyſſiponenſi, Sede vacante, conanti impedire Prioribus de *Obidos* collationes dictorum Beneficiorum ſimplicium, quæ reperiur in appenſo A. qui proceſſus fuit agitatus tempore Sereniſſimæ Reginæ *D. Catharinæ* ſuper eiſdem proviſionibus fol. 48. verſ. tenoris ſequentis.

Epiſ-

Diploma Regis Alphonſi V.

7 *Deaõ, Chantre, e Cabido da noſſa muy Nobre, e Leal Cidade de Lisboa: Nòs ElRey vos mandamos muito ſaudar. Fazemos-vos ſaber, que os Priores de S. Pedro, e S. Maria de Obidos nos enviaraõ dizer, que elles eſtaõ em poſſe de grandes tempos acà, que a memoria dos homens naõ ha em contrario, de confirmarem as Raçoens, que em as ditas Igrejas vagaõ, aſſi por mudanças, como por ſimples renunciaçaõ, e que hora vòs os mandais citar, dizendo, que naõ pertence a elles fazer tal confirmaçaõ por bem de huma Sentença, que o Arcebiſpo deſſa Cidade contra elles houve; e por quanto elles dizem, que pelas inquiriçoens, que o dito Arcebiſpo ſobre eſte feito mandou tirar, ſe provava a dita poſſe pertencer a elles ditos Priores, e naõ a outrem, nos pediaõ de mercè, que aſſi por elles, como por ſeus anteceſſores, ſempre confirmaraõ, e ſempre eſtiveraõ na dita poſſe de confirmar as ditas Raçoens, e naõ o Arcebiſpo, nem ſeus Officiaes, que lhe proveſſemos ſobre ello de remedio. E viſto por nòs ſeu requerimento, e aſſi como as ditas Igrejas ſaõ do noſſo Padroado, encomendamos-vos, e mandamos-vos, que deixeis eſtar em poſſe os Priores das ditas noſſas Igrejas de confirmarem as ditas Raçoens, como atègora fizeraõ, que em outra maneira naõ conſentirèmos, que aos Priores das ditas Igrejas de noſſo Padroado ſeja feito aggravo. Eſcrita em Santarem, aos 12. dias de Mayo. Pedro de Lisboa a fez de 1442. E eu Lopo Affonſo o fiz eſcrever.* Rey.

8 Hæc Epiſtola præſentata fuit Capitulo Ulyſſipponenſi 25. Maii ejuſdem anni, & ei obtemperavit, & ſtatim eodem anno *Benedictus Gil* renuntiavit ſuo Beneficio in manibus Prioris *S. Petri*, qui illud contulit *Ferdinando Coutinho*, quem ſtatim immiſit in ejus pacificam poſſeſſionem, qui lapſis ſex annis poſſeſſionis, dicto Beneficio reſignavit in manibus dicti Prioris, qui illud contulit *Vaſco Alphonſo*, in cujus pacificam poſſeſſionem immiſus fuit: de utroque conſtat in dicto appenſo A.

Vacante alio Beneficio anno ſequenti 1443. per mortem Prioris *S. Catharinæ de Ribamar*, dictus *Prior S. Petri* illud contulit *Alvaro Annes*, qui poſt pacificam poſſeſſionem per biennium illi reſignavit anno 1445. in manibus Prioris, qui illud contulit *Petro Annes*, qui etiam illius pacificam poſſeſſionem adeptus eſt, prout conſtat ex actis. 9

Sic dicti Priores per decurſum 120. annorum ab anno 1442. uſque ad annum 1560. per duodecim actus ſucceſſivos, & continuatos effectum ſortitos, præſentaverunt, & contulerunt allegatos ſuo ordine in impedimentis à fol. 207. & probatos per proceſſum tempore Dominæ Reginæ *Catharinæ*, in appenſo A. 10

In hac poſſeſſione continuaverunt cæteri Priores ab anno 1560. uſque ad Priorem *Blaſium Ferreira* immediatum anteceſſorem Prioris A. qui per mortem Beneficiati *Ferdinandi Rodrigues* præſentavit, & contulit illud Beneficium *Emmanueli Ferreira*, qui illud poſſeſſit per 36. annos, & ejus morte Prior A. illud contulit Doctori *Didaco à Souſa* Deputati Concilii Generalis Sanctæ Inquiſitionis, qui poſt pacificam poſſeſſionem illi renuntiavit de conſenſu ejuſdem Prioris in favorem *Didaci Velho*, Secretarii Concilii Generalis ejuſdem Inquiſitionis, qui nunc illud poſſidet, prout conſtat ex actis tribus annis ante reſignationem contentionis. 11

Vacante altero Beneficio anno 1634. dictus Prior illud contulit 12

Ludovico de Mello, qui poſt pacificam illius poſſeſſionem per ſex annos abiit in Caſtellam poſt felicem *Joannis IV*. acclamationem; & quia *Didacus Lopes* illud à Sede Apoſtolica impetravit ob factum *Ludovici*, qui inimicis Coronæ ſe immiſcuit, propter quod ipſo jure amiſit Beneficium ex dictis *Reſol.* 38. *num.* 31. dictus Prior ſe oppoſuit contra dictam proviſionem, & recognoſcens dictus *Didacus Lopes* jus Coronæ à Bullis deſtitit, accepit Beneficium ab ipſo Priore, qui eum in eo præſentavit, & collavit, & ejus titulo illud poſſidet actualiter, prout conſtat ex actis.

13 Prior A. etiam ſe oppoſuit contra aliam proviſionem Apoſtolicam *Joſephi de Souſa*, qui victus in Judicio *Capellæ Regiæ* à Sententia appellavit 14. Januarii 1650. & quidam *Balthaſar Gomes Homem* 11. Martii ejuſdem anni, in cujus favorem dictus *Joſephus* dicto Beneficio reſignaverat, & utràque appellatione recepta, neuter reſcriptum impetravit: quare dictus Prior dictum Beneficium contulit *Emmanueli Joanni*, qui actualiter illud pacificè poſſidet, prout conſtat ex actis.

14 Vacante alio Beneficio per mortem *Antonii Pereira*, dictus Prior illud contulit *Paulo Gomeſio*, qui actualiter illud poſſidet. Tandem vacante altero Beneficio per mortem *Joannis de Figueiredo Soares*, dictus Prior illud contulit *Martino Fernandes Monteiro*, qui etiam actualiter illud poſſidet, quæ omnia evidenter probantur ex actis in locis allegatis.

15 Ex quibus omnibus conſtat evidenter ceſſare dictum primum fundamentum Sententiæ in jure, & in facto; quia, ſi unicus actus præſentationis, qui fuit effectum ſortitus antecedenter, ſufficit, ut Corona, & ejus donatarii reſtituantur, & conſerventur, non obſtante quocunque temporis decurſu, quanvis ſit 200. annorum: Phæb. 2. *p. deciſ.* 213. *n.* 11. *& n.* 15. Valaſc. *de Jur. Emphyt. q.* 9. *n.* 26. *in fin.* ubi non profuit poſſeſſori allegare poſſeſſionem 200. annorum: Cabed. *de Patron. Reg. Cor. cap.* 7. *à n.* 2. *& cap.* 34. *à n.* 1. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *à num.* 269. *& Diploma Regium anni* 1617. de quo ſupra *Reſol.* 30. *n.* 5. quod fuit in actis exhibitum: à fortiori datis tot præſentationibus, & proviſionibus ſucceſſivè continuatis, & effectum ſortitis.

Secundum funtamentum Sententiæ.

Quòd hæ proviſiones fuerunt factæ, non exiſtente in Regno Miniſtro aliquo Apoſtolico.

Sed etiam convincitur evidenter 16 ex actis, quia illæ 12. priores præſentationes, & proviſiones, fuerunt factæ per Priores ab anno 1442. uſque ad annum 1560. quo tempore Nuntii, & Legati exiſtebant in Regno, ut notum eſt, & proviſio facta per Priorem *Blaſium Ferreira* immediatum anteceſſorem A. in *Emmanuele Ferreira* facta fuit, exiſtente in Regno Collectore, prout etiam tempore, quo dictus Prior A. anno 1634. contulit aliud Beneficium dicto *Ludovico de Mello*; & quando aliud contulit dicto Deputato *Didaco de Souſa*, exiſtebat in Regno Vice-Collector *Jeronymus Batalignus*, & idem fecerunt in vacationibus occurentibus poſt ejus expulſionem, ſi in Regno aliquis Miniſter Apoſtolicus realiter extitiſſet, prout fecit in aliis vacationibus antecedentibus.

Tertium fundamentum.

Quòd A. non probaverat ſe eſſe in poſſeſſione probandi renuntias factas ſine ſua licentia in manibus Suæ Sanctitatis, qui erat in poſſeſſione providendi.

Quod etiam convincitur evidenter 17 ex actis, ex ſequentibus rationibus.

18 Pri-

18 Prima: quia iſtud fundamentum fuit extra actorum terminos allegatum; actor enim in actione non allegavit ſe eſſe in poſſeſſione prohibendi, quæ negativa probatur ex inſpectione ejuſdem actionis: ex *L. ult. Cod. de Reb. credit.* Surd. *Conſil.* 21. *num.* 1. *&* *Conſil.* 129. *num.* 17. Mantic. *deciſ.* 287. *num.* 1. Cald. *de Empt. cap.* 33. *num.* 40. *& forenſium quæſt.* 36. *num.* 2. Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 2. *num.* 3. *& deciſ.* 6. *n.* 9.

19 Neque hæc allegatio erat neceſſaria, ut A. in ſua actione ſpolii obtineret; ſolum enim allegavit immemoralem poſſeſſionem, in qua reperiabatur per ſe, & anteceſſores ſuos providendi, & conferendi per mortem, & reſignationem, & habere pro ſe ultimum ſtatum, nè providerentur dicta Beneficia ſimplicia per Sedem Apoſtolicam, quin ejus licentia præcederet, quam poſtulavit, & obtinuit ab A. dictus *Didacus de Souſa*, de quo *ſupra num.* 11. Nec tali fundamento uſi fuerunt antiquiores, & inſigniores Judices Coronæ, qui in eiſdem terminis pro Corona, & ejus donatariis Sententias protulerunt impetrantibus excluſis, prout conſtat ex ſeptem appenſis, in quibus ultra viginti Sententias reperiuntur ex eo ſolum, quia Priores erant antecedeuter in poſſeſſione præſentandi, & conferendi, non obſtante allegatione impetrantium, aſſerentium Sedem Apoſtolicam eſſe in poſſeſſione providendi per reſignationes ſine licentia Priorum, prout etiam R. allegavit.

20 Quod clariùs patefit in exemplo appenſi M. in quo Procurator Coronæ actionem ſpolii intentavit contra *Cuſtodium Birranum*, qui per reſignationem impetraverat quoddam Beneficium *S. Mariæ de Cintra* Patronatûs Reginæ ſine licentia Prioris ejuſdem Eccleſiæ, qui erat in poſſeſſione præſentandi, & conferendi à tempore immemorabili.

Dictus *Birranus* excipiendo propoſuit in ſecundo articulo actionem ſpolii non habere locum, quia erat in pacifica poſſeſſione per decurſum 17. annorum ſine contradictione Prioris, & ejus anteceſſoris, & rejecta exceptione, conteſtatus fuit actionem, allegando Beneficia illius Eccleſiæ eſſe ſolita reſignari ad conſpectum Priorum, quin eorum præcederet licentia, & Sedem Apoſtolicam eſſe in poſſeſſione immemorali ea conferendi per reſignationes, & illud Beneficium contentionis per 200. annos, & ultra fuiſſe ſemper proviſum per reſignationes in manibus Sanctiſſimi, quin licentia à Prioribus ad reſignationem peteretur, nominando perſonas in eo proviſas, & tandem *Antonium Birranum* poſt poſſeſſionem 50. annorum in ejus favorem reſignaſſe ſine tali licentia, & eum virtute Bullarum reſignationis Beneficium pacificè per ſpatium 17. annorum poſſediſſe ad conſpectum Prioris, cujus anteceſſor eum in poſſeſſionem immiſit, & ultra alia ſe fuiſſe creatum Sacerdotem ad titulum dicti Beneficii: & latis ab utraque parte probationibus, tandem dictus *Birranus* finali Sententiâ fol. 125. ejuſdem proceſſus excluſus fuit à Beneficio, lata per *Doctorem Georgium de Araujo Eſtaço* unum ex inſignioribus Judicibus Coronæ, literis, Religione, & pietate præſtantiſſimum, quæ Sententia refertur ſupra *Reſolut.* 37. *n.* 37. Quod exemplum, non obſtantibus pluribus aliis in appenſis, per ſe erat ſufficiens contra R. intruſum, cui ſtatim poſt occupationem clandeſtinam à Priore actio mota fuit. 21

Secunda: quia ſtatus Beneficiorum proviſionibus Apoſtolicis non mutatur, quanvis medio tempore Sedes Apoſtolica pluries provideret: Vivian. *de Jur. Patron. deciſ.* 29. *à num.* 8. *& deciſ.* 30. *num.* 9. Mantic. *deciſ.* 22

deciſ. 86. *num.* 2. *&* *deciſ.* 322. *n.* 7. Farinat. 2. *part. deciſ.* 482. *num.* 1. *&* *part.* 1. *deciſ.* 546. *num.* 3. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 27. ubi plures refert Deciſiones Rotæ *Garcia*, *Riccius*, *&* *Merlin.* relati ſupra *Reſol.* 36. *n.* 2. nec in eis attenditur ultimus ſtatus : ex Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 8. *à num.* 2. cum aliis relatis in dicta *Reſol.* 36. *num.* 4. ut pluries judicatum in Rota teſtantur DD. ſupra, & ita etiam judicatum in *Judicio Coronæ* in exemplis appenſis.

23 Sufficit enim proviſio Coronæ, quæ ſortita fuit effectum ante proviſiones Apoſtolicas, ut Corona, & illius donatarii reſtituantur : ex Farinat. *part.* 1. *deciſ.* 188. *num.* 1. ubi ita dicit judicatum in Rota Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 4. *num. ult. & deciſ.* 60. *num.* 8. *Vivianus*, *&* *Barboſa* relati *Reſolut.* 36. *num.* 6. Si ergo Auditores Rotæ ita in favorem Coronæ, & Patronatus laici judicant, ut ſæpius judicatum, & reſolutum in Rota teſtatur Farinat. *part.* 1. *deciſ.* 546. *n.* 3. & DD. ſupra, quo jure Judices Coronæ contra illam in ſimilibus caſibus poterant judicare? & contra text. *in Cap. In cauſis*, *de Re judicat.*

24 Tertia: eſto quòd *Prior*, & alii ejuſdem Patronatus per diſſimulationem, & negligentiam in proviſionibus Apoſtolicis conſentirent, eorum negligentia nec Coronæ, nec ſucceſſoribus præjudicabat, ut declaratum eſt per *Diploma Regium* de quo ſupra *Reſolut.* 30. *num.* 5. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 12. *num. ult. & cap.* 28. *num.* 6. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 18. Valaſc. *Conſult.* 167. *à num.* 15. & ita judicatum *Reſolut.* 44. *num.* 9. & ideo *Procurator Coronæ*, tanquam principalis defenſor Patronatûs Regii, movet actiones contra ſimiles Proviſiones ad reponendam Coronam, & ejus Donatarios in ſua antiqua poſſeſſione, & ad excludendum intruſos : ex dictis ſupra *Reſolut.* 44. per totam, prout fecerunt *Procuratores Coronæ* in exemplis appenſis; ubi per Sententias ſimiles impetrantes fuerunt excluſi.

Ampliatur, quòd quanvis dictus 25
Prior in proviſionibus Apoſtolicis conſentiret, adhuc poterat impedire quamcunque novam proviſionem Apoſtolicam ſupervenientem; quia licet proviſio facta, ſpreto Patrono, nulla ſit : ex text. *in Cap. Decernimus* 16. *quæſt.* 7. pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 131. ſi tamen Patronus tali proviſioni non contradicat intra tempus ſibi datum ad præſentandum, pro illa vice proviſio ſuſtinetur, quia cenſetur tacitè eam approbaſſe; ut pluribus relatis Salgad. *ubi proxim. n.* 133. Idem etiam quando non præſentat pro illa vice jure devoluto; ſed ex hoc nullum ſibi præjudicium generatur in ſequentibus vacationibus, in quibus Patronus poteſt præſentare, contradicere, & impedire alias proviſiones futuras : ex dictis ſupra *Reſolut.* 42. *per totam.* Ergo ſimiliter, quanvis Sedes Apoſtolica aliquas feceret proviſiones, quin dictus Prior eas contradiceret, ex hoc nullum ei, nec Coronæ præjudicium generabitur in futurum circa proviſiones futuras.

Quarta : quia Sedes Apoſtolica 26
non poteſt præſcribere contra Coronam, & Priores illius Donatarios jus hæc Beneficia providendi; eſt enim impræſcriptibile : ex dictis ſupra *Reſolut.* 37. & ita declaratum per *Diploma Regium*, de quo ſupra *Reſolut.* 30. *num.* 5. Nec in actibus præmiſſivis meræ facultatis, & negativis datur præſcriptio: DD. per text. *in L.* 1. *Cod. de Servit. & aqua*, *L.* 2. *Cod. Quæ ſit longa conſuetudo*, *L. Si quis aliam*, *ff. Quemadmodum ſervitutes amittantur*, *L. Hæc autem jura*, *ff. de Servitut. urbanor. præd.* Caſtilh. *de Tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 29. *num.*

num. 4. Surd. *Conſil.* 127. *num.* 21. *&* *num.* 81. ubi in actibus, qui ſunt facultatis, & in juribus negativis non admittitur conſuetudo, nec præſcriptio immemorabilis, *& num.* 84. quòd tempus immemorabile non operatur in his, quæ ſunt facultatis; *& Conſil.* 130. *n.* 17. Gloſſ. ultim. *in L. Solet*, *ff. de Offic. Proconſul.* recepta per Valaſc. *de Partit. cap.* 38. *num.* 4.

27 Nec Summus Pontifex uſque adhuc prohibuit, nè Priores providerent, nec probatur ex adverſo eos hujuſmodi prohibitionibus acquieſcere, quia natura juris prohibitivi conſiſtit in actu negativo, ſecundùm Bald. *in L.* 1. *Cod. de Servitut. & aqua.* Surd. *Conſil.* 130. *num.* 17. quia proviſio Priorum comprehendit jus poſſeſſionis, & non prohibitionis; aliud enim eſt jus poſſidendi, aliud jus prohibendi: ex Bald. *volum.* 4 *Conſil.* 463. *n.* 5. *verſ. Et notandum*, quem refert, & ſequitur Surd. *ubi proxim. num.* 18. Ergo ſolum ex jure poſſidendi, & præſentandi per tot actus, effectum ſortitos, Priori providendum erat, & judicandum in illius favorem in actionem ſpolii intentata; maximè cum haberet pro ſe ultimum ſtatum præſtandi licentiam in ſimilibus reſignationibus.

28 Tandem, quia dictus Prior erat etiam in poſſeſſione prohibendi proviſiones Apoſtolicas; prout ſe oppoſuit proviſionibus *Didaci Lopes*, & *Joſephi de Souſa*, & obtinuit de quibus *ſupra num.* 12. *&* 13. Ex quibus manifeſtè convincitur tertium fundamentum.

Quartum fundamentum.

Quod actor nullum documentum exhibuerat ad proviſiones, & renuntiationes Apoſtolicas prohibendas.

Quòd etiam evidenter convincitur per quinque documenta in actis reperta.

Primum: Per *Diploma Regium* anni 1617. de quo *Reſolut.* 30. *n.* 5. in quo præceptum eſt Procuratorem Coronæ actiones movere contra ſimiles impetrantes Beneficia ſimplicia Prioratuum Coronæ ſine licentia, & conſenſu Priorum. 29

Secundum: Per Chartam expeditam à *Judicio Coronæ* ad inſtantiam Procuratoris illius, in qua generaliter præceptum eſt omnibus Beneficiatis ſimplicibus *Villæ de Obidos*, & de *Cintra* ſub pœna privationis, & deſnaturaliſationis, nè ſuis Beneficiis renuntiarent ſine licentia Priorum: & per duos teſtes contra R. producentem probatur in actis illam Chartam fuiſſe dictis Beneficiatis intimatam. 30

Tertium: quia Rex *Joannes IV.* per *Decretum* expeditum 13. Octobris 1645. & per *Diploma* expeditum 18. Januarii 1646. de quo ſupra *Reſolut.* 16. *num.* 4. juſſit Judices Coronæ tanquam executores ſuarum legum, mandatorum, & decretorum inviolabiliter ſine dilatione, nec aliqua admiſſa ratione, procedere ad deſnaturaliſationem impetrantium dicta Beneficia, ejus conſenſu, & Priorum Coronæ non præcedente. 31

Quartum; quia per aliam Chartam expeditam ab eodem Judicio Coronæ ad inſtantiam Procuratoris illius, in qua generaliter præceptum eſt omnibus Prioribus Regii Patronatus, nè proviſionibus Ordinariorum, Collectorum, & Sedis Apoſtolicæ ſine ſuo conſenſu, & licentia factis acquieſcerent; immo eas contradicerent: & quod Miniſtri juſtitiæ in ſuis territoriis dictis Prioribus auxilium præſtarent ad excludendos proviſos: quæ Epiſtola etiam præſentata fuit in actis, de qua ſupra *Reſolut.* 15. *num.* 5. Ecce mandatum expreſſum ad dictas proviſiones Apoſtolicas prohibendas, 32

das, ſicque manifeſtè corruit dictum quartum fundamentum.

Quintum fundamentum.

Quod præſentationes, & collationes Priorum in actis oblatæ, erant tranſumptæ ſine partis citatione.

33 Hoc etiam fundamentum etiam convincitur per appenſum A. ubi per 12. præſentationes in illo proceſſu repertas, & effectum ſortitas probatur jus A. quæ non fuerunt tranſumptæ, ſed probatæ per eundem proceſſum agitatum tempore Sereniſſimæ Reginæ *D. Catharinæ*; cæteræ verò præſentationes probabantur per inſtrumenta authentica Notariorum, & per confeſſionem Beneficiatorum, qui in eiſdem Beneficiis fuerunt proviſi per Priorem A. qui in actis depoſuerunt.

Sextum fundamentum.

Quod nullius effectus erat certitudo Deputati Concilii generalis S. Inquiſitionis *Didaci de Souſa*, affirmantis ſe ſuo Beneficio renunciaſſe in favorem *Didaci Velho* Secretarii ejuſdem Concilii generalis Sanctæ Inquiſitionis, poſtulata, & obtenta licentia ejuſdem Prioris, ex eo quia fuerat affectatè expedita, hac cauſa pendente.

34 Hoc fundamentum maiori convincitur evidentia exactis, quia illa licentia fuit facta, & ſignata per manum ejuſdem Prioris 23. Septembris anni 1647. & fuit tranſumpta ex proceſſu executivo, & dictus *Didacus Velho* in procuratione, quàm præſtitit ad capiendam poſſeſſionem, in qua pacificè immiſſus fuit die 5. Maii 1648. confeſſus eſt prædictam reſignationem factam fuiſſe cum licentia ejuſdem Prioris, quæ omnia facta fuerunt intra biennium, antequam fieret reſignatio contentionis: ex quo ceſſat notoriè dictum fundamentum, quia licet illa certitudo expedita fuit lite pendente, fuit tamen de veritate rei geſtæ ante contentionem, prout omnia in actis probabantur per documenta expreſſa.

Ceſſantibus ergo cum hac evidentia fundamentis Sententiæ in jure, & in facto, ex ſupra dictis, neceſſariò impedimenta erant recipienda, & Sententia revocanda: ex *L. Egi totum*, *ff. de Except. rei judic. L. Si Prætor* 75. §. *Marcellus*, *ff. de Judiciis.* Mendes à Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 35. *&* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 25. *&* 26. Plures per Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *centur.* 6. *caſ.* 526. *num.* 8. 35

Ultra prædicta plura allegavi impedimenta, per quæ manifeſtavi dictam Sententiam nullo jure poſſe ſuſtineri. 36

Primò: quia dicta Sententia fuerat lata ultra petitum, contra text. *L. Ut fundus*, *ff. Communi dividundo*, *L. ult. Cod. de Fideicommiſſar. libertat*, *cap. Licet* 31. *ante med. de Simon. cap. Qualiter* 24. *ad fin. de Accuſat.* Ordinatio Reg. *lib.* 3. *tit.* 63. *in principio*, *& tit.* 66. §. 1. *& tit.* 20. *in fin. princip. & tit.* 41. §. 4. *in fin.* Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 42. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 123. *num.* 26.

Prior enim intentavit actionem ſpolii contra R. quia eum à ſua poſſeſſione ſpoliaverat, in qua erat providendi, & præſtandi licentiam reſignationibus, & hic erat ultimus ſtatus. Conteſtatus fuit R. confitendo ſpolium, & negando Prioris poſſeſſionem, qui manutentionem peteret, quare ultra actum, & petitum judicatum fuit in fine Sententiæ, ibi: *Declarão não fazer o R. força ao A. em reter a poſſe do Beneficio, de que ſe trata, e mandão,* 37

que

que nella ſeja conſervado. Quam manutentionem R. non petivit; manutentio enim non conceditur niſi petenti, & eſt remedium diverſum ab actione ſpolii, nec conceditur niſi habenti aliquem titulum ſaltem coloratum, quem R. in toto proceſſu non exhibuit, nec Bullam ſuæ proviſionis.

38 Notorium eſt enim juris principium, quòd nemo manutenetur in Beneficialibus, ſi non habeat titulum ſaltem coloratum: DD. per text. *in Cap. Licet cauſam, de Probat. Cap. 1. De eo, qui mittitur, in 6. Regula 1. de Regulis juris, in 6.* Valaſc. *Conſult. 79. num. 4. & 5.* Boer. *deciſ. 213.* Menoch. *Recuperat. remed. 25. num. 463.* Gratian. *Forenſ. cap. 238. à num. 4.* Riccius *in Praxi aurea, reſolut. 340. num. 4.* Poſth. *deciſ. 234. num. 4.*

39 Præterea dicta Sententia eſt contra jus Canonicum, contra Regulam *Chancellariæ*, contra privilegia Regni, & noſtram *Ordinationem*, contra *Decreta*, & *Diplomata Regia* contra Chartas expeditas à Judicio Coronæ, contra plures Sententias ejuſdem Judicii prolatas in eiſdem terminis contra ſtylum Coronæ inviolabilem, & denique eſt unica in præjudicium univerſale omnium Beneficiorum Coronæ.

In primis eſt contra jus Canonicum.

40 Cum Prior A. haberet pro ſe ultimum ſtatum præſtandi licentiam reſignationibus, & reſignatio contentionis facta fuerit, dicta licentia non petita, nec obtempta, neceſſariò erat inſtituendus, & conſervandus in ſua poſſeſſione: DD. per text. *in Cap. Conſultationibus, de Jure Patronatus*: attenditur enim ſemper ultima, & immediata poſſeſſio: DD. per text. *in Cap. Cum olim. Cap. Cum Eccleſia Sutrina, de Cauſa poſſeſſionis.* Garc. *de Benef. p. 5. cap. 5. num. 63. & 64.* ubi plures refert Deciſiones Rotæ, *& num. 104.* Plures per Gonzal. *ad Regul. 8. Gloſ. 45. §. 2. num. 14.* & per Salgad. *de Protect. Reg. 3. part. cap. 10. à num. 5.* Merlin. *part. 1. deciſ. 385. num. 1.* ubi plures refert Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap. 34. num. 8.*

Contra Regulam 42. Chancellariæ.

Hæc Regula introducta fuit in favorem Patronatûs Regii, & ſæcularis, in qua expreſſè cavetur, nè Bullæ aliquæ à Sede Apoſtolica expediantur ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, & ſæcularis, ſine ſpeciali licentia, & conſenſu Regis, & Patronorum ſæcularium; quia nunquam eis intendit præjudicare: & ideo Summus Pontifex in omnibus Bullis dicit: *Dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat*, & in Bullis contentionis non intervenit licentia Prioris, qui eſt donatarius Coronæ in jure præſentandi: ex *Diplomate Regio*, de qua ſupra *Reſolut. 30. num. 5.* 41

Eſt contra Ordinationem *lib. 2. tit. 15.* & privilegia Regni.

Per dictam Ordinationem jubentur deſnaturalizari à Regno omnes impetrantes Bullas Apoſtolicas contra Regni privilegia, quorum unum eſt, nè Beneficia juris Patronatûs Regii à Sede Apoſtolica impetrentur ſine expreſſa Regis licentia, & Donatariorum Coronæ; quod privilegium fundatur, etiam ultra jus commune, in eàdem Regula *Chancellariæ*, de qua *ſupra num. 41.* & in eadem *Ordinatione* condemnantur etiam 42

etiam taliter impetrantes in amiſſione omnium Beneficiorum, bonorum, & legitimarum, quas in Regno habuerint, prout plures ex eàdem cauſa condemnati fuerunt in amiſſione bonorum, & excluſi fuerunt à Regno, prout oſtenſum eſt in actis appenſis.

43 Si ergo R. (qui non negat Beneficium contentionis eſſe juris Patronatûs Regii, nec etiam in Sententia defitetur) illud à Sede Apoſtolica impetravit ſine licentia Regis, & Prioris Donatarii, contra formam dicti privilegii, & diſpoſitionem dictæ *Ordinationis*, quo jure dicti Judices R. intruſum, à Regno, & à Beneficio malitioſé impetratum contra formam Legis non excluſerunt à Regno, prout inſtanter poſtulavit Procurator Coronæ? Et quo jure contra formam ejuſdem *Ordinationis* juſſerunt R. in eodem Beneficio conſervari? Judicent Sapientes.

Eſt contra Decreta, & *Diplomata Regia.*

44 Per *Decreta*, & *Diplomata Regia*, relata *ſupra n.* 29. *&* 31. juſſit Rex, quòd Procurator Coronæ actiones moveret contra ſimiles impetrantes, & quòd Judices Coronæ, tanquam executores ſuorum decretorum, & mandatorum ſine aliqua dilatione, nec aliqua admiſſa ratione, procederent contra hos impetrantes, & eos cum bonorum amiſſione à Regno expellerent: ergo quo jure dicti Judices contra R. intruſum in forma dictorum *Decretorum*, & *Diplomatum* in actis exhibitorum, non proceſſerunt? Immo contra eorum formam R. in ſua intruſione juſſeruntconſervare?

Eſt contra Chartas expeditas à Judicio Coronæ.

Ad inſtantiam inſignis Procuratoris Coronæ Doctoris *Thomæ Pinheiro da Veiga* expedita fuit Charta ab eodem Judicio ad compeſcendas cupiditates, & ambitiones, & Beneficia anhelantium contra Regni privilegia anno 1646. qua juſſum eſt citari omnes Beneficiatos Eccleſiarum de *Obidos*, & *Cintra*, nè ſuis Beneficiis renuntiarent ſub pœna amiſſionis eorundem Beneficiorum, & deſnaturalizationis, quin præcederet licentia Priorum earundem Eccleſiarum; & non obſtante hac intimatione, Beneficiatus *Joſeph Velloſo*, non petita, nec obtenta licentia Prioris, ſuo Beneficio renuntiavit in favorem R. ut probatur in actis per duos teſtes contra producentem, quorum uterque per ſe plenam facit probationem: ex Gratian. *deciſ.* 221. *in Adictione n.* 9. Surd. *Conſil.* 19. *n.* 13. *&* *conſil.* 40. *num.* 20. *&* *conſil.* 61. *num.* 40. *&* *conſil.* 130. *num.* 40. Menoch. *Conſil.* 161. *num.* 78. 45

Per aliam Epiſtolam expeditam ab eodem Judicio anno 1650. ad inſtantiam ejuſdem Procuratoris, generaliter præceptum eſt omnibus Prioribus Patronatus Coronæ, nè in aliquibus proviſionibus, quanvis Apoſtolicis, conſentirent, quin dicta licentia præcederet; & aliter impetrantes excluderent: & etiam præceptum eſt Judicibus locorum, in quibus Beneficia ſita erant, eis auxilium præſtare ad excluſionem impetrantium, de quibus Epiſtolis *ſupra num.* 30. *&* 32. Si ergo dictus Prior juxta formam mandati ſtatim ſe oppoſuit contra R. ad eum excludendum per actionem violentiæ, quo jure fuit Reus abſolutus contra formam dictarum Epiſtolarum, & mandatorum Coronæ? 46

Eſt

Eſt contra plures Sententias Coronæ in eiſdem terminis.

47 Plures prolatæ fuerunt Sententiæ in ſeptem appenſis in eiſdem terminis contra ſimiles impetrantes per inſigniores Judices Coronæ, per quas excluſi fuerunt à Beneficiis, ultra alias, quæ reperiuntur in appenſo B. agitato inter Rectorem S. Ægilii hujus Civitatis contra *Michaelem dos Anjos* ſuper quodam Beneficio ſimplici *S. Bartholomæi*, quod dictus *Michael* per reſignationem impetravit à Sede Apoſtolica ſine licentia dicti Rectoris, & tandem finali Sententia excluſus fuit à Beneficio, de quo *Reſolut.* 14. *num.* 25. & in eodem proceſſu ultra quindecim Sententias fuerunt exhibitæ, & in appenſo L. & in appenſo M. contra *Cuſtodium Birtanum*, de quo ſupra *n.* 20.

48 Quare in hoc caſu ſimiliter judicandum erat: ex *Cap. In cauſis, de Re judicat.* ibi: *Cum in ſimilibus, cæteri teneantur ſimiliter judicare. L.* 1. §. *Ait Sextus, ff. Ad Silanian.* ibi; *Sic eſſe ſæpius judicatum. L.* 2. *ff. de Offic. Præfecti Prætor.* ibi: *Extentque exempla. L. Filius, ff. ad L. Cornel. de Falſis*, ibi: *Sic enim inveni Senatum cenſuiſſe.* Themud. *deciſ.* 4. *num.* 19. Soula de Maced. *deciſ.* 9. *num.* 23.

49 Sententiæ enim Senatus in Tribunali Supremo pro lege obſervantur, faciuntque jus ad ſimiles cauſas decidendas, ac ſi eſſent Sententiæ Principis, quæ faciunt jus quoad omnes; Senatus enim Principi æquiparatur, & eis preciſè ſtandum eſt in caſibus ſimilibus; ita pluribus relatis Emmanuel Barboſ. *ad Ordination. Reg. lib.* 3. *tit.* 64. *in principio, n.* 6. Valaſc. *Conſult.* 148. *num.* 33. *&* 34.

Eſt contra ſtylum Coronæ inviolabilem, & eſt Sententia unica in materia.

Quanvis revolvatur totum Archivum Coronæ, nulla in eo ſimilis Sententia reperietur; ſed omnes in contrarium prolatæ in eiſdem terminis, fundatæ in jure Canonico, Civili, *Ordinatione Regia*, & *in Decretis*, & *Diplomatibus Regiis*, de quibus ſupra, prout conſtat etiam de Sententiis prolatis in appenſis, ex quibus manifeſtè reſultat nullitas notoria Sententiæ impeditæ. Sententia enim lata contra ſtylum nulla eſt, ac ſi contra Legem: Surd. *deciſ.* 175. *n.* 10. Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 3. *tit.* 64. *n.* 4. ubi plures refert, & ejus filius Auguſtinus Barboſ. *in Collect. ad Cap. Quam gravi, de Crimine falſi, n.* 4. *& in Collect. ad Cap. Ex literis, n.* 6. *de Conſtitutionibus.* 50

Eſt denique in præjudicium univerſale omnium Beneficiorum Coronæ.

Quia ſi ſimiles reſignationes admittantur ſine licentia Regis, vel Priorum Prioratuum Coronæ, raró, aut nunquam Priores providebunt, quia dicta Beneficia poſſidentes eis poterunt renuntiare in manibus Sanctiſſimi in favorem tertii ſine dicta licentia, ut reſolvit pluribus relatis Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 18. Leſſ. *de Juſt. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 193. *& num.* 207. ex quo magnum præjudicium reſultabit Regibus, & Prioribus. 51

Hæ enim reſignationes pluri- 52

mùm Coronæ præjudicant: ex Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 10. *num.* 3. *& num.* 7. *verſ. Advertendum*, *& num.* 8. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 145. & ideo hæc Beneficia nec reſignari, nec præmutari poſſunt, quin dicta licentia interveniat; ut per Cabed. *dict. Cap.* 10. *per totum*, *& cap.* 11. *per totum.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 69. *num.* 20. *& alleg.* 72. *num.* 10. cum aliis relatis ſupra *Reſol.* 34. *num.* 5.

53 His, & aliis rationibus fuerunt impedimenta *Procuratoris Coronæ* roborata, & per Priorem ſuſtentata, & data copia actorum Procuratori Rei ad illa impugnanda, per tres vices petivit temporis prorogationem ad reſpondendum; ſed agnoſcens bonam fidem, & ſuum clientulum nullum habere jus in Beneficio, lapſo tertio termino prorogato, proceſſum dedit ſine rationibus, & fuit concluſus cum querimoniis *Procuratoris Coronæ*; & quando omnes infabiliter Sententiæ revocationem ſpectabant, lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ ſuper impedimentis.

54 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que ſem embargo dos embargos dos Embargantes, que naõ recebem por ſua materia, e Autos, cumpra-ſe a Sentença embargada, e paſſe pela Chancellaria, e ſe entregue à parte, e ſeja ſem cuſtas por ſer entre o Procurador da Coroa, e ſeu Vaſſallo. Lisboa*, 7. *de Abril de* 1661. Rodrigo Rodrigues de Lemos. Joſeph Pinheiro. *Fui preſente, e peço viſta.* Mattheus Mouſinho. Qui gerit vices *Procuratoris Coronæ*, in hac cauſa.

Contra hanc inopinatam Sententiam, quæ omnes in maximam rapuit admirationem, iterum ſe oppoſuit Procurator Coronæ.

RESOLUTIO LXXXI.

An impetrans à Sede Apoſtolica per reſignationem Beneficium ſimplex Eccleſiæ Patronatùs Regii, donatæ certo Monaſterio, quod erat in poſſeſſione præſentandi, etiam in menſibus reſervatis in proprietate, non obtenta licentia Patroni, committant violentiam, & ſpolium?

SUMMARIUM.

1 *In actione ſpolii requiritur poſſeſſio ex parte ſpoliati Actoris, & ſpolium ex parte Rei ſpoliantis.*

2 *Sententia Coronæ contra Monaſterium de* Salzedas.

4 *Ante creationem Beneficiorum ſimplicium Patronatûs Regii, Clerici ſervientes in Eccleſia vivebant in communi.*

5 *Ad evitandas diſcordias fuerunt fructus ſeparati, & unicuique pro rata fuit ſua portio aſſignata, & vocabantur rationarii, & hodie Beneficiati.*

Ibi. *Beneficia ſimplicia fuerunt creata ex fructibus Matricis, cujus naturam ſequuntur.*

6 *Ita ſæpius judicatum per plures Sententias Coronæ.*

7 *Sententia Ordinarii Lamecenſis, in qua judicavit, Beneficia hujus Eccleſiæ eſſe juris Patronatus Monaſterii de* Salzedas, *& ad ejus præſentationem omnia Beneficia ſimplicia pertinere, quocunque menſe vacarent, & ſequi naturam Matricis.*

8 *Hæc Sententia habuit effectum, & altera in eiſdem terminis.*

9 *Be-*

Digitized by Google

9 *Beneficia juris Patronatus Regii, & ea, quæ ejus naturam ſequuntur, non comprehenduntur in regulis Chancellariæ, & providentur per Reges, & donatarios Coronæ, quocunque menſe vacaverint.*

10 *Mentio ſpecifica facienda eſt in omnibus proviſionibus, reſignationibus, & permutationibus, Beneficia eſſe juris Patronatus Regii, vel ſæcularis.*

11 *Aliàs Bullæ nullæ ſunt, quia Pontifex non intendit præjudicare Coronæ, nec ejus donatariis, quin de eis faciat expreſſam mentionem.*

12 *Pontifex declarat in Bullis, quòd confert Beneficium, dummodo ſit reſervatum generaliter, vel ſpecialiter, & dummodo ejus diſpoſitio ad eum pertineat illa vice, per quas clauſulas reſervatur jus Patronis.*

13 *Mentio facienda eſt qualitatis Beneficii*, eſſe juris Patronatûs Regii, *aliàs Bullæ nullæ ſunt, & ita judicatum in Judicio Coronæ.*

14 *Beneficia juris Patronatûs Regii nec reſignantur, nec permutantur ſine Regis, & donatariorum licentia.*

15 *Licentia poſtulata ab Abbate ad reſignandum.*

16 *Chartæ Coronæ nè Priores, & Donatarii Patronatûs Regii conſentirent in proviſionibus Apoſtolicis, ſine eorum, & Regis licentia.*

17 *Beneficia Patronatûs Regii ſunt inpræſcriptibilia, & præſentationes in contrarium præſumuntur facta malâ fide.*

18 *Procurator Coronæ fecit expellere à Beneficiis ea impetrantes ſine Regis licentia.*

19 *Reſignationes Beneficiorum Coronæ ſine licentia Regis ſunt multum præjudiciales.*

20 *Natura horum Beneficiorum non alteratur per proviſiones Apoſtolicas, quamvis multiplicatæ ſint, nec ob hoc præſumuntur eſſe liberæ collationis, nec per eas jus auferiur Coronæ præſentandi, nec ejus Donatariis.*

21 *Vacantibus eiſdem Beneficiis, poſt proviſiones Apoſtolicas, & Ordinarias poſſunt iterum Patroni præſentare, & Procurator Coronæ intentare omnia remedia poſſeſſoria, non obſtante quocunque temporis decurſu.*

22 *Præſentans ultimos præſentatos præſumitur omnes antecedentes præſentaſſe, & talis præſumitur poſſeſſor, qualis eſt titulus antecedens.*

24 *Regula Capitis* Conſultationibus, de jure Patronat. *non procedit reſpectu Beneficiorum Patronatûs Regii.*

25 *Per Sententiam in proprietate extinguuntur omnes actus poſſeſſorii Sedis Apoſtolicæ.*

26 *Judices Coronæ contra eam judicaverunt, & Eccleſiaſtici in ejus favorem.*

27 *Sententia in proprietate ſuper Beneficiis ſimplicibus Eccleſiæ Patronatûs Regii facit jus quoad omnia Beneficia.*

Ibi. *Jus reale æqualiter omnia comprehendit, & eadem ratio in omnibus concurrit.*

28 *Juſtificato ſemel jure Patronatus, non tenetur Patronus iterum de jure ſuo docere.*

29 *Jus Patronatus probatur per Sententias Ordinariorum.*

30 *In ſimilibus idem eſt judicandum.*

31 *Eccleſia Patronatûs Regii donata ſimpliciter Monaſterio, manet de Patronatu Eccleſiaſtico.*

32 *Beneficiorum natura regulatur per ſtatum, quem habuerunt ſpatio quadraginta annorum.*

33 *Sententia Coronæ injuſtiſſima ſuper impedimentis oblatis per Procuratorem Coronæ.*

Similis quæſtio præcedenti excitata fuit per Monaſterium *S. Mariæ de Salzedas* Donatarium Eccleſiæ *S. Petri de Tarouca* Patronatûs Regii, Lamecenſis Diœceſis, quod actionem violentiæ intentavit in Judicio Coronæ Domus Supplicationis contra *Franciſcum da Sylva*, qui quoddam Beneficium ſimplex ejuſdem Eccleſiæ à Sede Apoſtolica per reſignationem impetravit, non obtenta licentia Abbatis ejuſdem Monaſterii, qui erat in poſſeſſione immemorabili præſentandi dicta Beneficia per plures præſentationes effectum ſortitas, etiam in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quocunque menſe vacarent; prout præſentavit *Dominicum de Araujo*, *Emmanuelem Cardoſo*, *Petrum Cardoſo*, *Rodericum Monteiro*, *Antonium de Barros*, *Dominicum de Magalhães*, *Emmanuelem de Araujo*, *Antonium Rebello de Amaral*, & plures alios.

1 Probatâ ſic poſſeſſione præſentandi per tot multiplicatos actus effectum ſortitos ex parte Monaſterii, & ſpolio ex parte R. ſpoliantis, quæ ſunt duo eſſentialia requiſita, ut Monaſterium in actione ſpolii obtineret: ex text. *in L.* 1. *verſ. Hoc interdictum*, *ff. De vi*, *cap. Conſultationib.* & ibi Gloſſ. *verbo*, *Poſſeſſionem*, *de Offic. delegat.* Gam. *deciſ.* 4. *n.* 1. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 172. *n.* 1. Phœb. 2. *part. deciſ.* 213. *n.* 7. Gratian. *deciſ.* 10. *num.* 15. Tandem in dicto Judicio Coronæ fuit R. abſolutus per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

2 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, petiçaõ de força dos AA. embargos do R. e ſeu accreſcentamento, provas por huma, e outra parte dadas, e documentos juntos. Moſtraſe, tratarſe da cauſa poſſeſſoria, e eſtarem os AA. de poſſe de preſentarem nos Beneficios da Igreja de Tarouca por varias preſentaçoens, e Sentenças dadas no Eccleſiaſtico, e que aſſi lhes fizera força em entrar no dito Beneficio por Bullas Apoſtolicas; e que era do Padroado Real, de cujo uſo eraõ Donatarios os AA. Por parte do R. ſe moſtra, que o Beneficio, de que ſe trata, fora de Manoel da Fonſeca, que o renunciou em Joaõ Rodrigues, que outro ſy o renunciou em Domingos da Sylva, que tambem o renunciou no R. e que todas eſtas preſentaçoens foraõ por Bullas Apoſtolicas ſem intervençaõ dos AA. O que tudo viſto, e como os AA. naõ provaõ eſtarem de poſſe de preſentar no dito Beneficio, ainda que provaõ poſſe em outros, e o R. provar por preſentaçoens continuadas ſerem de facto providos por Bullas Apoſtolicas individualmente neſte Beneficio, abſolvem ao R. do pedido pelos AA. e declaraõ, que naõ commetteo força alguma, e reſervaõ ao AA. ſeu direito para tratarem da propriedade em Juizo competente, e paguem os Autos. Liſboa, 23. de Janeiro de 1663.* Manoel Delgado de Mattos. Domingos Antunes Portugal. Gaſpar de Abreu. Eſtive preſente, Jorge Privado de Faria.

Contra unicum fundamentum hujus Sententiæ harum proviſionum Apoſtolicarum, quin Monaſterii licentia intercederet, nomine Monaſterii novem obtuli rationes, per viam exceptionis, probatas incontinenti in jure, & in facto. 3

Prima: quia dicta Beneficia ſimplicia, ſeu portiones ejuſdem Eccleſiæ, fuerunt creata ante donationem Regiam ex fructibus Matricis Patronatûs Regii, ut Clerici viventes in communi Eccleſiæ inſervirent, & Divina Officia adminiſtrarent, prout diſpoſuit Summus Pontifex *Gregorius IV.* in *Cap. Quoniam* 9. *de Vita, & honeſtate Cleric.* ibi: *Statuimus, ut facultatibus Eccleſiarum* 4

cleſiarum veſtrarum proventibus, & expenſis diligenter inſpectis, certum in eis valeatis ponere numerum Clericorum, & ſtatuere, ut bona eorum veniant in communi, in una domo veſcantur, atque ſub uno tecto dormiant, & quieſcant, &c. & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 1.

5 Poſtea ad evitandas diſcordias ſeparati fuerunt fructus authoritate Regia, & unicuique Clerico congrua portio ex redditibus aſſignata fuit, & poſt hanc diviſionem vocati fuerunt portionarii, vel rationarii, & hodie vocantur Beneficiati ſimplices; & hæc Beneficia poſt ſeparationem ſemper ſequuta fuerunt naturam Matricis Patronatûs Regii, ante, & poſt donationem, ex quibus fructibus fuerunt creata; ut per Valaſc. *Conſult.* 163. *num.* 16. *&* 17. Plures per Larream *Allegat. Fiſcal.* 2. *p. alleg.* 67. *n.* 16. Attenditur enim ſemper origo rei; ut pluries judicatum in Rota teſtatur Farinat. *tom.* 1. *deciſ.* 546. *n.* 2. ubi dicit, quod ſemper indubio cenſentur creata ex fructibus Matricis, cujus naturam ſequuntur.

6 Sic etiam judicatum per plures Sententias Coronæ in actis exhibitas, & in terminis terminantibus per Sententiam Ordinarii Lamecenſis contra Promotorem Fiſcalem, omnia Beneficia ejuſdem Eccleſiæ eſſe juris Patronatûs Regii, nec comprehendi in Regulis Chancellariæ, & præſentationem eorum, quocunque menſe vacarent, eidem Monaſterio pertinere, prout conſtat ex Sententia, quæ tranſivit in rem judicatam producta in actis tenoris ſequentis.

Sententia Ordinarii Lamecenſis.

7 *Sem embargo dos Embargos, que naõ recebo, viſta ſua materia, e Antos, e como delles ſe moſtra haver ſido a Igreja de Saõ Pedro de Tarouca do Padroado Real, e eſcambala o Senhor Rey D. Diniz pela Igreja de Fontearcada, e conſtar da certidaõ do Cenſual, ſer a dita Igreja, e ſuas raçoens do Moſteiro de Santa Maria de Salzedas, e como pertence o Padroado ao dito Moſteiro, e eſtar o Dom Abbade, e mais Religioſos delle em poſſe de preſentarem Reitor na dita Igreja, e nos Beneficios ſimplecez della, em qualquer mez, que vagaõ: por quanto conforme a doutrina dos Letrados do Reino, as Igrejas do Padroado Real ainda que eſtejaõ* penes Donatarios, *ainda que Eccleſiaſticos, retém a meſma natureza, e o haverem aſſi declarado os Senhores Reys por huma proviſaõ ſua paſſada no anno de* 1617. *e ſendo a dita Igreja, e ſeu Padroado ſecular, e Real, nos quaes termos naõ ha lugar, praticarſe a Regra* 8. *da Chancellaria, que ſó ſe pratica nas Igrejas do Padroado Eccleſiaſtico, como he commua reſoluçaõ de todos os DD. nem poder outro ſy praticarſe neſte caſo o Decreto do Sagrado Concilio Trident.* Seſſ. 25. cap. 9. de Reformat. *que ſe entende no caſo, em que falla, para evitar a uſurpaçaõ do Padroado das Igrejas, o que naõ pode conſiderarſe no Beneficio da contenda. Julgo pertencer a apreſentaçaõ do dito Beneficio, e dos mais da dita Igreja ao Dom Abbade, e mais Religioſos do dito Moſteiro, em qualquer mez, que vaguem, por naõ haver nelles reſerva, e ter o Embargado juſtificado concludentemente ſer o Padroado do dito Moſteiro. E viſto como o dito Embargado eſtá legitimamente preſentado no Beneficio ſimples, que vagou por morte, e falecimento de Manoel de Araujo, ultimo, e immediato poſſuidor, que delle foy, como conſta da apreſentaçaõ fol.* 2. *e como o dito Embargado Antonio Rebello de Amaral he Chriſtaõ velho, ſem raça alguma de infecta naçaõ, e tem Ordens menores, como conſta da Carta dellas a fol.* 26. *correndo fo-*

ſolha requeira ao Reverendo Cabido , o colle no Beneficio, em que eſtá preſentado, e pague os Autos. Lamego, em Meſa, 4. *de Novembro de* 1659. O Deaõ. O Arcediago de Lamego. Fonſeca. Carvalho. O Meſtre Eſcolla. Carrillo.

8 Virtute hujus Sententiæ dictus *Antonius Rebello* fuit inveſtitus, & confirmatus, & immiſſus in poſſeſſionem dicti Beneficii, quod vacavit in menſe Auguſti Sedi Apoſtolicæ reſervato; idem etiam judicavit idem Ordinarius contra *Promotorem Fiſcalem* in favorem Monaſterii in alio Beneficio vacante in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, per mortem *Antonii de Barros*, in quo Monaſterium præſentavit *Dominicum de Magalhães Coutinho*, qui fuit collatus virtute dictæ Sententiæ, & immiſſus in poſſeſſionem Beneficii, & utraque Sententia tranſivit in rem judicatam, prout conſtat ex actis.

9 Utraque Sententia fundata fuit in juris diſpoſitione. Certi enim juris eſt, Beneficia juris Patronatus Regii, & ſæcularis, & ea, quæ ſequuntur eorum naturam, quia creata ex fructibus Matricis ejuſdem Patronatus , non comprehendi in regulis reſervatoriis Chancellariæ, & quocunque menſe , & quocunque modo vacent, ſemper provideri per præſentationem Regis , & Donatariorum Coronæ : ex Gonzal. *ad Reg.* 8. *Chancell. Gloſſ.* 18. *num.* 2. *& Gloſſ.* 24. *à num.* 153. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 26. *& à num.* 144 *&* 257. *& de Jur. Eccleſiaſtic. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 90. *& lib.* 3. *cap.* 12. *à num.* 18. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 35. *n.* 6. *&* 7. Phœb. 2. *part. deciſ.* 214. *à num.* 5. Farinat. 2. *part. deciſ.* 541. *num.* 3. *in fin. & n.* 5. *in fin.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 87. *num.* 2. *& deciſ.* 277. *num.* 1. & ita judicatum per plures Sententias Coronæ in actis productas in ſimilibus caſibus.

10 Ob eandem rationem in proviſionibus , reſignationibus , & permutationibus præciſé facienda eſt mentio qualitatis Beneficii , eſſe juris Patronatûs Regii , vel ſæcularis : ex Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 1. *n.* 575. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 159. Sanch. *Concil. lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 55. *n.* 10. Flamin. *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 26. ubi ita dicit judicatum in Rota.

11 Aliàs, Bullæ ſunt ſubreptitiæ; nunquam enim Summus Pontifex intendit præjudicare Coronæ , nec ejus Donatariis in proviſione Beneficiorum, quin de eis expreſſam faciant mentionem: Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *à num.* 100. *& cap.* 2. *num.* 2. *&* 6. *& in Prax. Juris Patronat. deciſ.* 29. *num.* 13. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 87. *& Jure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 99. *& in Vot. lib.* 1. *vot.* 46. *n.* 7. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 24. *n.* 158. Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. *&* 28. Phœb. 2. *part. deciſ.* 214. *à num.* 5.

12 Ob eandem rationem Summus Pontifex in omnibus Bullis Beneficiorum declarat : *Gratiam facere, dummodo Beneficium ſit Sedi Apoſtolicæ generaliter , vel ſpecialiter reſervatum , & dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat*: quæ clauſulæ expreſſæ reperiuntur in Bullis R. impetrantis, & per eas præſervatum fuit jus Patronatûs Regii: ex Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 45. *num.* 2. *&* 6. ubi ita dicit judicatum in Rota Vivian. *in Prax. Jur. Patron. deciſ.* 20. *num.* 2. *&* 5. *& deciſ.* 26. *num.* 5. *&* 6.

13 Aliàs, ſi in Bullis non ſit mentio qualitatis Beneficii, reputantur Bullæ ſubreptitiæ , & ut tales declarantur , prout in ſimili judicatum fuit ſuper quodam Beneficio ſimplici Eccleſiæ *S. Petri de Torres-Novas*, Patronatûs Regii, in Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 14. *n.* 23. & pluribus Sententiis Judicii Coronæ exhi-

exhibitis in actis à fol. 163. & cum R. in ſupplica non feciſſet mentionem qualitatis Beneficii eſſe juris Patronatûs Regii, idem contra eum judicandum erat in hoc caſu: ex *Cap. In cauſis, de Re judicat.*

14 Secunda ratio; quia certum eſt in jure, quòd Beneficia Patronatûs Regii, & ſæcularis, & creata ex fructibus Matricis, quæ eorum naturam ſequuntur, nec reſignari, nec permutari poſſunt, nec Bullæ à Sede Apoſtolica expediri, quin præcedat Regis licentia, Donatariorum Coronæ, & Patronorum ſæcularium; ita expreſſé cautum eſt in *Regula* 42. *Chancellariæ*, ibi: *Ad id Patronorum ipſorum accedat aſſenſus, &c.* & ita pluribus relatis Cabed. *de Patr. Reg. Coron. cap.* 10. *per totum, & cap.* 11. *per totum.* Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 69. *num.* 20. *& alleg.* 72. *num.* 10. cum aliis, de quibus *Reſolut. præcedent. num.* 41. Putheus *lib.* 1. *deciſ.* 412. *n.* 1. *amplians num.* 2. quòd nec reſignari, nec permutari poſſunt, quanvis Patroni non contradicant: Riccius *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 213. *num.* 284. ubi plures Rotæ Deciſiones refert: Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 163. *n.* 8.

15 Ob eandem rationem Epiſcopus Lamecenſis in cujus Diœceſi ſita eſt Eccleſia contentionis, ſcripſit Abbati ejuſdem Monaſterii Epiſtolam, de qua in actis fol. 92. ut licentiam concederet *Joanni Nunes* in eadem Eccleſia Beneficiato, ut ſuo Beneficio renuntiaret in favorem *Antonii Vas Limpo*, & in eadem Epiſtola ei retulit jam aliam licentiam conceſſiſſe ad ſimilem reſignationem, & Abbas dictam licentiam Epiſcopo poſtulanti conceſſit.

16 Sed, quia Beneficiati Patronatûs Regii cum magna Regni perturbatione, & præjudicio Coronæ, & Donatariorum ejus ſuis Beneficiis reſignabant, quin prædicta licentia præcederet expedictæ fuerunt plures Chartæ generales à *Judicio Coronæ*, ad inſtantiam *Procuratoris* illius, ut Priores, Rectores, & cæteri Donatarii Coronæ ſimilibus proviſionibus non conſentirent, nec Miniſtri ſæculares territorii, in quo dicta Beneficia ſita forent; & taliter proviſos à poſſeſſione excluderent, & ſimilem Chartam ad inſtantiam *Monaſterii Actoris* expediverat Doctor *Emmanuel Delgado de Mattos*, qui protulit ſententiam impeditam, & ob eandem rationem, R. à Beneficio contentionis excludere tenebatur, nè Charta per eum expedita fruſtratoria, & illuſoria maneret.

Tertia; quia Beneficia juris Patronatûs Regii, & creata ex fructibus Matricis ejuſdem Patronatus, ſunt impræſcriptibilia, quanvis plures dentur actus proviſionis per Sedem Apoſtolicam in contrarium; præſumuntur enim facti mala fide, ut declaratum eſt per *Diploma Regium* anni 1617. de quo ſupra *Reſolut.* 30. *n.* 5. ibi: *E que com má fé ſe trazem uſurpados, &c.* & ita judicatum per Sententias in actis exhibitas à fol. 167. ibi: *Por ſerem poſſuidores de má fé, &c.* 17

Quare *Procurator Coronæ* actionem ſpolii intentavit contra intruſos, dicta Beneficia impetrantes per reſignationem, quin Regis, & Donatariorum Coronæ licentia præcederet, & in effectu à Beneficiis fuerunt excluſi per plures Sententias Coronæ in actis exhibitas, inter quos fuit *Cuſtodius Birranus*, qui per reſignationem ſimplex Beneficium *S. Mariæ de Cintra* Patronatûs Regii impetravit, non obtenta licentia Prioris, & in conteſtatione allegavit dictum Beneficium ſemper proviſum fuiſſe per reſignationes in manibus Sanctiſſimi per decurſum 200. annorum, & ultra, per quatuor actus ſucceſſivos, & continuatos, & effectum ſortitos, & ſe pacificè illud per 17. annos poſſediſſe ad conſpectum Prioris, & Donatariorum Coronæ, prout probavit, 18

bavit, & conſtabat ex actis appenſis; & nihilominus, hoc non obſtante, fuit excluſus, prout conſtat ex Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 37. *num.* 37.

19 Idem etiam judicatum contra *Michaelem ab Angelis*, *Franciſcum Cabral*, & *Antonium Velloſo*, & plures alios impetrantes ſimilia Beneficia per reſignationem, quin dicta licentia præcederet, prout in actis probatum erat, & omnes excluſi fuerunt; ſimiles enim reſignationes ſunt valdè præjudiciales Coronæ: ex Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 10. *num.* 3. *& num.* 7. *verſ. Advertendum*, quia cum clandeſtinæ fiant, non obtenta prædicta licentia, Patronatus Coronæ, & Donatariorum, ejus amittuntur, & addit idem Cabed. *num.* 8. ſe tanquam *Procuratorem Coronæ* Sententiam obtinuiſſe ſuper quadam Eccleſia magni valoris per ſimiles reſignationes Coronæ uſurpatam, non obſtante, quòd Prælatus allegavit, ſe eſſe in poſſeſſione, & anteceſſores ſuos eam providendi per reſignationes, per 100. annos, & ultra; & idem reſolvit Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 145.

20 Quarta; quia Beneficia Patronatûs Regii, & ſæcularis non alterantur, nec amittuntur per proviſiones Apoſtolicas, quanvis multiplicatas, nec ob hoc præſumuntur Beneficia liberæ collationis, nec auſertur Coronæ, & ejus Donatariis quaſi poſſeſſio, in qua erant præſentandi, quæ toto illo tempore cenſetur dormire; ita pluribus relatis Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 5. *à num.* 118. ubi plures Rotæ Deciſiones refert, *& cap.* 9. *n.* 96. Vivian. *in Prax. Jur. Patron. deciſ.* 29. *n.* 4. Mantic. *deciſ.* 86. *num.* 2. Farinat. 2. *part. deciſ.* 482. *num.* 1. *in fin.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 4. *à num.* 8. *& deciſ.* 87. *num.* 15. Salgad. *dict. Cap.* 10. *n.* 27. ubi plures Rotæ Deciſiones refert.

21 Ex quo fluit, quòd vacantibus dictis Beneficiis poſt proviſiones Apoſtolicas, & Ordinarias per mortem, aut reſignationem, poſſunt Donatarii Coronæ in eis præſentare, & ſe opponere contra novos proviſos, & *Procurator Coronæ*, & omnia remedia poſſeſſoria intentare, non obſtante quocunque temporis decurſu, quanvis immemorabili: ex Phœb. 2. *part. deciſ.* 213. *n.* 15. ubi ita dicit judicatum in favorem Coronæ, *& num.* 21. *&* 22. ubi dicit omnes proviſiones in contrarium præſumi fuiſſe factas mala fide: Cabed. *ubi ſupra num.* 17. *& cap.* 9. *num.* 4. *&* 6. Valaſc. *de Jure Emphyteut. q.* 9. *n.* 26. *ad fin.* & ita judicatum in Eccleſia de *Agrobom*, ut per eundem Cabed. *de Patron. Areſt.* 5. *pag.* 234. *in principio*, ibi:

> *Porque poſto, que ſe prove, que os Arcebiſpos algumas vezes collaraõ por renunciaçoens, que os Abbades fizeraõ em ſuas mãos, ſem intervirem preſentaçoens dos ditos Reys; nem por iſſo elles perderaõ a poſſe do direito, que tinhaõ do Padroado, poſto que perdeſſem por aquellas vezes o direito de preſentar, e podiaõ depois uſar da poſſe de ſeu Padroado, e preſentar, quando acontece a dita Igreja vagar, como o dito Senhor ora fez, &c.*

Ergo quanvis dictum Beneficium per illas tres vices provideretur à Sede Apoſtolica per viam reſignationis, per hoc non ablatum cenſetur jus competens Monaſterio ad hanc ultimam proviſionem impugnandam, prout contigit in caſu *Cuſtodii Birrani*, cujus Beneficium proviſum fuit per Sedem Apoſtolicam per quatuor vices continuatas, & tandem fuit excluſus, & alii, de quibus ſupra *à n.* 18. Sufficiebat enim poſſeſſio antecedens, ut Monaſterium manuteneretur, quod ſe obtulit probaturum *Emmanuelem da Fonſeca*, qui primò reſignavit in favorem *Joannis Rodri-* 22

gues,

gues, fuiſſe proviſum per Monaſterium, prout fuerunt cæteri Beneficiati, de quibus ſupra in principio; quia omnes proviſiones fuerunt ſortitæ effectum, prout habuerunt dictæ ultimæ proviſiones, & præſentationes Monaſterii, & ſic præſumendum fuiſſe omnes alias antecedentes: ex *Bartholo* cum aliis per Phœb. 2. *part. deciſ.* 213. *n.* 19. *&* 20. Maximè quando Monaſterium habet titulum à tempore Regis *Dionyſii*: ex Surd. *Conſil.* 135. *num.* 8. *& Conſil.* 429. *n.* 40. Cancer. 3. *part. cap.* 13. *n.* 145. & talis præſumitur poſſeſſio, qualis eſt titulus antecedens.

23 Quinta; quia per *Decreta*, & *Diplomata Regia* in actis exhibita juſſit Rex Judices ſuæ Coronæ procedere ad deſnaturalizationem contra ſimiles impetrantes, & contra Regni privilegia: ex Ordinat. Reg. *lib.* 2. *tit.* 15. & ſic Reus erat excludendus, & deſnaturalizandus, nè aliàs dicta *Decreta Regia*, *Ordinatio*, & Chartæ expeditæ per Judices Coronæ cum pœnis relatis illuſoriæ remanerent, de quibus *ſupra num.* 16.

24 Sexta; quia Regula *Capitis*, *Conſultationibus*, *de Jure Patronat.* quæ viſa eſt præſtare occaſionem fundamento Sententiæ, non procedit in Beneficiis Patronatûs Regii, & habet limitationes, & declarationes, de quibus ſupra *Reſolut.* 36. *à num.* 2. quæ omnes allegatæ, & expenſæ fuerunt in hoc caſu.

25. Septima; quia Monaſterium habebat duas Sententias in proprietate, quæ tranſiverant in rem judicatam contra *Procuratorem Fiſcalem* Epiſcopatus Lamecenſis legitimum contradictorem in favorem Coronæ, & Monaſterii, quas in actis exhibuit, per quas extincti fuerunt omnes actus poſſeſſorii Sedis Apoſtolicæ: DD. per text. *in Cap. Cum dilectus*, *de Cauſ. poſſeſſ.* Abbas *in dict. Cap. Conſultationibus*, *n.* 9. *verſ. Quod ego intelligerem*, *de Jur. Patron.* Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 5. *à n.* 45. ubi plures DD. & Rotæ Deciſiones refert Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 50. *ad fin.* Themud. 2. *p. deciſ.* 117. *num.* 14. *in fin.*

Contra hoc inevitabile fundamentum, nihil Patronus adverſus reſpondit, nec in primis, nec in ſecundis rationibus, in quo viſus fuit illud confiteri: ex Surd. *Conſil.* 202. *num.* 39. Si ergo in Judicio Eccleſiaſtico judicatum eſt in favorem Coronæ, & Monaſterii ejus Donatarii per dictas Sententias in rem judicatam tranſactas, non poterant, nec debebant Judices Coronæ contra eam judicare. 26

Octava; quia lata Sententia in proprietate ad favorem Priorum, Rectorum, aut Monaſteriorum Donatariorum Coronæ ſuper aliquibus Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum, hæc Sententia facit jus quo ad omnia Beneficia earundem Eccleſiarum: ita pluribus relatis Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 126. *n.* 337. quia eſt jus regale æqualiter omnia comprehendens, quia in omnibus eadem ratio concurrit: ex *Cap. In cauſis*, *de Re judic.* Covar. *Pract. cap.* 13. *num.* 5. Barboſ. *de Canonicis*, *cap.* 13. *num.* 38. *& in cap. Cum ſuper*, *num.* 18. *de Re judicat.* Maximè quando in eadem Sententia omnia Beneficia expreſſé comprehenduntur; prout conſtat ex Sententia, de qua *ſupra num.* 7. ibi: *Julgo pertencer a apreſentaçaõ do dito Beneficio, e os mais da dita Igreja ao Dom Abbade, e mais Religioſos do dito Convento, &c.* Et comprehendit omnes modos vacationis, tam per mortem, quàm per reſignationem; ut pluribus relatis Barboſ. *ad Rubr. Nè Sede vacante*, *num.* 5. 27

Nec neceſſarium eſt, quod ſemel juſtificato jure Patronatus coram Ordinario in proprietate, Patronus iterum de jure ſuo doceat in vacationibus aliorum. Beneficiorum 28

neficiorum ejuſdem Eccleſiæ: ex Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 49. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 18. *num.* 23. 26. 29. *&* 30. Farinat. *tom.* 1. *deciſ.* 413. *num.* 1. Riccius *part.* 1. *deciſ.* 21. *num.* 1. *& in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 153. *num.* 48. ubi ita dicit judicatum in Sacra Congregatione: Vivian. *de Jure Patron. lib.* 11. *cap.* 5. *à n.* 3. Reinoſ. *obſerv.* 66. *num.* 25. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 7. *à num.* 28.

29 Jus enim Patronatus probatur per Sententias Ordinariorum: ex Barboſ. *dict. alleg.* 72. *num.* 49. Vivian. *dict. cap.* 5. *num.* 24. 61. *&* 62. *& in Praxi deciſ.* 61. *& deciſ.* 213. *n.* 17. ubi ſic teſtatur judicatum in Rota Farinat. 2. *part. deciſ.* 674. *num.* 4. Ventrigl. *in Prax. annot.* 1. §. 2. *à num.* 9. Ergo probata ſic proprietate juris Patronatus per dictas Sententias non poterat reſervari in Sententia impedita Monaſterio jus ad agendum de proprietate; erat enim probatum per dictas Sententias, & ſic fuit ſuperflua, & fruſtratoria reſervatio.

30 Nona; quia in terminis meri poſſeſſorii (ut in præſenti) ita ſæpius judicatum eſt per inſigniores Judices Coronæ in favorem illius, & Donatariorum ejus in exemplis in actis exhibitis, ſicque idem eſſe in hoc caſu identico judicandum: ex *Cap. In cauſis, de Re judic. L. Filius, ff. ad Leg. Cornel. de Falſis*, ibi: *Sic enim inveni Senatum cenſuiſſe*; cum aliis relatis *Reſolut.* 80. *num.* 48. *&* 49. Quare Sententia impedita erat revocanda, quia lata contra ſtylum Supremi Tribunalis, cujus Sententiæ faciunt jus ad ſimiles cauſas decidendas: ex dictis ſupr. *Reſol.* 80. *num.* 49. *&* 50.

31 Contra ſupra dicta ex adverſo aliquæ fuerunt oblatæ frivolæ rationes, quæ reſponſione non indigent, quarum fortior fuit, quòd dicta Eccleſia *S. Petri de Tarouca* fuerat donata Monaſterio, titulo permutationis, pro Eccleſia de *Fortearcada*, & ob hanc rationem manſiſſe de Patronatu Eccleſiaſtico: ex text. *in Cap. unico, de Jur. Patronat. in* 6. quam reſponſionem corroborat, ex reſolutis per nos, *Reſolut.* 41. *à n.* 5. *& à n.* 23.

Sed convincitur ex eo, quia dicta Eccleſia primævam naturam Patronatûs Regii in capite, & in membris conſervavit, non ſolum per ſpatium quadraginta annorum, per quod regulatur natura Beneficiorum: ex text. *in Cap. Cum de Beneficio* 5. *de Præbend. in* 6. & pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 5. *&* 8. Cald. *de Renovat. q.* 15. *n.* 20. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 203. *n.* 5. Garc. *de Benef. part.* 7. *cap.* 10. *n.* 35. ubi plures Rotæ Deciſiones refert; ſed etiam à tempore immemorabili, prout latè probatum eſt in actis per plures teſtes. 32

Sed non obſtantibus prædictis rationibus, non ſine ſcandalo, & peritorum hominum admiratione impedimenta rejecta fuerunt per Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ ſuper impedimentis.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Sem embargo dos Embargos, que naõ recebem por ſua materia, e Autos, cumpra-ſe o Acordaõ embargado, e paguem os Embargantes os embargos. Lisboa, 21. *de Abril de* 1663. Delgado. Portugal. Abreu. 33

RE-

RESOLUT. LXXXII.

An Beneficia juris Patronatus magni Prioris Cratenſis, & aliorum Commendatorum Regni Portugalliæ ſortiantur naturam bonorum Coronæ, aut comprehendantur in Regulis reſervatoriis Chancellariæ?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries uſque ad num.* 4.
5 *Sententia Coronæ, in qua aggravanti delatum non fuit.*
6 *Exceptio aggravantis contra Sententiam.*
7 *Fuit admiſſa.*
8 *Sententia revocatoria primæ.*
9 *Exceptio Procuratoris Fiſcalis Mirandenſis contra ſecundam Sententiam.*
10 *Epiſtola Regis aſſerentis Eccleſiam* de Cercio *non eſſe juris Patronatûs Regii.*
11 *Regis aſſertioni credendum eſt, quando informatus de facti veritate aliquid affirmat.*
12 *Beneficia juris Patronatus Religionis Jeroſolymitanæ comprehenduntur in regulis Chancellariæ, & ſunt Patronatûs Eccleſiaſtici, & num.* 13.
14 *Proviſiones in vacationibus Beneficii contentionis uſque ad num.* 18.
19 *Beneficia Religionis Militenſium non comprehenduntur in regulis reſervatoriis juxta aliquorum Sententiam, quin de illis fiat ſpecialis mentio.*
Ibi. *Privilegia Militarium, potius parta ſanguine, quàm donata, cenſentur.*
20 *Poſſeſſio immemorabilis per ſe eſt ſufficiens, ut pro titulo habeatur.*
21 *Qui jure ſuo utitur nemini facit vim, nec injuriam.*
22 *Beneficia regularia Ordinum Militarium comprehenduntur in Regulis Chancellariæ, & num.* 23.
23 *Providentur per concurſum.*
24 *Non ſunt excepta à Regulis Chancellariæ.*
25 *Non obſtat Bulla* Pii IV. *quia Concilium Tridentinum eſt poſterius.*
23 *Papa* Alexander VII. *confirmavit privilegia Religionis Militenſis exceptis caſibus, in quibus offendebant diſpoſitionem* Concilii Tridentini, *& Conſtitutiones Apoſtolicas, & in quibus fieret ſpecialis mentio Religionis, & n.* 27.
27 *Decreta* Concilii Tridentini *non revocantur per clauſulas generales, quin de eis fiat ſpecialis, & expreſſa mentio.*
28 *Beneficia Religionis Militenſis ſunt in triplici differentia.*
29 *Beneficia, in quibus Religio Jeroſolymitana habet merum jus præſentandi, reputantur merè ſæcularia, & providentur per concurſum, & comprehenduntur in Regulis reſervatoriis.*
30 *Præſentatio Beneficii ſæcularis poteſt pertinere ad Religionem, ſed non ideo dicitur regulare; & ſi provideatur in Clericis Regularibus, eſt proviſio nulla.*
31 *Exempla Eccleſiæ* S. Mametis de Arcuſello *Bracharenſis Diœceſis.*
33 *Sententia Palatii ſuper eâdem Eccleſia.*
34 *Aliud exemplum Eccleſiæ* S. Salvatoris de Figueiras *Portuenſis.*
35 *Sententia Vicarii Generalis ſuper eâdem Eccleſiâ.*
36 *Si Beneficia Religionis Militenſis ſint ſolita provideri in Clericis Regularibus, vel ſint manualia; tunc non ſunt reſervata, nec providentur per concurſum, & ita declaratum in Sacra Congregatione, & num.* 37.
38 *De his Beneficiis Regularibus intelliguntur Brevia Religionis, & Regula quod Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & Regularia Regularibus conferentur.*

39 *Beneficium contentionis ſemper fuit gubernatum, per Clericos ſæculares.*
40 *Actor defecit in probatione.*
Ibi. *In actibus negativis poſſeſſio non acquiritur, niſi mediante actu contradictorio, cum quo pars acquieſcat.*
42 *Sententia revocatoria ſecundæ, de qua ſupra num.* 8.

VAcante Abbatia *S. Leucadiæ de Cercio, de duabus Eccleſiis*, Epiſcopatus Mirandenſis 18. menſis Auguſti 1658. per mortem Abbatis *Gaſparis de Sà* illius ultimi, & immediati poſſeſſoris, Capitulum Mirandenſe eam poſuit in concurſu: ex Concilio Tridentino *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reform.* & in illo fuit electus *Jeronymus de Campos da Gama.*

1 Poſtea comparuit coram Capitulo *Emmanuel de Madureira de Souſa* cum præſentatione Commendatoris de *Alguoſo*, Fratris *Antonii Pereira Brandaõ*, qui eum ad dictam Eccleſiam præſentavit, aſſerens jus Patronatus in ſolidum ad ſuam Commendam Ordinis S. Joannis Hoſpitalis Jeruſalem pertinere.

2 Præſentata dicta præſentatione dicto Capitulo, ut illius virtute eum in dicta Eccleſia inſtitueret, eam remiſit Vicario Generali, qui juſſit præſentatum juſtificare Patronatum in forma Concilii Tridentin. *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reform.* propter quod duas præſentationes exhibuit, unam Eminentiſſimi Cardinalis *Alberti* Adminiſtratoris *Prioratus Cratenſis*, & alteram Infantis *D. Ferdinandi*, Prioris Cratenſis; contra quas *Promotor Fiſcalis* illius Epiſcopatûs exceptionem oppoſuit: Ordinarios illius Epiſcopatus eſſe in pacifica poſſeſſione providendi per concurſum illam Eccleſiam, quando vacabat in 8. menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, allegando plures proviſiones.

3 Vicarius Generalis, juſſit quod ante omnia dictus *Promotor* ſuam allegationem juſtificaret ad faciliorem cauſæ deciſionem, à qua interlocutoria dictus *Emmanuel* gravamen interpoſuit ad *Judicium Coronæ* Domûs Supplicationis, eo nixus fundamento, quòd Reges hujus Regni donationem fecerunt juris Patronatus illius Eccleſiæ, & aliarum Religioni *S. Joannis* dicti *Hoſpitalis*, quæ erat in poſſeſſione præſentandi, & non poſſe ſibi collationem denegari.

Contra hanc allegationem oppoſuit Promotor Fiſcalis de tali donatione non conſtare, nec dictam Eccleſiam eſſe, nec fuiſſe de Patronatu Regio: quare cognitio gravaminis non pertinebat ad Judicium Coronæ *Supplicationis*, ſed *Portuenſis*, in cujus diſtrictu erat Eccleſia, & Epiſcopatus Mirandenſis: ex Ordination. Reg. *lib.* 1. *tit.* 37. *& tit.* 40. *in princip.* Tandem delato gravamine ad Judicium *Coronæ Supplicationis*, & allegatis ex utraque parte rationibus, finali Sententia aggravanti fuit proviſio denegata, prout ex ea conſtat tenoris ſequentis. 4

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Naõ daõ provimento ao Supplicante, viſtos os Autos. Lisboa, 8. *de Mayo de* 1659. Luiz Fernandes Teixeira. Joaõ Cabral de Barros. Mattheus Mouſinho. *Fuy preſente.* Antonio Pereira de Souſa. 5

Contra hanc Sententiam dictus præſentatus exceptionem oppoſuit, dictam Eccleſiam eſſe de Patronatu *Religionis Jeroſolymitanæ*, quæ erat in poſſeſſione præſentandi per *Priores*, & Adminiſtratores *Prioratus Cratenſis*, qui erant in poſſeſſione præſentandi; & habebant pro ſe ultimum Eccleſiæ ſtatum, quin intraret in Regulis reſervatoriis, ſecundùm 6

cundùm Statuta, & privilegia Ordinis per Summos Pontifices ei conceſſa, nec in ejus vacatione habere locum diſpoſitionem *Concilii Tridentini*, & præſentationem (quocunque tempore Eccleſia vacaret) ad Religionem pertinere, quia erat de Patronatu Regio Religioni conceſſo.

7 Hæc exceptio admiſſa fuit, & finali Sententia fuit habita pro probata, & revocata prima Sententia, & eodem contextu præſentato aggravanti proviſum fuit in gravamine, prout conſtat ex Sententia ſequenti.

Sententia Coronæ.

8 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Julgaõ os embargos do Aggravante, e Procurador da Coroa recebidos (que o Promotor da Mitra do Biſpado de Miranda contrariou) pôr provados, e revogaõ o Acordaõ embargado, viſtos os Autos, e a prova, que mais accreſceo com os ditos embargos. E deferindo ao aggravo, viſtos os Autos, inſtrumento de aggravo, que o Padre Manoel de Madureira de Souſa (a quem aſſiſte o Procurador da Coroa) tirou do Vigario Geral do Biſpado de Miranda, ſua repoſta, mais documentos dados em prova, aſſim diante do dito Vigario Geral, como aos embargos, com que o Aggravante, e Procurador da Coroa vieraõ ao primeiro Acordaõ. Moſtra-ſe, que a Igreja de Santa Leucadia de Cercio, e ſuas annexas, de que ſe trata, ſaõ do Padroado da Religiaõ de S. Joaõ do Hoſpital de Jeruſalem* in ſolidum, *e ſeus apreſentados pelos Priores do Crato foraõ inſtituidos pelos Biſpos Ordinarios de Miranda, ſortindo ſuas apreſentaçoens effeito; e ultimamente em o Padre Gaſpar de Sà; e por elle falecer, o Commendador da Commenda de Alguoſo, Frey Antonio Pereira Brandaõ, Cavalleiro da dita Religiaõ, apreſentou ao Aggravante o Padre Manoel de Madureira de Souſa: por quanto conforme aos Indultos Apoſtolicos, e Eſtatutos da dita Religiaõ, a apreſentaçaõ das Igrejas, que ſaõ de ſuas Commendas, pertence aos Commendadores actuaes providos nas ditas Commendas, e ſómente pertence ao Recebedor, e Procurador Geral da dita Religiaõ, quando as Commendas eſtaõ vagas em dous annos, como ſe vè das Certidoens fol. 62. & 64. do Adminiſtrador do dito Priorado do Crato, e Secretarios da dita Religiaõ neſte Reino; o que eſtando aſſi provado, e naõ moſtrando o Procurador da Mitra, que a dita Igreja he livre, para ſe poder pôr em concurſo na fórma do Sagrado Concilio Tridentino; nem outro ſy ſe provar, que a dita Igreja vagaſſe em mez de reſerva, faz o dito Proviſor notoria força, e violencia ao Aggravante apreſentado pelo Padroeiro, privando ao dito Padroeiro, e ſua Religiaõ da poſſe, em que por ella eſtà, naõ ſó pelas preſentaçoens antecedentes, que ſortiraõ effeito; mas pela ultima, pela qual foy apreſentado o Padre* Gaſpar de Sà, *que em virtude da dita apreſentaçaõ foy inſtituido, e collado pelo Ordinario de Miranda, do qual ultimo eſtado naõ podia o Padroeiro ſer privado, nem de ſua poſſe, ſem primeiro ſer convencido, e ouvido em Juizo Ordinario plenariamente; à qual notoria força, e oppreſſaõ tem o dito Senhor obrigaçaõ de acudir, livrando a ſeus Vaſſallos como Rey, e Senhor. Pelo que mandaõ ſe paſſe Carta para o dito Vigario Geral, porque o dito Senhor lhe roga, e encommenda deſiſta da dita força, e oppreſſaõ, e admitta ao dito Aggravante apreſentado, e naõ ponha a dita Igreja em concurſo, e tendo-o feito, o revogue, admittindo ao Aggravante a exame na fórma do Sagrado Concilio, como em Igreja do Padroado; e naõ o fazendo aſſi (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, mandados, nem procedimentos, nem evitem ao Aggravante, nem lhe levem pena de excommungado. Lisboa,*

boa, 14. *de Outubro de* 1656. Teixeira. Cabral. Mouſinho.

9 Expedita hac Sententia per Chancellariam, *Promotor Fiſcalis Mirandenſis* in illius executione oppoſuit dictam Eccleſiam non eſſe juris *Patronatus Regii*, ſed magni *Prioris Cratenſis* Religionis *Jeroſolymitanæ*, prout ſcripſit Rex Epiſcopo Mirandenſi in Epiſtola ſequenti.

Epiſtola Regis ad Epiſcopum Mirandenſem.

10 *Reverendo Biſpo amigo: Eu ElRey vos envio muito ſaudar. Eu fuy ora informado, que tomando o meu Corregedor deſſa Comarca poſſe do Padroado da Igreja do Lugar das Duas Igrejas deſſa Dioceſi, por ſe entender, que me pertencia, o voſſo Vigario Geral o cenſurou, e excommungou por iſſo ſem embargo de lhe dizer o Corregedor, que era coſtume, e eſtylo antigo tomarem-ſe ſemelhantes poſſes por parte da Coroa; e porque o dito Vigario Geral errou niſto, e naõ devera excommungar o meu Corregedor por tomar a dita poſſe, pois ſe coſtumaõ tomar quando ſe entende, que as Igrejas ſaõ de meu Padroado: encommendo-vos, que o reprehendaes do que fez, e que levanteis as Cenſuras ao Corregedor; e eu lhe eſcrevo a elle deſiſta da dita poſſe, porque fuy informado, que o Padroado della he da Ordem de S. Joaõ do Hoſpital de Jeruſalem, e que pertence ao Cardeal Archiduque meu ſobrinho, e Irmaõ, por razaõ do Priorado do Crato. Eſcrita em Aranjoes, a* 25. *de Abril de* 1594. Rey.

11 Hæc Epiſtola facit plenam probationem: quando enim Rex ex proprio motu informatus de facti veritate aliquid aſſerit abſque dubio, illius aſſertione ſtandum eſt, etiam in præjudicium tertii: ex Menoch. *Conſil.* 100. *num.* 24. plures per Salgad. *de Protection. Reg. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 27. *&* 3. *p. cap.* 10. *n.* 166. *& n.* 167. ubi dicit hanc eſſe communem opinionem: faciunt dicta ſupra *Reſol.* 5. *num.* 19. *&* *Reſol.* 79. *num.* 5. *&* 6.

Secundò, quia *Prior Cratenſis* eſt Patronus Eccleſiaſticus, & Beneficia ſui Patronatûs comprehenduntur in *Regulis reſervatoriis Chancellariæ*, quæ comprehendunt omnia Beneficia, qualitercunque qualificata, & ubicunque exiſtentia; non obſtantibus privilegiis, & indultis Apoſtolicis, conceſſis quibuſvis perſonis cujuſcunque Dignitatis, Status, Gradus, Ordinis, & conditionis, prout refertur in *Regula* 8. *Chancellariæ*; hi enim Patroni Eccleſiaſtici ſolùm præſentant in Beneficiis ſui Patronatûs vacantibus in menſibus *Martii*, *Junii*, *Septembris*, *&* *Decembris*: ſi enim vacaverint in aliis octo menſibus, ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ per eandem *Regulam* 8. habentem decretum irritans, & providentur per concurſum; juxta Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 8. *de Reformat.* 12

Quare, vacante dicta Eccleſia in menſe Aprilis 1595. per mortem *Ægidii Fernandes*, quanvis Cardinalis *Archidux Albertus* eo tempore Adminiſtrator *Prioratus Cratenſis*, in ea præſentavit, ejus præſentatio non habuit effectum; quia cum ille menſis vacationis eſſet Sedi Apoſtolicæ reſervatus, Summus Pontifex *Clemens VIII.* eam contulit *Emmanueli de Arces*, qui literas Apoſtolicas proviſionis impetravit, quarum virtute collatus fuit, & in collatione, in actis reperta appenſo B. fol. 14. in fine dicitur, ibi: *E a dita Igreja ſer do Padroado Eccleſiaſtico da Ordem de S. Joaõ de Jeruſalem, e ſer affecta a Sua Santidade por vagar em mez Apoſtolico, &c.* & virtute dictæ proviſionis Apoſtolicæ immiſſus fuit in illius poſſeſſionem die 8. Januarii 1596. 13

Vacante dicta Eccleſia in menſe 14
Sep-

Septembris 1598. per mortem dicti *Emmanuelis*, idem Summus Pontifex eam contulit *Franciſco Sanches de Caſtilho* in menſe Martio 1599. & virtute dictæ proviſionis fuit immiſſus in poſſeſſionem, & in ea continuavit uſque ad menſem Novembris 1605. in quo mortuus eſt.

15 Per mortem dicti *Franciſci* proviſa fuit per concurſum, quem Epiſcopus Mirandenſis *D. Didacus à Souſa* judicavit *Nicolao de Faria*, & Summus Pontifex *Paulus V.* eum confirmavit anno 1606. & expeditis Bullis immiſſus fuit in poſſeſſionem 6. Auguſti 1607.

16 Vacante iterum Eccleſia per mortem dicti *Nicolai* in menſe Auguſto 1615. iterum proviſa fuit per concurſum, in quo fuit electus *Emmanuel Camello*, quem Summus Pontifex *Paulus V.* confirmavit, & virtute Bullarum Apoſtolicarum immiſſus fuit in poſſeſſionem die octavo Novembris 1617.

17 Vacante iterum in menſe Martio 1627. per mortem dicti *Emmanuelis*, Cardinalis Infans *D. Ferdinandus*, eo tempore *Prior Cratenſis*, præſentavit in ea *Gaſparem de Sà*, & quia menſis erat ſuæ præſentationis, fuit inſtitutus per Ordinarium, & immiſſus in poſſeſſione; quæ omnia conſtant ex documentis productis in appenſo B. & appenſo AA.

18 Tandem vacante dicta Eccleſia per mortem dicti *Gaſparis de Sà*; die 18. Auguſti 1658. Capitulum Mirandenſe eam poſuit in concurſu, quia vacaverat in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, & in eo fuit electus *Hieronymus de Campos da Gama*, & ex hac proviſione reſultavit prædicta controverſia mota per dictum Commendatorem de *Algoſo*.

19 Eo nixus fundamento Beneficia Religionis *Hieroſolymitanæ S. Joannis* non eſſe Sedi Apoſtolicæ reſervata, immò excepta per Bullam *Pii IV.* nec in generali reſervatione comprehendi Beneficia Regularia, & Militaria, quin de eis fieret ſpecialis mentio: ex Regula text. *in Clement. Quia contingit, de Religioſ. domibus* cum relatis à Gonzal. *de Regul.* 8. *Chancel. Gloſſ.* 8. *à n.* 2. qui uſque ad *num.* 11. refert fundamenta in favorem Regularium, & Religionis: Pariſ. *lib.* 4. *Conſil.* 36. *num.* 17. Joannes Franciſcus Lec. *in Tract. de Theſauro fori Eccleſiaſtici*, *cap.* 3. *à num.* 79. Et ex eo, quia privilegia Militarium potius parta ſanguine pro Fidei defenſione, quàm donata cenſeri: Gabr. Pereir. *de Man. Reg.* 2. *part. cap.* 58. *num.* 8. & ſic nec poſſe revocari, nec in Regulis Chancellariæ comprehendi.

20 Sed in favorem Regulæ Chancellariæ, & Ordinarii fortiores extant rationes in jure, & in facto.

In facto, quia Ordinarius eſt in poſſeſſione pacifica providendi Beneficium per concurſum à tempore immemorabili, quando vacabat, in octo menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis per eandem *Regulam* 8. prout conſtat de proviſionibus, de quibus ſupra; quod etiam *Promotor Fiſcalis* per plures teſtes comprobavit de tali poſſeſſione diſponentes, & ſic ita vidiſſe, & à maioribus audiviſſe, quæ poſſeſſio per ſe (quanvis aliàs non daretur dicta *Regula* 8. nec diſpoſitio Concilii Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 18. non extaret) erat ſufficiens, ut pro titulo legitimo haberetur ad ſic providendum: ex text. *in Cap. Super quibuſquam*, §. *Præterea*, *de Verbor. Significat.* Ordinat. Reg. *lib.* 1. *tit.* 62. §. 51. Riccius *in Prax. aur. Reſol.* 321. *num.* 4. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. Valaſc. *Conſult.* 141. *num.* 6. Gabr. Pereir. *deciſ.* 52. *n.* 6. Phœb. 2. *part. deciſ.* 163. *n.* 4. Reinoſ. *obſerv.* 65. *per totam.*

Qua-

Digitized by Google

21 Quare cum Capitulum Mirandenſe jure ſuo, & poſſeſſione providendi utebatur, nullum gravamen intulit in tali proviſione, quia Beneficium vacaverat in menſe Auguſto Sedi Apoſtolicæ reſervato; qui enim jure ſuo utitur, & jure permittente, nemini vim facit, nec injuriam: ex *L. Factum* 197. *verſ. Non videtur*, *ff. de Reg. jur. cap. Cum Eccleſia Vulterana*, *de Electione*. Surd. *Conſil.* 323. *num.* 42. *& Conſil.* 473. *num.* 25.

22 In jure: quia dicta *Regula* 8. comprehendit omnia Beneficia, etiam quorunvis Ordinum Regularium, quanvis de Regularibus expreſſa mentio non fieret; ita validiſſimis comprobat rationibus ex profeſſo Gonzal. *dict. Gloſſ.* 8. *à num.* 12. *uſque à num.* 18. *& num.* 19. reſpondet fundamentis opinionis negativæ, quæ retulit *à num.* 2. *uſque ad num.* 11. Et agens de altera quæſtione *à n.* 53. an in eadem Regula comprehendantur Beneficia Regularia Ordinum Militarium, quanvis *à num.* 54. referat fundamenta opinionis negativæ, *uſque ad n.* 60. nihilominus *à n.* 61. *uſque ad n.* 70. refert, & ſequitur fundamenta opinionis affirmativæ, quam ſequuntur plures relati à Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 1. *num.* 512. *& num.* 513. quanvis in fine ſe inclinet opinioni contrariæ, & ita judicatum in *Sacra Congregatione*, & declaratum in favorem Sereniſſimi *Regis Portugalliæ* Adminiſtratoris perpetui Ordinum Militiarum *Jeſu Chriſti*, *S. Jacobi*, *& Avis* circa Beneficia Parochialia ejuſdem Ordinis, quam refert Garc. *de Benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 263. ibi:

> Quinta dubitatio eſt, ex *Cap.* 18. *ſeſſ.* 24. ubi agitur de modo providendi, ſeu diſponendi de Parochialibus Eccleſiis juris Patronatus Eccleſiaſtici, quemadmodum Sereniſſimus Rex prætendit, ex his, quæ fuerunt dicta in informatione, non debere obſervari in Eccleſiis pertinentibus ad illius præſentationem, ratione Magiſtratuum Militiarum Ordinariis contrarium aſſerentibus. Congregatio cenſuit, immo debere obſervari, & in iſtis, nam iſtud jus Patronatus eſt Eccleſiaſticum, ut diximus ſupra 5. *part. cap.* 1. *n.* 515.

Cujus declarationis facit etiam mentionem Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 304.

Ratio eſt: quia omnia Beneficia Patronatus Eccleſiaſtici comprehenduntur in dicta *Regula* 8. & providentur per concurſum in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis: ex Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *dict. cap.* 18. *de Reform.* ita pluribus relatis Gonzal. *Gloſſ.* 6. *à num.* 111. & ita declaravit *Sacra Congregatio*, de qua idem Gonzal. *ubi prox. num.* 112. Garc. *de Benef. p.* 9. *cap.* 2. *à n.* 153. ubi *num.* 154. eaſdem refert declarationes, *&* 5. *part. cap.* 1. *n.* 507. Barboſ. *in Collect. ad Trid. d. cap.* 18. *à n.* 126. 23

Planè *Commendatores Militenſes* ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & verè, & propriè Religioſi: DD. per text. *in Cap. Cum & plantaret*, *de Privilegiis*. Gratian. *Forenſ. Cap.* 363. *à num.* 22. Phœb. 2. *part. deciſ.* 171. *à n.* 18. & tanquam Patroni Eccleſiaſtici habent tantum quatuor menſes in Beneficiis ſui Patronatus, per dictam *Regulam* 8. prout etiam diximus *Reſolut.* 12. *num.* 3. Ergo dicta Beneficia juris Patronatus Militiarum in eâdem Regulâ comprehenduntur; nullum enim privilegium expreſſum pro parte Religionis exhibetur, ut Beneficia ſæcularia Patronatus Religionis, & Militiarum non comprehendantur in Regulis reſervatoriis, & diſpoſitionibus Concilii Tridentini *dict. Cap.* 18. Ergo ſemper Regulæ ſtandum eſt, quatenus contrarium expreſſé non cavetur, ut eleganter Gonz. *d. Gloſ.* 8. *à n.* 69. 24

Nec obſtat Bulla *Pii IV.* per 25

quam

Digitized by Google

quam adverſarius contendit Beneficia Parochialia Patronatus Religionis *Hoſpitalis Hieroſolymitani* non eſſe reſervata, nec providenda per concurſum, quia hæc Bulla expedita fuit anno 1560. & Concilium Tridentinum *dict. Cap.* 18. fuit poſtea publicatum anno 1563. cujus virtute omnia Beneficia Parochialia Religionis, & Regularium providenda ſunt per concurſum; poſteriora enim derogant prioribus: ex *L. Sed & poſteriores*, *ff. de Legib.*

26 Quare Summus Pontifex *Alexander VII.* in Bulla confirmativa privilegiorum Religionis *Hieroſolymitanæ* expedita 28. Auguſti anni 1655. oblata per adverſarium; quanvis ex poteſtatis plenitudine ea confirmaret, nihilominus excepit ea, quæ offenderent diſpoſitionem *Concilii Tridentini*, & *Conſtitutiones Apoſtolicas*, etiam eas, in quibus ſpecialis mentio fieret Religionis; prout conſtat ex eadem Bulla in appenſo AA. *fol.* 44. *in princip.* ibi:

Exceptis tamen Decretis ejuſdem Concilii Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non aliis, in quibus ſpecificè eadem Religio exprimitur, & comprehendi diſponitur, quæ in ſuo robore, & efficatia permaneant, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, &c.

27 Noluit enim Summus Pontifex confirmare illa privilegia in ampliori forma cum derogatione diſpoſitionis Sacri *Concilii Tridentini*, & aliorum *Conciliorum generalium*, quæ non revocantur per clauſulas generales, *non obſtantibus Conſtitutionibus, &c.* quin de eis fiat ſpecialis, & expreſſa derogatio: ita pluribus relatis Riccius *in Prax. aurea*, *Reſolut.* 156. *à num.* 1. ubi *in fin.* ita dicit judicatum in Rota Gratian. *Forenſ. Cap.* 278. *n.* 10. plures per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 33. *n.* 24. & Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 713. *n.* 10. quanvis dicat *Decreta Concilii* derogari per clauſulam generalem derogatoriam, ſtatim declarat hoc procedere, ſi Papa contra illa ſcienter diſpoſuiſſet in diſpoſitionibus ſua manu ſignatis; & ita ſæpius judicatum in Rota.

Advertendum tamen eſt, ut illas 28
contrarias opiniones componamus, Beneficia juris Patronatus Religionis, & Regularium eſſe in triplici differentia; vel enim ſunt ſolita provideri in perpetuum in Clericis ſæcularibus, in quibus tantum habent Milites, & Regulares merum jus præſentandi, quin aliquod aliud commodum reportent, vel ſolita provideri in *Clericis Regularibus*, & *Donatis* ejuſdem Ordinis, & habitus, qui intra ſex menſes tenentur habitum Religionis accipere, vel ſunt Beneficia manualia Religionis.

Beneficia iſta, ſi accipiantur pri- 29
mo modo, indubitanter comprehenduntur in *Regula reſervatoria*, & in diſpoſitione dicti *Concilii Tridentini* dicto *Cap.* 18. & providentur per Ordinarios, per concurſum in octo menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quia reputantur merè ſæcularia; quia quanvis ſint de Patronatu Ordinis, non ſunt de Ordine, quæ ſunt diverſa, & ſic procedit ſecunda opinio affirmativa, quia præſentatio Beneficii ſæcularis poteſt pertinere ad Religionem: *Clement. unica*, *de Supplend. negligent.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 203. *num.* 6. Gonzal. *dict. Gloſſa* 8. *num.* 39.

Nec ex eo, quòd ſint de Patro- 30
natu Ordinis, vocantur Beneficia Regularia, ſed ſæcularia, ſi per ſæculares Clericos ſint ſolita gubernari; ut per Gonzal. *d. Gloſſ.* 8. *n.* 38. Merlin. *ſupr.* Si enim Milites, Commendatores, & Regulares in his Beneficiis ſæcularibus ſui Patronatus præſentent Clericos Regulares, proviſio erit ipſo jure nulla: ex Gonzal. *ubi proximè num.* 40. per text. in *Clement. unica in fine principii*, & ibi

Gloſſ. *verb. Sæcularibus*, *de Supplend. neglig. Prælat.* addens *num.* 41. hoc etiam procedere in Beneficiis juris Patronatus Militenſium : Barboſ. *in Collect. ad dict. Clement. unic. num.* 13. & 14.

31 Sic contigit de facto in Abbatia *S. Mametis de Arcuſello* Barcharenſis Diœceſis Patronatus in ſolidum *Commendæ de Chavaõ*, & *S. Marthæ*, ejuſdem Archiepiſcopatus, qua vacante in menſe Octobris 1636. Sedi Apoſtolicæ reſervato, Frater *Blaſius Brandaõ* Commendator dictæ Commendæ præſentavit *Rochum da Fonſeca*; ſed quia Eccleſia erat ſolita per Clericos ſæculares gubernari, Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, dictâ præſentatione non obſtante, eam poni juſſit in concurſum, in quo fuit electus *Andreas de Mariz de Faria*, qui Bullas confirmationis impetravit à Sede Apoſtolica, quarum virtute fuit immiſſus in pacificam poſſeſſionem, & eam poſſidet actualiter.

32 Commendator prædictus gravamen interpoſuit *ad Judicium Coronæ* Senatus *Portuenſis* à Decreto concurſus, & non admiſſione ſuæ præſentationis; & quanvis ei proviſum fuit, nihilominus expeditis Chartis rogatoriis in forma Ordination. Regiæ *lib.* 1. *tit.* 12. §. 6. Quibus Vicarius Generalis noluit obtemperare, fuit vocatus ad *Tribunal Palatii*, & ibi cauſa plenè diſcuſa, judicatum eſt, Chartas fuiſſe malè expeditas; prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Aſſento do Paço.

33 *Foraõ ouvidos neſta Meſa do Dezembargo do Paço o Procurador da Coroa, e Juiz dos feitos della com o Vigario Geral do Arcebiſpado de Braga ſobre o caſo contheúdo neſtes Autos; e aſſentou-ſe, que as Cartas do Juizo da Coroa naõ foraõ bem paſſadas, nem ſe deviaõ executar. Lisboa*, 24. *de Setembro de* 1639. Sanches. Fialho. Sebaſtiaõ Ceſar de Menezes. Barros. Rodrigo Botelho.

Idem judicavit Vicarius Generalis Epiſcopatus Portuenſis ſuper Abbatia *S. Salvatoris de Figueiras* Patronatus in ſolidum *Balivi de Leſſa* ejuſdem Ordinis *Militenſis*, qua vacante Frater *Ludovicus Alvares de Tavora* præſentavit Fratrem *Franciſcum Martins*; ſed Vicarius Generalis Portuenſis eam poni juſſit in concurſu; quia vacaverat in menſe Novembri 1613. Sedi Apoſtolicæ reſervato, non obſtante dicta præſentatione; prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis. 34

Sententia Vicarii Generalis Portuenſis.

Viſtos eſtes Autos, Certidaõ do Livro Cenſual deſte Biſpado junta; porque ſe moſtra, a Igreja de Saõ Salvador de Figueiras ſer da apreſentaçaõ de Noſſa Senhora do Moſteiro de Leſſa, Padroeiro Eccleſiaſtico, do qual he Balio o Senhor Luis Alvares de Tavora, que apreſentou ao Supplicante o Padre Frey Franciſco Martins; e como o Padroado he Eccleſiaſtico, e o Beneficio, de cuja Proviſaõ ſe trata, he ſecular, como conſta das Proviſoens juntas; e outro ſy vagar no mez de Novembro, que he mez Apoſtolico, reſervado a Sua Santidade com decreto irritante, pela regra da alternativa, e como tal ſe deve prover em concurſo, na fórma do Sagrado Concilio Tridentino, em Clerigo ſecular, approvado nelle: Naõ admitto a apreſentaçaõ do Supplicante, e mando ſe proveja na fórma do dito Concilio. Porto, 2. *de Janeiro de* 1614. Vaz. 35

Si verò dicta Beneficia accipiantur ſecundo, vel tertio modo, & ſint 36

ſint ſolita conferri Regularibus ejuſdem Ordinis, vel ſint manualia, & removebilia ad nutum Commendatorum Ordinis; tunc dicuntur Regularia, & non intrant in Regula reſervatoria, nec providentur per concurſum, ut declaravit *Sacra Congregatio* in declaratione, quam refert Gonzal. *Gloſſ. 6. num. 162.* ibi:

> *Hoc Decretum de concurſu, non habet locum in Beneficiis Regularibus, quæ Regularibus conferri conſueverunt.*

37 Et eandem refert etiam Garc. *de Beneficiis, part. 9. cap. 2. num. 197.* Barboſ. *in Collect. ſeſſ. 24. cap. 18. de Reformat. num. 8. & 9.*

38 De his Beneficiis, Regularibus concedi ſolitis, intelliguntur Brevia, & privilegia Religionis, ex adverſo allegata; & Gabr. Pereir. *dict. Cap. 58. num. 8. & 9. verſic. Nec obſtat.* Et de his intelligitur Regula, quòd Beneficia ſæcularia Sæcularibus, & Regularia Regularibus conferantur: DD. per text. *in Cap. Cum ſingula, Cap. de Beneficia, de Præbend. in 6. Clement. 1. de Elect. Clement. unica, de Supplend. neglig. Prælat.* Concil. Trident. *Seſſ. 14. cap. 10. de Reform.* ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect.* plures per Garc. *de Benef. part. 7. cap. 10. à num. 1.* ubi plures refert.

39 Planè Beneficium contentionis eſt ſæculare, & per ſæculares Clericos gubernari ſolitum à centum annis, & ultra, prout conſtat ex proviſionibus ſupra, & per teſtes in actis productos, cum ſolùm ſufficeret ſpatium quadraginta annorum: ex dicto *Cap. Cum de Beneficio*, & talia præſumuntur; ut per Ojedam *de Incompatibilitate Beneficiorum, in Præfatione, num. 6.* plures per Gonzal. *Gloſſ. 7. à num. 1.* Ergo juſtè proviſum fuit per concurſum, quia vacavit in menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, quia comprehendebatur in Regulis reſervatoriis *Chancellariæ*, & in diſpoſitione *Concilii Tridentini*, de quibus ſupra.

Tandem, quia adverſarius tenebatur comprobare poſſeſſionem, quam allegaverat præſentandi in omnibus menſibus, quin Eccleſia provideretur per concurſum, nec etiam in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & eum feciſſe ceſſare per Sententiam habitam in Judicio contradictorio; quia in actibus negativis, prout hic eſt, poſſeſſio non acquiritur, niſi mediante actu contradictorio, cum quo pars acquievit: ex Gabr. Pereir. *deciſ. 24. n. 9.* Gratian. *Forenſ. cap. 564. n. 32.* Cabed. *2. p. deciſ. 109. n. 7.* Quod adverſarius non probavit, nec etiam exhibuit in actis aliquem actum poſſeſſorium præſentandi, effectum ſortitum, tanquam Commendator de *Alguoſo*, cui aſſerebat Patronatum dictæ Eccleſiæ pertinere. 40

His, & aliis rationibus, fuerunt acta concluſa ſuper impedimentis Promotoris Fiſcalis, & cum reſponſione Vicarii Generalis Mirandenſis, in quo lata fuit Sententia revocatoria, tenoris ſequentis. 41

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, & appenſos, e repoſta, que à ſegunda Carta, que deſte Juizo ſe paſſou, deu o Vigario Geral, e papeis, que accreſceraõ com ella, de que conſta, que a Abbadia, de que ſe trata, he ſugeita aos mezes da reſerva, por ſer do Padroado Eccleſiaſtico, e vagar ultimamente em Agoſto, mez da dita reſerva: revogaõ o Acordaõ, porque ſe deu provimento ao Aggravante, e deferindo ao aggravo, naõ daõ provimento ao Aggravante, viſtos os Autos. Lisboa, 13. de Janeiro de de 1661. Teixeira. Cabral. Mouſinho. *Fuy preſente.* Privado. 42

RESOLUT. LXXXIII.

An Epiſcopus, vel Capitulum Sede vacante poſſint unire in perpetuum Beneficia juris Patronatûs Regii alicui loco pio, vel Monaſterio indigenti, Regio conſenſu interveniente ad vnionem?

SUMMARIUM.

1 *Papa poteſt unire Epiſcopatus, & alia Beneficia.*
2 *Epiſcopi poſſunt etiam unire Beneficia ſuæ Diœceſis loco pio, vel Religioſo, ex juſta cauſa, quæ ſemper præcedere debet.*
3 *Hoc etiam procedit attento Concilio Tridentino* Seſſ. 21. cap. 5. de Reformat.
4 *Eaſdem uniones poteſt facere Capitulum Sede vacante dummodo per eas jurisdictioni Epiſcopali non præjudicetur.*
5 *Non tamen poſſunt facere uniones temporales ad vitam alicujus, quia ſunt odioſæ.*
6 *Poſſunt tamen unire in perpetuum Beneficia, & Eccleſias alicui Monaſterio pauperi.*
7 *Obſtat Concilium Tridentinum* Seſſ. 24. cap. 13.
8 *In duobus caſibus unio fieri non poteſt per Epiſcopum, & Capitulum.*
9 *In aliis caſibus, illis duobus exceptis, poſſunt unire.*
10 *Prohibitio Concilii Tridentini* dict. Seſſ. 24. cap. 13. *procedit in Eccleſiis liberæ collationis, non tamen reſpectu Eccleſiarum Patronatûs Regii, vel ſæcularis, quæ uniri poſſunt de conſenſu Patronorum.*
11 *Epiſcopi de jure communi poſſunt Beneficia Parochialia, & ſimplicia juris Patronatus ſæcularis unire Monaſteriis, & locis piis.*
12 *Ita contigit in Eccleſia* S. Joannis de Lumiar, *&* S. Joannis de Frielas, *Patronatûs Regii.*
Ibi. *Uniri non poſſunt ſine Regis conſenſu.*
13 *Idem contigit in Eccleſia* S. Pelagii *Villæ da* Rua, *Lamecenſis Diœceſis.*
Ibi. *Qualitas fundationis ſemper eſt inviolabiliter obſervanda.*
14 *Prohibitio Concilii Tridentini* Seſſ. 24. cap. 13. *non procedit reſpectu Eccleſiarum, quæ uniuntur, pro augmento Divini cultûs, & conſervatione Collegiorum, & piorum locorum, ad Fidei Catholicæ defenſionem, & cultum bonarum artium.*

Quanvis ſolus Pontifex poſſit unire Epiſcopatus: *Cap. Sicut unire, de Exceſſibus Prælator.* ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 2. & per Garc. *de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 62. Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 111. & poſſit unire alia Beneficia. 1

Epiſcopus tamen (ex juſta cauſa, quæ ſemper intervenire debet, præcedente cauſæ cognitione; ut per Sanch. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *à num.* 161. Garc. *dict. part.* 12. *cap.* 2. *à num.* 108.) poteſt unire Beneficia ſuæ Diœceſis alicui loco pio, vel Religioſo: ex text. *in dict. Cap. Sicut unire*, ibi: *Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ Diœceſis unio, & ſubjectio earundem, &c.* ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 3. *&* 6. *cap. Conſultationibus*, *de Donat.* ibi: *Si Religioſis fiant locis ab Epiſcopo, vel ejus authoritate, ratæ debent haberi*; & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 4. *&* 6. *Cap. Expoſuiſti*, ubi Barboſ. *num.* 1. *&* 4. *de Præbend.* Ita Garc. *de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 62. Sanch. *dict. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 147. *& num.* 181. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 66. *num.* 3.

Quod etiam procedit attento Concilio Tridentino *Seſſ.* 21. *cap.* 5. 3
de

de Reformat. ibi: *Poſſunt facere uniones perpetuas quarumcunque Eccleſiarum Parochialium, & baptiſmalium, & aliorum Beneficiorum Curatorum, vel non Curatorum, cum Curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à jure permiſſis, &c.* & ibi Barboſ. *in Collect. n. 1. & 3.* Gonzal. *ad Regul. 8. Gloſſ. 5. §. 7. n. 65.*

4 Eodem modo has uniones poteſt facere Capitulum Sede vacante, quia hæc poteſtas competit juriſdictioni Ordinariæ, in qua Capitulum ſuccedit Sede vacante, dummodo per talem unionem juriſdictioni Epiſcopi non præjudicetur. Ita pluribus relatis Garc. *dict. p. 12. cap. 2. n. 67.* Barboſ. *dict. alleg. 66. n. 11. & in Collect. ad cap. Sicut unire, de Exceſſ. Prælat. num. 5.* ubi plures refert; & in *Collect. ad Concil. Trident. Seſſ. 7. cap. 6. n. 16. & in Collect. ad idem Concil. Trident. Seſſ. 21. cap. 5. de Reformat. n. 2.* ubi etiam plures refert.

5 Non poſſunt tamen facere uniones temporales ad vitam alicujus, quia ſunt odioſæ contra juris formam, vel præter illam; tunc enim non Eccleſiis, ſed perſonis providetur, & eſt unio nomine tenus, cum re ipſa ſit quædam juris relaxatio, ut duo Beneficia concedantur uni, ut poſſit abeſſe ab altera Eccleſia toto tempore vitæ ſuæ, quod non poſſunt facere Ordinarii. Ita Sanch. *dict. lib. 7. cap. 29. n. 152.* Garc. *de Benef. part. 12. cap. 2. n. 84.* ubi plures refert.

6 Poſſunt tamen unire in perpetuum illa Beneficia, & Eccleſias alicui loco pio, & Monaſterio pauperi: ex Concilio Tridentino *dict. Seſſ. 21. cap. 5. de Reformat.* & has approbat *Seſſ. 7. cap. 7. de Reformat.* ibi: *Beneficia Eccleſiaſtica Curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis locis quibuſcunque perpetuò unita, & annexa reperiuntur ab Ordinariis locorum, annis ſingulis viſitentur, &c.* Quòd etiam procedit de jure communi: ex *Cap. Conſultationibus, verſicul. Si Religioſis, de Donat.* ubi Barboſ. *in Collect. n. 4. & 6.* Garc. *dict. part. 12. cap. 2. num. 77. & 78.* Sanch. *dict. Cap. 29. num. 148.* Barboſ. *dict. alleg. 66. n. 4.*

Sed contra diſpoſitionem dicti 7 Concilii Tridentini *Seſſ. 21. cap. 5. de Reformat. & Seſſ. 7. cap. 7. de Reformat.* ubi permittitur Epiſcopo unire Eccleſias alicui loco pio, vel Religioſo propter paupertatem, vel aliam juſtam cauſam, obſtat idem Concilium Tridentinum *Seſſ. 24. cap. 13. de Reformat.* ubi ex diametro adverſatur diſpoſitionibus ejuſdem Concilii *ubi proxim.* & expreſſè prohibet, nè uniones Parochialium Eccleſiarum fiant Monaſteriis, & aliis locis piis, ibi: *In unionibus verò quibuslibet, ſeu ex ſupra dictis, ſeu aliis cauſis faciendis, Eccleſiæ Parochiales Monaſteriis quibuſcunque, aut Abbatiis, ſeu Dignitatibus, ſive Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſive aliis Beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militiiſvè non uniantur, &c.* In quo alterata fuit diſpoſitio juris communis, quo attento poterant uniri Beneficia Curata Monaſteriis, vel locis piis, ſeu Beneficiis ſimplicibus; ut per Sanch. *dict. lib. 7. cap. 29. n. 184.* Gonzal. *ad Regul. 8. Gloſſ. 5. §. 7. num. 61.*

Sed ad faciliorem reſponſionem, 8 advertendum eſt: Concilium Tridentinum ſolùm in duobus caſibus alteraſſe diſpoſitionem juris communis ſuper Beneficiis per Epiſcopos uniendis. Primus eſt; nè Beneficia unius Diœceſis quacunque de cauſa, quanvis eſſet in augmentum Divini cultus, unirentur Beneficiis, ſeu Eccleſiis alterius Diœceſis, ut per Concil. Trident. *Seſſ. 14. cap. 9. de Reformat.* Sanches *dict. Cap. 29. num. 180.* Secundus; nè Beneficia Curata unirentur Monaſteriis, & locis piis: ex eod. Concil. Trident. *dict.*

dict. Seſſ. 24. *cap.* 12. Sanch. *dict. cap.* 29. *n.* 184. Gonzal. *ubi ſupra n.* 62. *&* 63. *&* 64. nè Divinus cultus minueretur, & facultas conferendi coletur: ex Gonzal. *dict. Gloſſ.* 5. *num.* 44.

9 In aliis verò caſibus relicta fuit Epiſcopis poteſtas uniendi ſecundùm diſpoſitionem juris communis, quod manſit in ſuo robore, & per illam exceptionem firmata fuit Regula in contrarium: ex *Leg. Nam quod liquido*, §. *ult. ff. de Penu legat.* Ergo exceptis illis duobus caſibus, in omnibus aliis manſit illæſa Epiſcoporum poteſtas circa uniones faciendas: & Concil. Tridentin. *d. Seſſ.* 21. *cap.* 5. *de Reform.* hanc Epiſcoporum poteſtatem confirmavit, concedens illis, ut etiam tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ faciant uniones etiam Parochialium, in quibuſcunque caſibus jure communi permiſſis, de quibus Sanch. *dict. cap.* 29. *num.* 148. & hanc declarationem facit idem Sanch. *dict. cap.* 29. *num.* 187. Quo ſuppoſito.

10 Reſpondeo: diſpoſitionem Concilii Tridentini *dict. Seſſ.* 24. *cap.* 13. quatenus prohibet, nè Eccleſiæ Parochiales Monaſteriis quibuſcunque, Dignitatibus, ſeu Præbendis uniantur, procedere reſpectu Eccleſiarum liberæ collationis, non verò de Beneficiis Parochialibus de jure Patronatûs Regii, & ſæcularis, quæ uniri poſſunt per Epiſcopos præcedente conſenſu, & approbatione Patronorum: in hoc enim caſu de jure communi habent Epiſcopi poteſtatem uniendi Eccleſias Parochiales Monaſteriis, vel locis piis, quam facultatem Concilium Tridentinum *dict. Seſſ.* 21. *cap.* 5. *de Reformat.* eis conceſſit ad Parochiales uniendas, ibi: *Propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à jure permiſſis, &c.*

11 Planè de jure communi permiſſum eſt Epiſcopis unire Beneficia Parochialia, & ſimplicia juris Patronatûs ſæcularis Monaſteriis, & locis piis, præcedente conſenſu, & approbatione Patronorum: DD. per text. *in Cap. Suggeſtum, de Jure Patronat.* ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 2. Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *à n.* 167. Sanch. *dict. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 168. Plures per Barboſ. *alleg.* 66. *n.* 19. *&* 32. *& in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *num.* 22. *& in Collect. ad idem Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de Reformat. num.* 21. *&* 22. Ergo hæc Beneficia juris Patronatus ſæcularis, quanvis ſint Parochialia, poteſt Epiſcopus illa unire Monaſteriis, & piis locis de Patronorum conſenſu, attenta juris communis diſpoſitione in dicto *Capite Suggeſtum*, & ex ſupradictis *num.* 2.

Ita contigit de facto tempore 13
Sereniſſimi Regis *Dionyſii*, qui cum Regina Sancta *Eliſabeth* ejus uxore, & cum Principe *Alphonſo* ejus filio, qui Eccleſias *S. Joannis de Lumiar*, & *S. Juliani de Frielas*, Patronatûs Regii, conceſſerunt Monaſterio de *Odivelas*, & ut earum fructus eidem Monaſterio unirentur, & virtute dictæ donationis Epiſcopus hujus Civitatis, qui tunc erat, fecit dictam unionem, dividendo fructus in tres partes, quarum unam reſervata fuit *Capitulo Ulyſſipponenſi*, altera *Monaſterio*, & tertia *Priori*, & *Beneficiatis*, & in dictis Eccleſiis creati fuerunt Vicarii de conſenſu Regis, ſine quo nec uniri, nec creari poterant: ex Riccio *in Prax. juris Patronat. deciſ.* 174. *à num.* 112. *& deciſ.* 187. *num.* 189. Sanch. *dict. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 168. & faciunt reſoluta ſupra *Reſolut.* 21.

Eodem modo Sereniſſimus Rex 14
Sebaſtianus donavit Eccleſiam Sancti *Pelagii* Villæ da *Rua*, Lamecenſis Diœceſis, *Collegio Conimbricenſi Societati Jeſus*, ut ei fructus ejuſdem Eccleſiæ unirentur, prout conſtat ex Diplomate, de quo ſupra *Reſolutione*

ne 21. *num.* 8. & in effectu uniti fuerunt reſervatis centum pro Rectore, quem Rex præſentat, reſervavit enim ſibi jus præſentandi in eadem Rectoria, & uſque adhuc Corona in ea præſentat juxta qualitates fundationis, quæ inviolabiliter obſervantur: ex Concil. Tridentin. *Seſſ.* 25. *cap.* 5. *de Reformat.* & ibi Barboſ. *in Collect. à num.* 2. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. *& lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 17. *& lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 67. *& lib.* 14. *cap.* 3. *à num.* 3. & in *Praxi jur. Patronat. deciſ.* 19. *num.* 8.

14 Nec Concil. Trident. *d. Seſſ.* 24. *cap.* 13. ubi prohibet fieri uniones Eccleſiarum Parochialium Monaſteriis, & aliis locis piis, procedit reſpectu Eccleſiarum, quæ uniuntur pro augmento Divini cultus, vel conſervatione Collegiorum, & aliorum piorum, & Religioſorum locorum ad Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, & cultum bonarum artium: ex *Gonzal.* & *Uguolino* quos refert, & ſequitur Barboſ. *in Collect. ad dictum Concilium ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de Reform. num.* 11.

RESOLUT. LXXXIV.

An per donationem Regiam Civitatis, Villæ Caſtri, vel Oppidi cenſeatur donatum jus Patronatûs Regium cum univerſitate bonorum? Et, an Rex poſſit tales donationes facere, & diſtrahere Vaſſallos inauditos?

SUMMARIUM.

1 *Jus Patronatus tranſit cum univerſitate bonorum in donatione, vel venditione generali, quibus annexum eſt Patronatus.*

Ibi. *Jus Patronatus venit appellatione bonorum mobilium, & immobilium, jurium, & actionum.*

2 *Non tamen attento jure Regio.*

3 *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie conceſſurus.*

5 *In conceſſione, quam Sereniſſimus Rex* Joannes IV. *fecit Sereniſſimæ Infantæ* D. Catharinæ *expreſſé, donavit Patronatus bonorum donatorum.*

7 *In Regibus conſideratur ampliſſima poteſtas.*

8 *Reges juxta aliquorum opinionem non poteſt Civitates, & Villas Regni notabiles à ſe abdicare, & in alios transferre, invitis Civibus.*

9 *Donatio, in qua conſideratur præjudicium Coronæ, & Vaſſalorum, revocari debet.*

10 *Reges Regni, qui donationes revocaverunt, & coarctaverunt.*

11 *Ampliatur in quacunque re, Coronæ præjudicium afferente.*

12 Henricus IV. *Rex Caſtellæ ſuas donationes revocavit.*

13 *Idem fecerunt alii Reges.*

14 *In Caſtella eſt lex prohibens Regibus alienare aliquam Civitatem, & juriſdictionem, niſi in urgenti neceſſitate examinata, audito Procuratore Civitatis, cum interventu Status Regni.*

15 *Ad alienandas Villas, & Civitates citandi ſunt illarum naturales ratione præjudicii, quod eis reſultat.*

16 *Naturales Civitatis Lamecenſis non fuerunt citati, nec auditi in alienatione Civitatis.*

17 *Quanvis dictæ alienationes fiant cum juramento, eo non obſtante rovocari poſſunt, & num.* 18.

20 *Civitas Lamecenſis eſt memorabilis.*

21 *Reges poſſunt facere dictas donationes, ſine conſenſu populi, & invitis Civibus, quando non reſultat Coronæ magnum præjudicium.*

22 *Revocantur, quando reſultat Regno præjudicium, & dedecus Regi donanti.*

23 *Reges Hiſpaniæ eas poſſunt revocare, & quare, num.* 24.

26 *Poſſunt eas ſeparare à ſua immediata protectione, invitis Civibus,* &

& pacto expreſſo, quando ex Regni conſuetudine ſolent alienare.

27 *Hæc eſt conſuetudo ab origine hujus Regni.*

29 *Poſſunt etiam alienare ex juſta cauſa, & ratione publicæ utilitatis, & pro bono pacis, & à num. 30. uſque ad 33.*

34 *Rex tenetur dotare filias.*

35 *Ad contributionem dotis Infantium obligat jus Regnum, & ejus Vaſſallos.*

36 *Dotatio Sereniſſimæ Infantis* D. Catharinæ *fuit in utilitatem publicam, & pro conſervanda pace, & commercio cum Rege Britaniæ.*

Ibi. *In pace vertitur utilitas publica.*

37 *Caſus neceſſitatis, & publicæ utilitatis, ſemper manet exceptus à juris Regulis.*

38 *Donationes, & dotes factæ per Reges filiis, aut filiabus de bonis Coronæ valent, etiam non obſtante juramento.*

39 *Poſſunt etiam donare in remunerationem, ob benemerita, & ſervitia.*

Ibi. *Legis prohibitio, quanvis amplior, & exuberantior, nunquam comprehendit remunerationem benemerentium.*

40 *Rex* Joannes IV. *donationem fecit Sereniſſimæ Infanti* D. Catharinæ *ob ejus benemerita perſonalia.*

41 *Donatio reſultavit in honorem Regni.*

42 *Omnes qualitates, & circunſtantiæ concurrerunt ad validitatem dictæ donationis, & n. 43.*

44 *Civitas Lamecenſis non eſt ex inſignioribus Regni.*

45 *Rex* Alphonſus VI. *conceſſit facultatem dictæ Infanti* D. Catharinæ, *ut dictam Civitatem, & Villas venderet Sereniſſimo Infanti* D. Petro, *ut ex venditione componeretur dos promiſſa Sereniſſimo Regni Britaniæ.*

46 *Diploma Regum, ut dicti Domini Infantes poſſent emere, & vendere terras donatas, ſupplendo omnes juris defectus per apoſtillam, n. 47.*

48 *Emptio, & venditio, cum effectu celebrata fuit.*

49 *Fuit ſcriptura emptionis, & venditionis confirmata de motu proprio, & certa ſcientia per Diploma Regium.*

50 *Diploma, perquod Sereniſſimus Rex* Alphonſus *juſſit D. Infantem immitti in poſſeſſionem bonorum emptorum.*

Quanvis regulariter jus Patronatus in donatione generali tranſeat cum univerſitate bonorum donatorum, aut venditorum, quibus annexum eſt jus Patronatus: *Cap. Ex literis*, & ibi Barboſ. *in Collect. n. 3. de Jur. Patron. cap. Cum ſecundùm, eod. tit.* ubi etiam pluribus relatis Barboſ. *in Collect. n. 2. & 3.* Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap. 3. n. 2.* Ricc. *in Prax. de Jur. Patron. deciſ.* 179. *n.* 139. iterum Barboſ. *per text. in d. Cap. Ex literis, & lib. 2. voto 20. n. 15.* quia jus Patronatus venit appellatione bonorum univerſorum mobilium, & immobilium, jurium, & actionum: ex Ricc. *in Prax. rer. fori Eccleſiaſt. deciſ. 167.* Seraph. *in deciſ. 725. n. 3.* Barboſ. *d. vot. 20. num. 16. & 17.* 1

Attamen attento jure Regio, nunquam cenſetur Donatum, nec tranſlatum per conceſſionem generalem omnium bonorum, niſi de eo fiat expreſſa, & ſpecialis mentio: ita Ordinat. Reg. *lib. 2. tit. 35. §. 24.* ex lege mentali, ibi: 2

Quando em tal doaçaõ eſpecialmente foſſe declarado, que El-Rey dava os ditos Padroados, em tal caſo paſſaſſem aos Donatarios, e dahi em diante a ſeu filho varaõ legitimo, que herdaſſe a dita terra, ſegundo forma da dita Ley, e de outra maneira naõ paſſaſſem os Padroados ao Donatario por tal doaçaõ, ſem embargo de a terra, Villa, ou Caſtello lhe ſer dado com toda ſua juriſdicçaõ, mero, e mixto imperio, e todo outro direito Real, que

Digitized by Google

que ElRey ahi tenha, ou podeſſe ter, ou quaeſquer outras palabras geraes, que por qualquer maneira poſſaõ ſer ditas, ainda que algumas pareceſſe, que por bem de ſua generalidade podeſſem comprehender os ditos Padroados, &c.

Ita Bened. Ægid. *in L. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. 5. p. num. 18. verſ. Tertia.* Cabed. 2. *p. deciſ. 27. n. 10. & de Patron. Reg. Coron. cap. 3. n. 3.*

3 Ratio eſt: quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veroſimiliter in ſpecie conceſſurus: ex *Regula, In generali, de Regul. jur. in 6. Cap. Cum in generali, & in cap. 2. de Offic. Vicar. in 6. L. Obligatione generali, L. Denique, ff. De pignorib. L. Generali, §. Uxori, ff. de Uſufructu Legato, L. 1. Cod. Quo res pignori.* Ordinat. Reg. *lib. 2. tit. 28. in princip. & tit. 34. §. 10. & d. tit. 35. §. 24.* quia actus non extenditur ultra intentionem agentis, & concedentis: *L. Non omnis, ff. de Rebus creditis, L. In conventionibus, ff de Verbor. Significat. L. ult. Cod. Quæ res pignori.*

4 Cum ergo ex diſpoſitione dictæ Legis mentalis *d. lib. 2. tit. 35. §. 24.* in nulla conceſſione generali Reges intendant concedere jus Patronatus, niſi de eo expreſſam faciant mentionem: ex dictis *ſupra n. 2.* nunquam cenſetur conceſſum in donatione generali.

5 Ita contigit in donatione generali, quam Sereniſſimus Rex *Joannes IV.* fecit Sereniſſimæ Infanti Donnæ *Catharinæ* ejus filiæ (hodie Reginæ Magnæ Britaniæ) in qua ei expreſſé conceſſit jus Patronatus Inſulæ *da Madeira, Civitatis Funchalenſis, & Lamecenſis, Villæ de Moura*, cum dominiis earundem Civitatum, & ſuorum terminorum cum *Uligine de Magos*, vulgò *Paul de Magos*, cum omnibus ſuis reditibus, juribus, foris, tributis, officiis, datis, Caſtellis, juriſdictione Civili, & Criminali, mero, & mixto imperio, & Patronatibus (excepto tantum jure Patronatus Epiſcopatuum Civitatis *Funchalenſis*, & *Lamecenſis*, & *Baſilicis mercium*, & *Vectigalium* (vulgo *Alfandegas*) & gabellis; hæc enim tria ſemper Coronæ reſervavit) ea tamen conditione, quod ſi matrimonium contraheret extra Regnum, ipſa *Corona* illa omnia bona demittere teneretur, data ei competenti ſatisfactione, quam æſtimavit in quingentis millibus Cruciatis; & ſi non faceret expreſſam mentionem de Patronatibus, nunquam cenſerentur comprehendi in illa donatione generali, ex ſupra dictis *num. 2.*

Cùmque Sereniſſima Infans Procuratorem mitteret ad capiendam poſſeſſionem Civitatis Lamecenſis, *Camera, & Nobilitas* ejuſdem Civitatis contra dictam donationem obtulerunt rationes ſequentes. 6

Allegatio Cameræ Lamecenſis contra donationem Regiam.

Quod quanvis in Regibus conſideretur ampliſſima poteſtas: argumento textus, & ibi. DD. *in L. Deprecatio, ff. ad L. Rodiam, de Jactu.* Gloſſ. *verb. Cæleſte, in L. Jubemus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Gloſſ. *verb. Deo, in L. 1. §. Ad municipalem, ff. Ad L. Falſid. Afflict. deciſ. 120. n. 6.* Andreas de Iſernia *in L. 1. Cod. de Prohibit. alienat. feud. & in cap. Solit. de Maiorit.* 7

Attamen hæc poteſtas ſuas patitur limitationes, præcipué circa alienationes Civitatum, & Villarum notabilium Regni, quia non poſſunt à ſe illarum dominium abdicare, illud in alios transferendo, invitis Civibus; ut pluribus relatis Tiraquel. *de Retract. lignacier. §. 26. Gloſſ. 1. num. 78.* Boer. *In tract. magni Concilii, n. 17.* Menchac. *Controverſ. illuſtr. cap. 5. per totum præcipuè* 8

 num.

num. 14. Cravet. *Conſil.* 54. *num.* 3. Natta *Conſil.* 506. *num.* 15. Oſaſcus *deciſ. Pedamont.* 139. *n.* 21. Boſius *tit. de Principe*, *n.* 290. Roland. *volum.* 1. *Conſil.* 1. *num.* 34. Cephal. *Conſil.* 628. *n.* 23. Menoch. *Conſil.* 32. *n.* 20. *& recuperand. remed.* 1. *n.* 18. Soares *alleg.* 9. *num.* 6. Surd. *Conſil.* 323. *à num.* 1. & eſſe communem reſolutionem Doctorum, per text. *in L. Invitus*, *ff. de Fideicommiſſ. libertat. & in L. Liber homo*, *ff. de Verbor. obligat.* Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 126. *à n.* 349. *& à num.* 358.

9 Ampliantes, quod regulariter quælibet donatio, in qua conſideratur præjudicium vaſſallorum, vel Coronæ, ſemper revocari debet: ex text. *in Cap. Intellecto*, *de Jur. jurand.* Barth. *in L.* 3. §. *Planè*, *ff. Quod vi, aut clam*, & ibi Angeles *in* §. *Sed ſi permiſerit*, *n.* 2. Jaſon. *lib.* 1. *Conſil.* 36. *num.* 5. Alexand. *lib.* 5. *Conſil.* 1. *à num.* 28. Bald. *in L. Nuptæ*, *ff. de Senatorib. & in L. ult. num.* 5. *ff. de Conſtit. Princip.* Antonius Coercetus *in Tract. de Poteſt. Reg. quæſt.* 4. *verſ. Quod autem Rex.* Antonius de Petra *de Poteſtat. Princip. cap.* 32. §. 2. *à num.* 39. Matienſ. *in L.* 11. *Gloſſ.* 9. *num.* 3. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* Pinel. *in L.* 1. *part.* 3. *à num.* 62. *Cod. de Bon. Matern.* Paz *de Tenut. cap.* 57. *à num.* 22. Plures per Alfar. *de Offic. Fiſcal. Gloſſ.* 34. §. 1. *n.* 6. *&* §. 4. *n.* 1. Gregor. Lop. *Gloſſ.* 2. *in L.* 1. *tit.* 18. *partit.* 3. Cabed. 2. *p. deciſ.* 75. *n.* 12.

10 Quare dicta donatio Civitatis Lamecenſis revocanda erat, nec novum erat in Regibus Regni prædeceſſoribus eis revocare, prout fecit Sereniſſimus Rex *Joannes I.* qui cognoſcens donationes, quas fecerat, eſſe præjudiciales Regno, & Vaſſallis, eas limitavit, & coarctavit; ut patet ex Ordinat. Reg. *lib.* 2. *tit.* 33. prout etiam Sereniſſimus Rex *Alphonſus V.* circa privilegia, quæ conceſſerat de non ſolvendo tributo jugationis, de quo Ordinatio Reg. *dict. lib.* 2. *tit.* 33. §. 28. *&* 29. prout etiam fecit Sereniſſimus Rex *Emmanuel* circa donationem Civitatis Portalegrenſis, ut patet ex ejus *Chronica cap.* 14. & in donationibus, quas fecit filiabus ſuis Rex *Sanctius I.* Villarum de *Monte Mòr o Velho*, & de *Eſgueira*, quas Princeps *Alphonſus II.* ejus filius juraverat obſervare; & poſtquam ſucceſſit in Regno, eas conatus eſt auferre Infantibus, quæ in earum erant pacifica poſſeſſione, ſuper quo contigit, quod refertur in *Chronica* Doctoris Eduardi Nunes de Leaõ, *pag.* 67.

11 Hæc reſolutio procedit non ſolum reſpectu donationis alicujus Civitatis, ſeu Villæ notabilis, ſed etiam cujuſcumque alterius rei, in qua diminuatur, vel præjudicetur Coronæ, ut reſolvit Lucas de Peña *in L. Quicunque*, *Cod. Omni agro deſerto*, *lib.* 11. Imol. *in Cap.* 2. *de Donation.* Matienſ. *Gloſſ.* 3. *num.* 2. *fol.* 162. *hodie L.* 12. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilat.* Gregor. Lop. *in L.* 8. *tit.* 4. *Gloſſ. Ubi invida poſt principium*, *partit.* 5. Antonius Gabriel *tit. de Donat. Concluſ.* 1. *num.* 12. *pag.* 192. Eandem Sententiam ſequuntur plures, quos omnes refert addictio ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 17.

12 Et ob hanc rationem utilitatis publicæ Rex *Henricus IV.* Caſtellæ in Comitis generalibus revocavit omnes donationes, quas fecerat à die 15. Septembris anni 1464. uſque ad annum 1475. quod poſtea confirmaverunt Reges Catholici in Comitiis generalibus celebratis in Civitate *Tauri*, ut refertur in *L.* 17. *tit.* *lib.* 5. *Recopil.* de quo etiam fit mentio in *L.* 39. *tit.* 18. *& in L.* 4. *tit.* 15. *& in L.* 14. *&* 15. *tit.* 27. *lib.* 9. *Recopilat.*

13 Hoc etiam fecerunt Gotthi Reges, & Imperatores, ut apud Cornelium Tacitum *lib.* 5. *Hiſtoriarum*, §. 6. Garibai *lib.* 9. *hiſtoriar. cap.* 12.

&

& Reges Angliæ *Henricus*, & *Eduardus*, ut teſtificantur Scriptores illius Regni; & ex *Ramiro* Rege Aragoniæ, Zorit. *lib.* 1. *Annal. cap.* 53. Mariana *lib.* 10. *hiſtoriar. cap.* 16. & de *Alphonſo III.* Aragon. idem Zorita *lib.* 4. *cap.* 93. & de *Henrico III.* Rege Caſtellæ, Ægidius *in ejus Nova hiſtoria*, *cap.* 57. & de *Joanne II.* Alvarus Garcia *in ejus Chronica*, *cap.* 26. Garibai *Cap.* 16. & de Regina *Joanna*, cui ejus maritus *Philippus* fecerat donationem, quam poſtea revocavit; ut per Zorit. *in Expeditione Italiæ*, *lib.* 7. *cap.* 38. & *lib.* 2. *Annalium*, *cap.* 41. refert Regem Aragoniæ *Joannem*, plures donationes feciſſe, quas poſtea revocaverat Rex Catholicus ejus filius, prout etiam idem fecit *Carolus V.* ut refert Prudentius de Sandoval *in ejus Chronica lib.* 1. §. 21. & *facit L.* 15. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* idem fecerunt *Philippus II.* & *III.* prout conſtat ex clauſulis ſuorum teſtamentorum, quas refert Phœb. 2. *p. deciſ.* 184. *num.* 34. de quo etiam meminit Solorſan. *de Jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 51. & idem fecerunt tales Reges, quia dictæ donationes factæ fuerunt in præjudicium Coronæ: & quod hoc ſit præmiſſum Regibus, probatur ex text. in *L. Reſcripta*, *Cod. de Precib. Imperat. offerend. L.* 2. §. *Meritò*, & §. *Si quis à Principe*, *ff. Nè quid in loco publico*, *L. Nè Avus*, *Cod. de Emancip. liber.*

14 Et in Hiſpania reperitur prohibitum *in L.* 3. *tit.* 9. *lib.* 1. *Ordinament.* quæ eſt *Lex* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat.* Regibus alienare aliquam Civitatem, vel juriſdictionem; quæ lex tantum limitatur in caſu urgentis neceſſitatis, vel per aliam juſtam cauſam: & in his caſibus, cauſa, & juſtificatio donationis examinanda eſt, audito Procuratore Civitatis cum interventione *Conciliorum* Status Regni; aliàs donationes ſunt nullæ; ut per Matienſ. *in dict. L.* 3. *ubi Gloſſ.* 7. *num.* 7. & idem fecit Imperator *Carolus V.* anno 1525. & 1527. & poſtea ejus filius *Philippus II.* in Comitiis celebratis Valliſoleti anno 1556.

15 Ad alienandas Civitates, & Villas, debent citari, & audiri illarum naturales de ratione præjudicii, quod eis reſultat: ex *L. de Unoquoque*, *ff. de Re judic.* Jaſon *in L. Gallus*, §. *Et quid ſi tantum*, *n.* 143. *ff. Liber. & Poſthum.* Tiraq. *in Tract. Res inter alios acta*, *limit.* 2. Surd. *deciſ.* 323. *à num.* 1. Optimè Luc. de Peña *in dict. lib.* 1. *n.* 8.

16 Cum ergo naturales illius Civitatis, nec citati, nec auditi fuerint, non poteſt illa donatio habere locum: ex Surd. *deciſ.* 323. *à n.* 28. in præjudicium Vaſſallorum, & Coronæ: ex Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. Azeved. *in L.* 1. *tit.* 10. *lib.* 1. *Recopilat.* Palatius *in Rubrica*, *de Donat.* §. 69. *à num.* 14. Pinel. *in L.* 1. 3. *part. num.* 62. *verſ. Inſertur* 15. *Cod. de Bonis matern.* Matienſ. *in L.* 11. *tit.* 7. *lib.* 5. *Gloſ.* 9. *num.* 1.

17 Ampliatur, quòd quanvis tales donationes fiant cum juramento de non revocando, reſcindi poſſunt: ex Oldrad. *Conſil.* 94. Roland. *lib.* 2. *Conſil.* 2. *n.* 95. Antonius de Petra *de Poteſt. Principis*, *cap.* 17. *à n.* 20. Molin. *dict. cap.* 3. *num.* 17. ubi pluribus relatis Addictionibus Garcia *de Nobilitat. Gloſſ.* 1. §. 1. *à num.* 10. Azeved. *in L.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil. L.* 1. *tit.* 17. & *L.* 4. *tit.* 15. *partit.* 2. ubi Gregor. Lopes *in L.* 8. *tit.* 1. Nicolaus Boer. *lib.* 4. *deciſ.* 4. *à num.* 16.

18 Cum ergo dicta donatio ſit præjudicialis Civitati, irritanda eſt; ut per text. in *Cap. Suggeſtum*, *de Decimis*, *Cap. Quanto*, *de Cenſibus*, *L.* 5. *tit.* 2. *partit.* 1. quæ reſolutio procedit, etiam reſpectu Principis Supremi: *L.* 43. *tit.* 18. *partit.* 3. Pinel. *in L.* 2. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. *Cod. de Reſcindend.* Roland. *Conſil.* 1. *num.*

num. 173. Tuſcus *Liter. L. concluſ.* 295. *num.* 18. Natta *Conſil.* 538. *per totum.* Ei enim reſultat præjudicium, ſi ſeparetur à Corona, quia in ejus unione conſiſtit totum intereſſe: ex *L.* 2. §. *Marito*, *&* §. *Si quid à Principe*, *ff. Nè quid in loco publico.* Innocent. *in Cap. Auditis ſuper Gloſſam primam*, *de Præſcript.* Alciat. *Conſil.* 177. *num.* 1. Reſtaur. *in Tract. de Imperatore*, *quæſt.* 104. Alias rationes adducit in favorem Supplicantium Rip. *Conſil.* 179. *à num.* 3. Surd. *Conſil.* 323.

19 Quanvis enim Civitas tuta maneat ſub protectione Dominæ Infantis; cum tamen donatio conferatur ad tempus Matrimonium contrahendi, non habent cognitionem Domini futuri, nec ejus indolis, & hic juſtus timor eſt ſufficiens, ut impediat donationem.

20 Tandèm concludunt illam Civitatem eſſe memorabilem in omnibus nationibus, ex eo, quia prima Comitia facta per Invictiſſimum Regem *Alphonſum Henriques*, in illa celebrata fuerunt, & in eiſdem decretum eſt, quomodo in hoc Regno ſuccedendum erat: quare abdicanda non erat à Corona, maximè inauditis Civibus: ex Cabed. 2. *part. deciſ.* 18. *num.* 19.

Hujus allegationis data fuit copia *Procuratori* Sereniſſimæ Infantis, qui ejus nomine obtulit ſubſtantialiter rationes ſequentes.

Reſponſio Procuratoris Dominæ Infantis.

21 De jure communi eſt magis recepta opinio, poſſe Reges ſine conſenſu populi, & naturalium Civitatum, Villarum, & locorum facere donationes earum, & bonorum Coronæ, etiam invitis Vaſſallis; maximè ſi donatarii ſint benemeriti, de quo non reſultet magnum præjudicium Coronæ, nec dedecus Regi donanti. Ita cum 54. DD. Menoch. *Conſil.* 1003. *à n.* 8. *lib.* 11. inter quos citat *Bartholum*, & alios Ordinarios, quos retulerat *lib.* 10. *Conſil.* 962. *à num.* 21. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 18. ubi ejus Addictionatores plures referunt Maſtrilh. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 12. *à num.* 1. Caſtilh. *de Tertiis tom.* 7. *cap.* 17. *à num.* 15. ubi refert omnes Scribentes in materia.

Et idem *Caſtilhus*, ubi proximè *à num.* 9. dicit, quòd, ut donationes Regiæ alterentur, duo debent concurrere requiſita. Primum, quod ex eis reſultet Coronæ, & Regno graviſſimum præjudicium. Secundum, quòd per eas honori, & decori Regis detrahatur, & ſic intelligit: text. *in Cap. Intellecto de Jur. jurand. &* *num.* 18. *verſ. Ubicumque*, *& verſ. Et ſemper*, *& num.* 17. *verſ. Primus.* Cabed. 2. *part. deciſ.* 17. *num.* 5. *& deciſ.* 40. *num.* 7. Petrus Barboſ. 2. *p. Legis primæ*, *in princip. num. ult. ff. de Solut. Matrimon.* 22

Addit idem Caſtilhus *d. Cap.* 17. *num.* 18. *verſ. In his autem Regnis*, *& verſ. Ratio differentiæ*, hanc reſolutionem affirmativam magis habere locum in *Regibus Hiſpaniæ*, & attentis Legibus ejuſdem Regni, præſtans rationem differentiæ, ex eo, quia cæteri Reges dominium Regnorum acquiſiverunt ex voluntate, & translatione populi, & Vaſſallorum, qui ſe eis non ſubjecerunt, nec poteſtatem conceſſerunt ad diſſipandum, vel diminuendum bona Coronæ; ſed ut ea illæſa conſervarent eo modo, quo ea in eos tranſtulerunt. 23

At verò dominium, & poteſtas *Regum Hiſpaniæ* non procedit ex voluntate, & donatione populi, ſed ex nova acquiſitione, ex debellatione Maurorum, & recuperatione Hiſpaniæ à Mauris, & aliis barbaris nationibus: qua de cauſa liberum Regni dominium, & bonorum ejus acqui- 24

acquiſiverunt, ut de illis poſſent diſponere, & ad id citat eundem Menoch. *dict. Conſil.* 1003. *à n.* 13. maximè in *Verſiculo, Septimo ſuffragatur*, & hanc donationem de novo allegat Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 44. *&* 52. & Cabed. *dict.* 2. *part. deciſ.* 17. *verſ. Tamen*, *& verſ. Reges hujus Regni*; loquitur de libero dominio ad diſponendum de bonis Regni, & de Civitatibus, & locis, ſuis Vaſſallis benemeritis, prout ſibi placebat.

25 Hæc reſolutio procedit etiam reſpectu donationum Regum aliorum Regnorum, & etiam ſtante opinione contraria Doctorum, qui eam ſequntur; ſed ſequentibus limitationibus, quæ omnes concurrunt in caſu præſenti.

26 Prima limitatio eſt: quando Reges de Regni conſuetudine ſolent Civitates, Villas, & loca alienare, etiam invitis Civibus, & pacto expreſſo cum Vaſſallis, & eos ſeparare à ſua immediata protectione; tunc enim eos invitos poſſunt alienare, & ſeparare, & eſt communis opinio, de qua Abbas *in Cap. Auditis*, *col.* 5. *de Præſcript.* Natt. *Conſil.* 367. *num.* 12. *per text. quem allegat*, *in Cap.* 1. §. *Ex eadem.* Conradus Pariſ. *lib.* 1. *conſil.* 22. *à n.* 75. Hippolyt. Riminald. *lib.* 6. *conſil.* 601. *à num.* 36. ubi dicit ſufficere allegare hanc obſervantiam: Cephal. *lib.* 4. *Conſil.* 549. *n.* 38. Surd. *Conſil.* 323. *à num.* 26. quos cum aliis refert, & ſequitur Joſephus Ramon. *tom.* 1. *conſil.* 37. *num.* 137. Maſtrilh. *de Magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 27. ubi cum Carolo de Tapia *de Conſtit. Princip. cap.* 9. *num.* 34. affirmat, quòd data hac conſuetudine non habet locum diſtinctio ſupra relata, ſed indiſtinctè valere donationem, & idem repetit *n.* 59. & iterum idem Maſtrilh. *lib.* 1. *cap.* 12. *à n.* 29. Paſchal. *de Patria Poteſtat. cap.* 1. *num.* 119. Caſtilh. *d. cap.* 17. *n.* 21. *verſ. Tertiò Limitatur.* Cabedius, qui plures refert 2. *p. deciſ.* 19. *num.* 1. *verſ. Tamen*; ubi dicit hanc eſſe communem limitationem: & in verſiculo, *Et Reges*, teſtificatur de poſſeſſione, & obſervantia dominorum *Regum Portugalliæ*, & idem repetit *n.* 6. & quod ita fuit judicatum.

In perſonis Regalibus indiſtinctè procedit obſervantia ab origine Regni; ut teſtatur Cabed. 2. *part. deciſ.* 17. Fuit enim Regnum à principio donatum Comiti *D. Henrico* in ea parte, quæ vendicata fuit à poteſtate Maurorum. *D. Alphonſo III.* dotatum fuit illud, quod pertinebat ad *Algarbiorum Regnum.* Sereniſſimus Rex *Joannes I.* à quo originem traxit Domus *Bragantiæ*, plures Villas, & loca donavit Comiti *D. Nuno Alvares Pereira*, cujus filia *D. Beatrix* contraxit matrimonium cum *Alphonſo* ejuſdem Regis filio, qui poſſederunt quaſi quartam Regni partem. Sereniſſimus Rex *Joannes II.* à quo originem traxit Domus de *Aveiro*, donavit *D. Georgio* ejus filio Civitatem *Conimbricenſem*, Inſulam da *Madeira*, & Magiſtratum Sancti *Jacobi*, & de *Aviz*; & alii Infantes hujus Regni ſimiles donationes habuerunt. Infans *D. Ferdinandus*, pater Sereniſſimi Regis *Emmanuelis*, prout ipſe Rex ante poſſeſſionem Regni, fuerunt Duces Civitatis de *Beja*, & ejus frater Dux Civitatis *Vicenſis.* Eodem modo Sereniſſimus Rex *Alphonſus V.* donavit *D. Petro de Menezes*, *Villam Regalem*, cum aliis multis Villis, & locis. Et denique idem Sereniſſimus Rex *D. Joannes IV.* donavit Sereniſſimo Infanti *D. Petro* integram Domum *Villæ Regalis*, & Civitatem de *Beja*, quarum poſſeſſionem pacificè adeptus eſt ſine aliqua dubitatione, nec controverſia. 27

Ergò etiam attentâ eâdem opinione contrariâ dicta donatio facta Sereniſſimæ Infanti valida eſt, quia 28

Digitized by Google

quia Sereniſſimus Rex ejus pater, eam facere poterat ſecundùm antiquiſſimam conſuetudinem, ab origine Regni; quia hæc limitatio admittitur à DD. contrariæ opinionis, de quibus ſupra *à num.* 23.

29 Secunda limitatio eſt, quando (remotâ illâ conſuetudine, & obſervantiâ) Civitates, Villæ, & Vaſſalli, alienantur, & ſeparantur à Corona ob juſtam cauſam, vel neceſſitatem, aut rationem publicæ utilitatis Regni, vel pro bono pacis: tunc enim ſeparari, & donari poſſunt invitis Civibus, & propter eas receditur à juris Regulis, & poteſt Rex etiam juvari de bonis eorundem Vaſſallorum; ita pluribus relatis Paſchal. *de Patria poteſt. d. cap.* 1. *num.* 68. ibi:

Supra dicta tamen Concluſio, quod Rex non poteſt invitis Vaſſallis alienare terras dominicales, multas habet limitationes; quarum prima eſt, quòd non procedit, quando alienatio fit ex cauſa maximè neceſſaria, &c. & ibi: *Præſertim, ſi fiat pro bono pacis, nam ejus intuitu receditur à juris Regulis.* Et ibi: *Poteſt enim Supremus Princeps pro bono pacis, & publica utilitate res privatorum etiam in totum auferre, &c.*

30 Eandem reſolutionem ſequuntur Gramat. *Vot.* 28. Menchac. *Illuſtrium lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 19. Maſtrilh. *de Magiſtratib. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 28. & cum pluribus aliis idem *Maſtrilhus* in Concilio, quod protulit in favorem *Marchioniſſæ de Tortoreto*, ejus matris, quod reperitur *lib.* 3. *cap.* 10. *de Magiſtratib. n.* 41. ibi:

Secundò principaliter limitatur, quando alienatio fit ex neceſſitate Domini; tunc enim poſſunt invitis Vaſſallis alienari, &c.

31 Idem reſolvit Caſtilh. *d. Cap.* 17. *num.* 21. *verſ. Secundò limitatur*, ibi: *Secundò limitatur regula ipſa negativa, ut non procedat, quando ex juſta, & neceſſaria cauſa, atque ex neceſſitate Domini, ſive Regis, aut Principis alienatio fieret; quia ob neceſſitatem, ſive ob cauſam publicam Vaſſalli etiam invitis, & contradicentibus alienantur, &c.* Et ibi facit mentionem plurimarum donationum, & alienationum, quæ quotidie ob ſimiles cauſas fiunt in *Hiſpania*, prout fecit de proximo *Rex Caſtellæ* pro bono pacis, qui diſmembravit, & ſeparavit à ſuis Regnis *Comitatum de Ruiſſelhon*, & *Sardiniam* in confinibus *Cathaloniæ*, & *Franciæ* in favorem Regis Francorum.

Idem cum aliis reſolvit Pariſius *lib.* 1. *Conſil.* 22. *num.* 88. ibi: *Et certum eſt imminente caſu neceſſitatis validam eſſe translationem ſubditorum in alium, ipſis etiam multantibus, &c.* 32

Per ſimilia verba idem reſolvit latè Hippolyt. Riminald. *dict. Conſil.* 61. *à num.* 43. maximè *n.* 45. ibi: *Quare ſtante tali neceſſitate*; & ibi: *Poterit Sua Serenitas in inveſtitura facienda mentionem facere, ſine dubio verificatur conceſſio ſua; quia certum eſt in imminenti neceſſitate, validam eſſe translationem Subditorum in alium, ipſis etiam reluctantibus, &c.* & *num.* 46. agit quando datur neceſſitas publica: Joſeph Ramon plures referens *Conſil.* 37. *n.* 174. Latè Natta *dict. Conſil.* 367. *à num.* 14. 33

Planè donatio, quam Sereniſſimus Rex *Joannes IV.* fecit dictæ Sereniſſimæ Infanti, ejus filiæ, hodie Reginæ Magnæ Britaniæ, fuit ex neceſſitate juris, quòd tenebatur eam dotare: ex *L. ult. Cod. de Dotis promiſſione*, *L. Qui liberos, ff. Ritu nuptiar.* Valaſc. *Conſult.* 127. *num.* 6. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 249. *à num.* 1. plures per Cardoſ. *verbo, Pater, num.* 16. 34

Quapropter idem jus obligat Regnum, & ejus Vaſſallos ad contributionem dotis Infantium: Gloſſa *Verbo, Canonicæ in L. Placet, Cod. de* 34

Sa-

Sacroſanct. Eccleſ. Tiraquel. *de Primogenitur. quæſt.* 70. *num.* 2. Boer. *deciſ.* 125. *num.* 2. Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 54. Marius Muta *in Conſtitution. Regni Siciliæ tom.* 1. *cap.* 6. *&* 7.

36 Præterea fuit in utilitatem publicam ipſius Regni cognitam per eundem *Regem* donatorem, & pro ſervandâ pace, & continuando commercio cum Regno *Britaniæ* potentiſſimo, in pace enim vertitur utilitas publica: ex Gail *lib.* 2. *obſervat.* 57. *num.* 1. *&* *Mantuan.* ibi:

Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum,
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli,
Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace,
Nil placitum eſt ſine pace Deo, nec munus ad aram.

37 Nulla immunitas, nec privilegium, quanvis exuberantius, includit caſum publicæ utilitatis, & urgentis neceſſitatis; ſemper enim manet exemptus à juris Regulis, & diſpoſitionibus, etiam privilegiatis: ex Surd. *Conſil.* 313. *n.* 97. Carol. Bardec. *Conſil.* 137. *n.* 7. Pacian. *Conſil.* 7. *num.* 124. latiſſimè in utroque caſu, & pluribus citatis DD. & Deciſionibus, Caſtilh. *de Tertiis tom.* 7. *cap.* 9. *à num.* 22. *&* 24. *cum ſeq.*

38 Et in ſpecie in donatione, & dote promiſſa per Reges filiis, aut filiabus ſuis, quòd ſemper ſint exceptuatæ, reſolvit Oldrad. *Conſil.* 94. *num.* 23. *& Conſil.* 95. *per totam*, ubi reſolvit donationem valere, etiam non obſtante juramento Regis, & *num.* 7. refert verba elegantia ad intentum, & *à num.* 9. comprobat *Reginas*, *& filios Regum* ſemper eſſe exceptuatos à juramento, quod præſtant de non dandis, nec alienandis bonis Coronæ: ſequuntur Rippa *Reſponſ.* 80. Mieres *de Maiorat.* 4. *part. quæſt.* 1. *limit.* 6. *n.* 80. ibi: Reges poſſunt donare bona Regni illis perſonis, quæ ſunt de genere, &c. & *à num.* 38. agit de quodam legato relicto per Regem Catholicum *Ferdinandum* Reginæ *Joannæ* filiæ ſuæ, dicens ampliandum ex qualitatibus perſonarum: Ruin. *lib.* 1. *Conſil.* 31. *num.* 6. Menoch. *lib.* 11. *Conſil.* 1003. *n.* 48.

39 Tertia limitatio eſt: poſſe *Reges* ob benemerita, & ſervitia perſonalia donare *Civitates*, *Villas*, *Loca*, *& Fortalitia*: ut per Barthol. *in Proœmio Digeſtorum*, *num.* 14. Reſtaurus *de Imperatore*, *quæſt.* 104. Covar. *in Cap. Quanvis pactum*, 2. *part. num.* 4. §. 2. *verſ. Huc etiam*, *de Pact. in* 6. Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. in terminis, pluribus relatis Menoch. *dict. Conſil.* 1003. *à num.* 49. & præcipuè *à num.* 56. ubi pluribus relatis reſolvit, ob remunerationem poſſe donare domos unius Vaſſalli alteri; & *à num.* 59. reſolvit, quod in his terminis non eſt neceſſe, quòd benemerita, & ſervitia æquivaleant rei donatæ, maximè *num.* 62. *&* 63. plures per *Caſtilhum* circa hanc limitationem, & declarationem dicti *Cap.* 17. *à num.* 22. *uſque ad fin.* ubi dicit, quòd quanvis amplior, & exuberantior ſit Legis prohibitio, nunquam comprehendit remunerationem benemeritorum, & quod ſemper debet ſtare per aſſertionem, & declarationem Regis donantis.

Planè in donatione, quam Sereniſſimus Rex *Joannes IV.* fecit Sereniſſimæ *Infanti Reginæ*, declaravit ei hanc donationem feciſſe ob benemerita perſonalia, ultra alios reſpectus in ea declaratos, ut patet ex donatione, ibi: *E por folgar por todos eſtes reſpeitos, e em particular pelos merecimentos peſſoaes da Infanta, que accreſcentaõ muito a eſtimaçaõ, que della faço, e o grande amor,* 40

que

que lhe tenho, *&c.* cujus aſſertioni integra eſt adhibenda fides: juxta DD. ſupra relatos *num.* 39.

41 Sed quanvis, non obſtantibus prædictis rationibus, relinqueretur dicta donatio ad arbitrium, an ex illa redundaret Coronæ læſio, ſeu præjudicium, ſemper regulandum erat arbitrium in favorem donationis, attentâ juris diſpoſitione ſupradicta, circunſtantiis, qualitatibus, benemeritis, & ſervitiis Sereniſſimæ *Infantis*, & ſemper declarandum erat, non ſolum non reſultaſſe præjudicium, immò potius reſultaſſe, & cedere in notoriam utilitatem, & honorem Regni.

42 Ad hoc arbitrium inducendum conſiderant DD. eſſe attendendas qualitates, & circunſtantias temporis, & cauſarum occurrentium, & poteſtatem Regis, & facultates Patrimonii Regalis, & qualitatem perſonæ, cui fit donatio, & finem, cujus intuitu fit donatio; ut per Caſtilh. *dict. Cap.* 17. *num.* 10. *verſ. Ubicunque*, *&* *n.* 17. *verſ. Secundus caſus*, *&* *verſ. Id tamen*, *&* *num.* 19. *&* 21. *verſ. Et nihilominis*, latè Menoch. *dict. Conſil.* 1003. *n.* 56. *verſ. Tertia eſt*, *&* *num.* 57. ubi conſiderat, an Civitas donata ſit ex principalioribus, & inſignioribus Regni, & an ſit in confinibus propter periculum infidelitatis donatarii? vel quando donatio fit abſolute ſine aliqua dominii reſervatione, vel ſuperioritate latè: Menoch. *de Arbitr. caſ.* 559. *à n.* 2. plures per Burſatum *Conſil.* 160. *n.* 79. *&* *n.* 85. Caſtih. *d. Cap.* 17. *num.* 14. *verſ. Diluitur*, *&* *n.* 7. qui omnes hanc declarationem, & intelligentiam ſequuntur.

43 Planè in præſenti donatione concurrunt omnes prædictæ circunſtantiæ, & qualitates, & verſatur publica utilitas ratione Matrimonii, quod contraxit Sereniſſima *Infans Regina* cum Sereniſſimo, & Potentiſſimo *Rege Magnæ Britaniæ*; conſervatur etiam pax, & commercium cum illo Regno, & ſperantur magna augmenta, & emolumenta ſpiritualia, & temporalia, & in ſtatu præſenti iſtud Matrimonium in opinione prudentiorum, & Religioſorum hominum habetur, tanquam medium magis proportionatum conducens ad ſecuritatem Regni, & ad illius firmitatem, & perpetuitatem.

Civitas *Lamecenſis* non eſt inſignior, nec principalior hujus Regni, 44
nec in illius confinibus exiſtit, nec unquam timeri poterat à ſuo naturali Regi defeciſſe, nec per talem donationem fuit abſolutè à Corona ſeparata, quia fuit facta juxta formam legis mentalis; & ſic omnes ſuperioritates manent Coronæ reſervatæ, & fuit etiam temporalis, quouſque per Regnum terræ donatæ redimerentur, ſi Sereniſſima *Infans* extra Regnum contraheret Matrimonium; & tandem eſt *filia* Sereniſſimi *Regis* donatoris, naturalis hujus Regni, & Soror Sereniſſimi Regis *Alphonſi VI.* ob quas rationes ſemper exempta manebat ab omnibus Legibus prohibitivis, etiam ſtante opinione contraria, quæ ceſſat ex omnibus ſupra dictis; ut cum *Bartholo*, Oldrado, & aliis reſolvit Menoch. *d. Conſil.* 1003. *n.* 93. *verſ. Tertiò accedit*: & ſic, non obſtante allegatione *Cameræ Lamecenſis*, eſt pro Sereniſſima *Infante* declarandum, & in poſſeſſionem mittenda.

Reſolutio hujus controverſiæ ſuſ- 45
penſa fuit, quia hoc medio tempore actum eſt de Matrimonio Sereniſſimæ *Infantis* cum Sereniſſimo *Rege Magnæ Britaniæ*; ſed quia Corona ob magnas belli expenſas non poterat integram dotem promiſſam præſtare, Sereniſſimus Rex *Alphonſus VI.* facultatem conceſſit Domino Infanti *D. Petro*, ut emeret Civitatem *Lamecenſem*, Villam de *Moura*, & *Uliginem de Magos*, per quantitatem conventam inter *Procuratores* Domini *Infantis*, & Dominæ *Infantis*, ſupplendo omnes juris de-

defectus, & minorem ætatem Dominorum *Infantium*; prout conſtat ex Diplomate, & apoſtilla tenoris ſequentis.

Diploma Regium.

46 *Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Alvarà virem, que tendo reſpeito ao que ElRey meu Senhor, e Pay, que Santa Gloria haja, com juſta, e devida conſideraçaõ houve por bem fazer mercè à Infanta Dona Catharina, minha muito amada, e preſada Irmãa, de doaçaõ da Cidade de Lamego, da Villa de Moura, e ſeus Celeiros, e do Paùl de Magos com ſuas rendas, e Padroados, excepto as Cizas, Alfandegas, e Biſpados, tudo na fórma contheùda, e declarada em a Carta, Patente de doaçaõ, feita no primeiro do mez de Novembro do anno* 1656. *para com o mais, que na dita doaçaõ ſe contèm, ſervir em parte para dote, e ſuſtentaçaõ da meſma Infanta, ſendo tudo taõ inferior ao neceſſario para ſeu eſtado; e por Alvarà do primeiro dia do mez de Novembro do dito anno ſer ſervido ElRey meu Senhor, e Pay fazer declaraçaõ, que ſe a Infanta tomaſſe eſtado fóra do Reino, ou por outra razaõ igualmente poderoſa, ſe compuzeſſe o valor da dita doaçaõ, tendo conſideraçaõ aos rendimentos, datas, ventagens, e prerogativas della; e hora naõ haver lugar de ſe poder compor no caſo, que de preſente ſe offerece, de caſar a Infanta fóra do Reino, conforme ao que no dito Alvarà ſe premeditou, e ſer neceſſario uſar de outro meyo para accommodar a Infanta, em falta de ſeu dote, em o que ſe naõ acha outro mais conveniente, que dando licença ao Infante D. Pedro, meu muito amado, e preſado Irmaõ, para comprar à Infanta as ditas terras, direitos, e juriſdicçoens dellas, aſſim como lhe pertenciaõ, e podiaõ pertencer na fórma da dita doaçaõ. Hey por bem, e me praz conceder licença ao Infante, e Infanta para por ſeus Procuradores, ou pelas peſſoas, que ſeus poderes tiverem, poſſaõ comprar, e vender as ditas terras, ſeus direitos, e juriſdicçoens, intervindo em ſeus pactos, e contractos aquellas diligencias, e ſolemnidades, que para ſubſtancia, fórma, e validade dellas forem neceſſarias. E eſte Alvarà ſe cumprirà, como ſe nelle declara, ſem embargo da repoſta, que ſobre iſto deu o Procurador de minha Coroa; e valerà, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno, ſem embargo da Ordenaçaõ* lib. 2. tit. 40. *em contrario. Manoel do Couto o fez em Lisboa, a* 30. *de Agoſto de* 1661. *Jacinto Fagundes Bezerra o fiz eſcrever.* Rainha.

Apoſtilla.

Hey por bem, que o Alvarà atràs 47 *ſe cumpra como ſe nelle declara, para o que hey por ſupprida a idade dos Infantes nelle declarados, meus muito amados, e preſados Irmãos, e todas as mais ſolemnidades requiſitas por direito, e Ordenaçaõ do Reino, como ſe todas actualmente intervieſſem na compra, e venda, do que o dito Alvarà trata. Hey outro ſy por bem derogar todas as Leys, e Ordenaçoens, que fizerem em contrario, as quaes hey por expreſſas, e declaradas para o meſmo effeito, como pedem os Procuradores dos Infantes; e eſta Apoſtilla, e o dito Alvarà valeràõ, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno, ſem embargo outro ſy da Ordenaçaõ* lib. 2. tit. 40. *em contrario. Manoel do Couto o fez em Lisboa, a* 22. *de Setembro de* 1661. *Jacinto Fagundes Bezerra o fiz eſcrever.* Rainha.

Virtute harum facultatum, Sereniſſima *Regina Portugalliæ*, Tutrix, 48 & Adminiſtratrix perſonæ, & bonorum Domini Infantis, me ſpecialem *Procuratorem* creavit, & Domina Infans *Doctorem Franciſcum Lopes Henriques* ad hanc emptionem, & venditionem faciendam

dictorum bonorum, *de juro, & herdade*, juxta formam donationis Dominæ *Infantis*, pacto convento centum & quinquaginta millium ducatorum, quos tradidi theſaurario dotis Dominæ *Infantis*, & fecimus ſcripturam emptionis, & venditionis die 19. menſis Decembris 1661. quam poſtea confirmavit Sereniſſimus Rex *Alphonſus* per Diploma tenoris ſequentis.

Diploma confirmatorium.

49 *Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Alvarà virem, que havendo reſpeito ao que por ſua petiçaõ me envìou a dizer o Procurador do Infante Dom Pedro, meu muito amado, e preſado Irmaõ, acerca de lhe confirmar a eſcritura de venda, que a Infanta Dona Catharina minha muito amada, e preſada Irmãa lhe havia feito da Cidade de Lamego, Villa de Moura com ſeus Celleiros, e Paúl de Magos, de que ElRey meu Senhor, e Pay, que Santa Gloria haja, lhe havia feito doaçaõ pelo preço declarado na dita Eſcritura de venda, que parecia ſer ſubſcripta, e aſſinada por Theodoro da Coſta e Souſa, Tabaliaõ de Notas neſta Cidade, dos 19. dias do mez de Dezembro de 1661. E viſto o que em razaõ deſte particular repreſentou, e ſem embargo da repoſta, que nelle deu o Procurador de minha Coroa, ſendo ouvido; me praz, e hey por bem de confirmar, como por eſte Alvarà confirmo, e hey por confirmada de meu motu proprio, certa ſciencia, poder Real, e abſoluto, a dita Eſcritura de venda nas couſas nella referidas, como ella contém, com todas as clauſulas, condiçoens, e ſolemnidades declaradas na dita Eſcritura; e mando a todas as minhas Juſtiças, Officiaes, e peſſoas, a que pertencer, que cumpraõ eſte Alvarà inteiramente como ſe nelle contém, ſem a iſſo ſer poſta duvida alguma, o qual me praz, que valha como Carta, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno, ſem embargo da Ordenaçaõ* lib. 2. tit. 40. *em contrario; e naõ pagou novos direitos, pelos naõ dever, como ſe vio por aſſento do Eſcrivaõ delles Henrique Correa da Sylva. Antonio de Moraes o fez em Lisboa, a 22. de Março de 1662. Pedro Sanches Farinha o fez eſcrever.* Rainha.

Per aliud Diploma juſſit Sereniſſimus Rex *Alphonſus*, ad mei inſtantiam, immitti Dominum *Infantem* in poſſeſſionem, prout conſtat ex eodem Diplomate tenoris ſequentis.

Diploma de emittendo in poſſeſſionem.

Eu ElRey faço ſaber aos que eſte 50
Alvarà virem, que havendo reſpeito ao que por ſua petiçaõ me envìou dizer o Procurador do Infante D. Pedro meu muito amado, e prezado Irmaõ, ſobre ſe dar poſſe a ſeus Procuradores da Cidade de Lamego, Villa de Moura, com ſeus Celleiros, e Paúl de Magos, que compràra com licença minha à Infanta Dona Catharina, minha muito preſada, e amada Irmãa (por cento, e cincoenta mil cruzados) de que ella era Donataria, aſſi, e da maneira, que as ditas terras foraõ doadas por ElRey meu Senhor, e Pay, que Santa Gloria haja, pedindome lhe mandaſſe paſſar Alvarà para ſe lhe dar a dita poſſe, e a ſeus Procuradores das ditas terras, rendas, juriſdicçoens, Padroados, e de todos os mais direitos incluidos na doaçaõ inſerta na Carta de venda, e que nenhum Miniſtro, nem Official de Juſtiça, nem outra alguma peſſoa lhe impida a dita poſſe. E viſto o que allega, e repoſta, que ſobre iſſo deu o Doutor Jorge Privado de Faria, Procurador de minha Coroa: ſem embargo della hey por bem, e me praz, que ſe

Digitized by Google

ſe dè poſſe das ditas terras, e Paùl de Magos, e das rendas, juriſdicçoens, Padroados, e de todos os mais direitos incluidos na doaçaõ referida, aos Procuradores do dito Infante, como pede; e mando aos Corregedores, Provedores, e Juizes de Fóra, a quem tocar, e eſte for apreſentado, e requerido o cumprimento delle, dem as ditas poſſes, e a todos os Miniſtros, e Officiaes de Juſtiça, e a todas as peſſoas de qualquer qualidade, e ſorte, que ſejaõ, que as naõ impidaõ, cumprindo-ſe eſte Alvarà, como nelle ſe contém, que valerà, poſto que ſeu effeito haja de durar mais de hum anno, ſem embargo da Ordenaçaõ do lib. 2. tit. 40. *em contrario: e naõ pagou novos direitos por ſer do Infante, como ſe vio por Certidaõ do Eſcrivaõ delles. Manoel do Couto o fez em Lisboa, a* 17. *de Dezembro de* 1662. *Jacinto Fagundes Bezerra o fiz eſcrever.* Rey.

RESOLUT. LXXXV.

An Judex Ordinum Militarium ſit competens ad cognoſcendum de cauſa decimarum inter Commendatores, & Donatarios Coronæ, vel debeat eſſe Vicarius Generalis territorii?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries uſque ad num.* 4.
5 *Sententia Coronæ in favorem Prioris Generalis.*
6 *Fuit revocata in Tribunali Palatii.*
7 *Fuit impedita per Procuratorem Religionis, & Coronæ.*
8 *Triplex fundamentum Sententiæ Coronæ.*
9 *Actor ſequitur forum Rei.*
10 *Judex Eccleſiaſticus tenetur obſervare Leges Eccleſiaſticas in ſuo foro.*
Ibi. *Datur recurſus ad Coronam à Judice Eccleſiaſtico non obſervante Leges Canonicas, & Decreta Concilii Tridentini.*
11 *Judex Ordinum Militarium habet juriſdictionem limitatam inter Fratres, & contra Fratres.*
Ibi. *Clauſula* (Sublata) *aufert facultatem faciendi aliquid ſine aperitione oris.*
12 *Bullæ, & Reſcripta Apoſtolica ſunt ſtricti juris, & non habent extenſionem.*
13 *Judex non cognoſcit ultra cauſas ſibi commiſſas.*
14 *Nulla maior injuſtitia, quàm nullitas pendens ex defectu juriſdictionis.*
Ibi. *Injuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*
15 *Cognitio cauſæ decimarum competit privativè in prima inſtantia ad Judicem Ordinarium territorii.*
16 *Juriſdictione alicui privativè conceſſa, non poteſt alius Judex ſe in cauſa intromittere.*
17 *Ampliatur quanvis lis moveatur contra Commendatores, & exemptos.*
18 *Exempla contra Commendatores, qui fuerunt condemnati per Ordinarium.*
19 *Quidam Commendator fuit proviſus in Judicio Coronæ; ſed in Senatu Palatii fuit Sententia revocata.*
20 *Contentio inter Vicarium Generalem, & Conſervatorem Ordinum, & num.* 21.
22 *Quæſtio fuit deciſa in favorem Ordinarii per ſex Senatores.*
23 *Sententia Palatii fuit contra ſupra reſoluta.*
25 *Qualitas allegata in Libello ſufficit ad fundandam juriſdictionem.*
26 *Judex Ordinum eſt competens ad cognoſcendum de rebus ad Ordines pertinentibus.*
27 *Juriſdictio Ordinaria eſt potentior, quàm conceſſa ex privilegio.*

28 *Juriſdictio Judicis Ordinum Militarium, eſt ex privilegio.*
30 *Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo.*
32 *Fines terminorum probantur ex duplici identitate.*
33 *Exceptio Monaſterii, & Procuratoris Coronæ contra reſolutionem Palatii, recepta fuit.*
34 *Reſponſio Commendatoris ad* Cap. 2. §. Diœceſani; de Decimis, in *6. uſque ad num. 36.*
37 *Sententia arbitrorum lata authoritate Apoſtolicâ inter Ordines, & Archiepiſcopum Eborenſem, ſuper controverſia juriſdictionis.*
39 *Sententia eſt ſtricti juris, & non extenditur.*
40 *Compromiſſum non egreditur perſonas compromittentes.*
41 *Poſſeſſio immemorabilis habet vim tituli legitimi, & Canonici.*
43 *Sententia lata in Judicio incompetenti, nulla eſt.*
44 *Nullitas Sententiæ objici poteſt, etiam poſt tres Sententias conformes.*
45 *Vitium nullitatis, quod eſt in Sententia confirmata, eſt etiam in Sententia confirmante.*
46 *Ex læſione enormiſſima reſultat nullitas notoria, & dolus re ipſa.*
47 *Sententia Palatii revocatoria primæ, de qua ſupra num. 6.*
48 *Hanc Sententiam voluit Commendator impedire in Chancellaria, ſed admiſſus non fuit.*
49 *Judex Ordinum obtemperavit Sententiæ Palatii, & Coronæ.*
50 *Judex Ordinum annullavit omnia facta in ſuo Judicio, tanquam incompetenti, ſuper Decimis contentionis.*

Eccleſiæ *S. Olaæ*, & *Quiajos* Conimbricenſis Diœceſis ſunt unitæ in perpetuum Monaſterio *S. Crucis* Conimbricenſis per donationem Regiam, quod à tempore immemorabili eſt in poſſeſſione percipiendi Decimas omnium proprietatum intra limites dictarum Eccleſiarum exiſtentium ſine aliqua controverſia; prout conſtat ex demarcatione facta tempore Regis *Joannis I.* anno 1426.

Cùmque *Antonius de Teive* Commendator Commendæ *S. Petri das Albadas*, proviſionem impetraſſet ad demarcationem dictæ Commendæ, illius Judex, certas terras ad dictas Eccleſias pertinentes per uſurpationem intra limites dictæ Commendæ collocavit, & limites fixit. 1

Contra dictam demarcationem Monaſterium exceptionem nullitatis oppoſuit, quæ finaliter fuit habita pro probata; à qua Sententia Commendator ad *Senatum Portuenſem* appellavit, ubi fuit confirmata; & juſſum eſt, terminos demoliri, & in executione dictus Commendator impedimenta obtulit, quæ iterum remiſſa ad *Senatum* rejecta fuerunt, & tandem termini fuerunt demoliti. 2

Evicto ſic Commendatore, actionem ſpolii intentavit coram *Conſervatore Ordinum Militarium*, qui Monitorium expedivit, ut Monaſterium à perceptione dictarum Decimarum deſiſteret; contra quod Monaſterium exceptionem oppoſuit, quam Conſervator recepit, & finaliter habuit pro probata, & Monaſterium abſolvit: quæ Sententia fuit confirmata in gradu appellationis, & tranſivit in rem judicatam. 3

Tandem dictus *Commendator* contra *Monaſterium* Libellum obtulit in proprietate coram *Judice Ordinum Militarium*, contra quem *Monaſterium* exceptionem declinatoriam, & incompetentiæ oppoſuit, declinando ad judicium *Vicarii Generalis Conimbricenſis*, qua rejecta Monaſterium gravamen interpoſuit ad Tri- 4

Tribunal *Menſæ Conſcientiæ*, ubi ei delatum non fuit. Quare *Procurator Coronæ* gravamen interpoſuit ad *Judicium Coronæ*, ubi lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

5 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de aggravo, que tirou o Procurador da Coroa do dito Senhor do Reverendo Juiz das Ordens; e como por elles ſe moſtra, que ſendo Antonio de Teive Commendador da Commenda de S. Pedro das Albadas, à ſua inſtancia foy citado o Convento de Santa Cruz da Cidade de Coimbra para o dito Juizo das Ordens, ſobre, e por razaõ de huns Dizimos de certas terras, de que o dito Convento eſtava de poſſe, pertendendo tocavaõ à ſua Commenda; e vindo com excepçaõ* declinatoria fori, *fundada, em que era R. o Moſteiro, e que conforme a Direito Civil, e Canonico tinha o ſeu Juiz competente, como ficava ſendo o Vigario Geral da Cidade de Coimbra, elle dito Juiz lha naõ recebeo; e aggravando-ſe por parte do Convento R. para a Meſa da Conſciencia, os Deputados della lha naõ receberaõ, condemnando o Advogado em pena de dinheiro, no que lhe fez oppreſſaõ notoria, tirando aos ditos Religioſos do Moſteiro (ſendo RR.) de ſeu Juizo Ordinario competente, e levando-os ao ſeu das Ordens incompetente, e que ſómente tem vigor entre os Cavalleiros huns com outros, ſendo AA. ou RR. E ſendo RR. no crime intentado contra elles, e no mais naõ, e fazendo o contrario fica offendendo a juriſdicçaõ Ordinaria Eccleſiaſtica, ao que o dito Senhor tem obrigaçaõ de acudir, naõ conſentindo quebrantamento della, nem que os ditos Religioſos de tanta diſtancia venhaõ ao dito Juizo das Ordens. O que tudo viſto, mandaõ ſe paſſe Carta para o dito Juiz, e Deputados, em que o dito Senhor lhes roga, e encommenda deſiſtaõ da dita oppreſſaõ naõ procedendo contra os RR. e naõ o querendo fazer (o que delles ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças ſeculares naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, mandados, nem procedimentos. Lisboa, 14. de Mayo de* 1649. Porto. Vaſconcellos. Gouvea.

6 Virtute hujus Sententiæ expeditæ fuerunt Chartæ rogatoriæ, quibus Judex Ordinum noluit obtemperare, propter quod fuit vocatus ad *Tribunal Palatii*, & eo audito judicatum eſt Chartas fuiſſe malè expeditas; contra quam Sententiam *Procurator Coronæ*, & *Monaſterium* exceptionem oppoſuerunt, qua pendente, dictus *Commendator* ſubreptitiè fecit acta à Judicio Coronæ ad *Ordinum Militarium* tranſportari, & proteſtante *Monaſterio* de nullitate, *Judex Ordinum* protulit Sententiam definitivam contra *Monaſterium*, quæ in gradu appellationis fuit confirmata: & procedente Judice Ordinum in liquidatione, quin *Monaſterium* aliquam faceret probationem, illud condemnavit in magna pecuniarum ſumma, quæ Sententia etiam confirmata fuit in *Tribunali Ordinum*.

7 Expeditâ hac Sententiâ per Chancellariam, contra eum oppoſuit *Monaſterium* in executione exceptionem notoriæ nullitatis, qua pendente, acta advocata iterum fuerunt ad *Judicium Coronæ*, ut cum eis exceptio oblata per *Procuratorem Regium*, contra Sententiam Palatii decideretur, & tandem tranſportatis actis ad idem *Tribunal*, ego in confirmationem exceptionis *Procuratoris Coronæ*, & *Monaſterii* ſequentes obtuli rationes.

8 In primis: quia Sententia Coronæ, de qua ſupra *num.* 5. triplici innititur fundamento. Primum: quòd Monaſterium erat R. & declinaverat ad Judicium *Vicarii Generalis Conimbricenſis*, in cujus Diœceſi prædia contentionis ſita erant.

Se-

Digitized by Google

Secundum: *Judicem Ordinum Militarium*, habere juriſdictionem limitatam ad cognoſcendum de cauſis motis inter Fratres, & contra Fratres. Tertium: cauſas Decimales privativè pertinere ad Ordinarios territorii; quæ fundamenta erant juſtificata in jure, & in facto per eundem proceſſum, & per appenſos.

9 Primum fundamentum probatur ex vulgari Regula juris, quod A. tenetur ſequi forum R. DD. *per text. in Cap. Si Clericus Laicum, & per text. in cap. Cum ſit generale, de Foro competenti, L. Juris Ordinem, Cod. de Juriſdict. omn. Judic. L. ult. Cod. Ubi in rem actio.* Ordinat. Reg. *lib. 3. tit.* 11. *in princip.* Plures per Barboſ. *Axiom.* 10. *num.* 1. Petrus Barboſ. *in L. Hæres abſens, ff. de Judic.* §. *Proinde, à num.* 8. Quare, opponente *Monaſterio* ſuam exceptionem declinatoriam, tenebatur *Judex Ordinum* Militarium eam recipere, quia erat in dicta Regula juris fundata, & rejectione notoriam intulit Monaſterio violentiam.

10 Ratio eſt, quia Judex Ordinum Militarium eſt Eccleſiaſticus, & tanquam talis tenebatur obſervare Leges Eccleſiaſticas in ſuo foro: ex vulgari Regula textus in *Cap.* 1. *de Conſtitut.* Soar. *de Legib. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Plures per Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 2. §. 3. *à num.* 2. Et à Judice non obſervante Leges Canonicas, & Decreta Concilii Tridentini, datur recurſus ad Coronam: ex Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 11. *&* 2. *part. cap.* 63. *num.* 42. *& cap.* 17. *n.* 6. Barboſ. *de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 60. Quia Rex eſt Protector Sacrorum Canonum, & Conciliorum: Barboſ. *in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de Reform. num.* 15. Mend. à Caſtr. *in Prax.* 2. *part. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 28. *& de Penſion. quæſt.* 6. *num.* 6. Gabr. Pereir. *deciſ.* 22. *n.* 6. Cevalh. *tom.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 9. & ita judicatum refert Themud. *deciſ.* 2. *n.* 2. Ergo primum fundamentum Sententiæ Coronæ eſt firmiſſimum.

Secundùm fundamentum Sententiæ Coronæ, ſcilicet juriſdictionem Judicis Ordinum Militarium, eſſe limitatam, probatur per *Bullam* Summi Pontificis *Pii IV.* trium inſtantiarum, quam tranſcripſit *D. Carolus à Noronha* in ſua Allegatione *pro Ordinibus pag.* 155. *n.* 191. ubi Pontifex ei juriſdictionem conceſſit inter Fratres Ordinum, & contra Fratres, ibi: *Inter Fratres Clericos, vel Milites Militiarum præfatarum, vel contra illos occurrentes*; & *pag.* 157. *ad fin.* ibi: *In omnibus, & ſingulis caſibus, litibus, & controverſiis, tam Civilibus, & Criminalibus, quàm aliis inter eoſdem Fratres, Milites, & Clericos dictarum Jeſu Chriſti, S. Jacobi, & Avis Militiarum, ſeu contra eos motis, & movendis, &c.* Et in fine aufert poteſtatem aliter judicandi, quæ clauſula claudit os, & aufert facultatem, aliquid faciendi contra dictam Conſtitutionem ſine apertione oris: Gratian. *Forenſ. Cap.* 559. *num.* 60. Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 175. *num.* 8. *& num.* 17. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 116. *num.* 6. 11

Cum ergo Judex Ordinum Militarium habeat juriſdictionem limitatam inter Fratres, & contra Fratres, non poterat extendere juriſdictionem ad cognoſcendum de cauſa dicti Monaſterii nullo jure ſibi ſubjecti, contra formam Bullæ, quæ eſt ſtricti juris, & non patitur extentionem: ex Regul. text. *in Cap. P. & G. de Offic. Delegat.* Gratian. *Forenſ. Cap.* 938. *n.* 2. Ricc. 2. *part. deciſ.* 175. *num.* 4. *&* 3. *part. deciſ.* 60. *n.* 1. Surd. *Conſil.* 181. *n.* 5. *& Conſil.* 105. *num.* 27. Scacia *deciſ.* 75. *num.* 2. 12

Quare dictus Judex non poterat cognoſcere ultra cauſas ſibi conceſſas: ex Surd. *Conſil.* 166. *num.* 11. Bo- 13

Bovadilh. *Politic. lib. 2. cap. 21. num.* 255. *in med.* & tantum inter eaſdem perſonas Fratrum juxta tenorem commiſſionis; ut cum aliis reſolvit Mendes à Caſtr. *in Prax. 2. part. lib. 2. cap. 3. num. 3.*

14 Ex quo reſultat veritas ſecundi fundamenti, Judicem Ordinum Militarium non poſſe cognoſcere, nec ſe competentem pronuntiare in cauſa contentionis, & debere admittere exceptionem declinatoriam, quia nulla maior injuſtitia, quàm nullitas pendens ex defectu juriſdictionis: ex Vant. *de Nullitat. tit. Ex defectu proceſſus*, *num.* 7. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 9. *in Annot. contra nullitat. & attent. num.* 172. & injuſtitia notoria æquiparatur nullitati: Gratian. *Forenſ. Cap.* 531. *num.* 71. Surd. *Conſil.* 61. *num.* 24. *& Conſil.* 160. *num.* 50. Et ideo juſtè ſupplicavit Monaſterium ad Coronam, & ei juſtè delatum fuit in Sententia, de qua *ſupra num.* 5. & in ſimili idem judicatum eſt ſupra *Reſolut. 7. num.* 12.

15 Tertium fundamentum Sententiæ fuit cognitionem cauſæ Decimarum privativè ad *Ordinarium* territorii in prima inſtantia pertinere: ita DD. per text. *in Cap. Tua nobis*, §. *ultim. de Decim. cap. ultim. de Rerum permutat. cap. Cauſam*, *de Præſcript.* Concilium Tridentinum *Seſſ. 24. cap. 20. de Reformatione.*

16 Quare Judex Ordinum Militarium non poterat de ea cognoſcere, quia ubi alicui conceditur juriſdictio privativè, non poteſt alius Judex ſe in tali cauſa intromittere: ex Ordinat. Reg. *lib. 1. tit.* 51. *in fin. principii*, ibi: *Nenhum outro julgador tomarà conhecimento*, & ibi Barboſ. *In remiſſ.* quanvis partes in eo conſentiant: ex dicta Ordinatione §. 3. *in fin.* ibi: *Nenhum outro julgador conhecerà, poſto que as partes ſe deſaforem*; & ibi Barboſ. *in Remiſſ. num.* 3. Mend. à Caſtr. *in Prax. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. *verſ. Sed in hoc caſu.* Barboſ. *in L.* 1. *ff. de Judic. artic.* 4. *num.* 51. Valaſc. *Conſult.* 105. *num.* 56. Reinoſ. *Obſervat.* 60. *n.* 5. plures per Gratian. *Forenſ. tom.* 4. *cap.* 628. *num.* 16.

Ampliatur fundamentum: Sententiæ cognitio Decimarum ad Ordinarios pertinet, quanvis lis moveatur contra Commendatores, privilegiatos, & exemptos: ex *Cap.* 2. §. *Diœceſani*, *de Decimis in* 6. & ibi Gloſſ. *In caſus poſitione*, *verſ. Sed ponamus*, ubi dicit, quòd exempti poſſunt conveniri ſuper Decimis coram Ordinariis locorum, & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 15. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 38. *poſt principium*, ibi: *Cum hæc cauſa Decimarum ſit merè Eccleſiaſtica, privativè ſpectat ad Judicium Epiſcopi*, *&c.* Et poſt allegationem jurium, & DD. addit, ibi: *Adeò, ut etiam contra exemptos Epiſcopus cognoſcat*, *&c.* Themud. *part.* 1. *deciſ.* 2. *n.* 5. *& deciſ.* 260. *num.* 9. *& ibi num.* 2. refert exemplum *Ludovici de Saldanha*, Commendatoris Ordinis Chriſti, qui cum eſſet conventus ſuper Decimis coram *Vicario Generali* hujus Archipiepiſcopatus Ulyſſipponenſis declinavit ad Judicium Ordinum; & quia Vicarius Generalis declinatoriam rejecit, gravamen interpoſuit ad Coronam, in quo ei delatum non fuit. 17

In eadem *deciſione* 260. *num.* 10. refert idem *Themudus* ſeptem exempla, in quibus ipſe proceſſit; tanquam *Vicarius Generalis* in cauſis Decimarum contra Commendatores, & Milites Militiarum, qui declinantes ad Judicium Ordinum, ipſe non recepit declinatorias; quare gravamen interpoſuerunt ad Coronam, in quibus non fuerunt proviſi, & reddendo proceſſus ad ſuum Judicium Eccleſiaſticum, eos condemnavit ad ſolutionem Decimarum. 18

19 Et

19 Et quanvis Commendator *Rodericus de Figueiredo* fuiſſet proviſus in ſuo gravamine interpoſito ad Coronam per Sententiam, quam refert idem Themud. *part.* 1. *deciſ.* 2. *n.* 13. nihilominus delata cauſa ad *Tribunal Palatii* fuit Sententia revocata, prout conſtat ex Sententia, quam *ibi refert num.* 14.

20 *Conſervator* autem Ordinum Militarium, monitorium expedivit contra *Vicarium Generalem* ſub Cenſuris, & pœnis, ut non cognoſceret de cauſis Decimarum Commendatorum, & eas Judici Ordinum Militiarium remitteret; ſed quia Vicarius Generalis ei non detulit, contra eum cenſuras aggravavit, quas Capitulum Ulyſſipponenſe per quandam Paſtoralem nullas eſſe declaravit, & Vicarius Generalis, etiam contra conſervatorem monitorium expedivit ſub Cenſuris, & pœnis, nè eum in ſua ordinaria, & pacifica poſſeſſione perturbaret.

21 Cùmque dictus *Conſervator* non obtemperaſſet, Vicarius Generalis contra eum aggravavit Cenſuras uſque ad interdictum, quin Capitulum, nec Vicarius Generalis eum voluiſſet abſolvere, nec interdictum tollere, quanvis *Rex* per duas Epiſtolas hoc ipſum poſtulavit, & quod arbitros eligerent ex utraqne parte ſuper materia contentionis, quibus Capitulum reſcripſit; prout conſtat ex Themud. 3. *part. deciſ.* 262. *per totam*, ubi tranſcripſit Epiſtolas Regias, & reſponſiones Capituli.

22 Tandem Rex ſcripſit iterum Capitulo, & Vicario Generali, ut Cenſuras tolerent, quatenus cauſa contentionis in Judicio Coronæ non decidebatur, ad quam ſex Judices nominavit, qui fuerunt *DD. Didacus Marchaõ Themudo* eo tempore Judex Coronæ digniſſimus, *Antonius de Souſa de Macedo*, *Antonius Pereira de Souſa*, *Joannes Carneiro de Moraes*, *Alphonſus Botelho*, & *Franciſcus de Leaõ Macedo*, omnes doctiſſimi, & integerrimi Judices, qui, præſente inſigni Procuratore Coronæ Doctore *Thoma Pinheiro da Veiga*, cauſam in favorem Vicarii Generalis, & juriſdictionis Ordinariæ deciderunt 18. Novembris anni 1648. prout refert dictus Themud. *in fine Deciſionis* 266. *in Additamento deciſ.* 262. *pag.* 48. & 49. ubi refert tales Epiſtolas Regis, & prædictam Reſolutionem *pag.* 49. *colun.* 1. *in fin.*

Cum ergo dicta cauſa ſic fuiſſet deciſa per tot Sententias, & per illos ſex Judices integerrimos, qui ex commiſſione Regia de ea cognoverunt; ut pro illa vice decideretur ad quale Judicium cognitio Decimarum Commendarum pertinebat; nè iterum populus Cenſuris efficeretur, & cauſa fuiſſet deciſa in favorem Ordinarii, non poterat Sententia Palatii impedita ſuſtineri; maximè, quia fuit lata 18. Novembris anni 1650. duobus annis integrè elapſis poſt dictam reſolutionem, quæ illa vice tantum violata fuit, & non debebant Domini Senatores Palatini perſiſtere revocando dictam Coronæ Sententiam illis tribus legitimis latam fundamentis. 23

Maximé, quia in illo Decreto Palatino nulla ratio, nec fundamentum aliquod datum fuit, ut Sententia Coronæ revocaretur, & declaretur Chartas Coronæ fuiſſe malè expeditas, juxta formam ſtyli: ex Ordination. Reg. *lib.* 3. *tit.* 66. §. 7. & ex adductis ſupra *Reſol.* 48. *per totam*, maximè *à num.* 15. 24

Contra ſupra dicta allegavit adverſarius, Judicem Ordinum eſſe competentem, & Sententiam Palatii eſſe ſuſtinendam, ex eo quia, Commendator in ſuo libello allegavit Decimas contentionis ad ſuam Commendam pertinere, & Monaſterium eas uſurpatas habuiſſe; quæ 25

qua-

qualitas erat ſufficiens ad fundandam juriſdictionē Judicis Ordinum Militarium, virtute Brevium Apoſtolicorum: ex *L. Cum quædam puella, ff. de Juriſdiction. omn. Judic.* Ordination. Reg. *lib.* 1. *tit.* 65. §. 23. *& lib.* 2. *tit.* 1. §. 6. *& lib.* 5. *tit.* 23. §. 1. *verſ. Porèm*, Gabr. Pereir. *deciſ.* 43. *n.* 8. Nogueir. *allegat.* 31. *à n.* 12. Cancer. *lib.* 2. *Variar. cap.* 2. *num.* 202. Ciarlin. *part.* 1. *Controverſ. cap.* 52. *n.* 7. Giurb. *Conſil.* 96. *n.* 39. Themud. *deciſ.* 132. *n.* 1. *& deciſ.* 16. *à n.* 8.

26 Quare dictus Judex erat competens ad cognoſcendum, & obligandum Eccleſiaſticos, & ſæculares in ſuo Judicio pro rebus Ordinum reſpondere: ex Brito *in Cap. Potuit, de Locato,* 3. *part. cap.* 2. *n.* 57. *in fin.* ibi: *Cum agitur de re exempta, competens eſt Judex Ordinum Militarium, cum ratione rei pendeat talis exemptio, &c.* & proprietates contentionis eſſe intra limites ſuæ Commendæ, prout conſtabat ex libro appenſo.

27 Sed hæc allegatio in totum convicta fuit in jure, & in facto. Primò, quia erat contra textum expreſſum in dict. *Cap.* 2. §. *Diœceſani, de Decimis in* 6. Secundò, contra Bullam Papæ *Pii IV.* in qua dicto Judici conceſſit juriſdictionem limitatam inter Fratres, & contra Fratres: ex dictis *ſupra num.* 11. Tertiò, quia Judicium Ordinis provenit ex privilegio à dicto Pontifice conceſſo, quod prævalere non poteſt contra Ordinarios ſuam juriſdictionem in jure communi fundantes, quorum reſpectu procedit Ordinatio Regia, ex adverſo allegata *lib.* 2. *tit.* 1. §. 6. & ideò, quia juriſdictio ordinaria eſt potentior; ſufficit in Libello allegare qualitatem juriſdictionem fundantem, ut habeatur pro probata: ex Petro Barboſ. *in L. Siquis ex aliena, num.* 142. 143. 146. *&* 350. *ff. de Judic.* Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 243. *n.* 6.

28 At verò, juriſdictio fundata in privilegio, qualis eſt Judicis Ordinum Militarium, & conſervatoris, quia debilior, ſi negetur, eſt prius probanda qualitas juriſdictionem fundans, ſaltem per aliquam ſummariam cognitionem: ex Petro Barboſ. *ubi proxim. n.* 144. Gabriel Pereir. *de Man. Reg. cap.* 27. *ſub num.* 12. Merlin. & DD. *ſupra*: faciunt reſoluta *Reſolut.* 9. *à num.* 6.

Cum ergo Monaſterium ſtatim negavit qualitatem ab Actore in ſuo Libello allegatam, nec decimas, nec proprietates contentionis ad Commendam pertinere, ſed ad eundem Monaſterium à tempore immemorabili, & in eadem poſſeſſione reperiri, & ob eandem rationem ad ſuum Vicarium Generalem declinavit, non poterat dictus Judex de cauſa cognoſcere, nec declinatoriam rejicere, quia per illam negationem ſtatim manſit dubia ejus juriſdictio, & ſic dubius non poterat de cauſa cognoſcere: ex dictis ſupra *Reſolut.* 9. *n.* 7. 8. *&* 9. 29

Prætereà, Monaſterium habet ſuum Judicem privativum, qui eſt Vicarius Generalis Conimbricenſis, qui cognoſcit de cauſis pertinentibus ad idem Monaſterium: ergo quanvis Judex Ordinum fuiſſet competens ad cognoſcendum de rebus Commendarum, & ad Ordines pertinentibus, nunquam poterat cognoſcere de præſenti quæſtione, quia privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo: ex *L. Sed & milites, In principio, ff. de Excuſat. tutor.* Gratian. *Forenſ. cap.* 896. *num.* 21. Surd. *Conſil.* 423. *num.* 21. Ordinat. Reg. *lib.* 1. *tit.* 87. §. 45. Plures quos refert, & ſequitur Barboſ. *Axiom.* 190. *num.* 1. quare declinatoria erat recipienda, & ſequi debebat A. forum R. ex ſupra dictis. 30

Illud verò, quod proprietates contentionis erant intra limites dictæ Commendæ, manifeſtè convincitur ex actis, immò contrarium 31

 eſſe

eſſe intra limites Eccleſiæ *S. Olaæ* dicto Monaſterio unitæ à tempore immemorabili, cum ſolum ſufficerent quadraginta anni ad Decimas præſcribendas contra Commendam: DD. per text. *in Cap. Illud*, *cap. Ad aures*, *cap. Auditis*, *ad finem*, *de Præſcriptionibus*.

32 Non obſtat liber appenſus, vulgo *Tombo*, factus per Judicem foraneum Conimbricenſem *Didacum Nunes Velho*; laborat enim notoria nullitate, quia cum Monaſterium citaretur ad demarcationem, ſtatim in prima audientia dictum Judicem recuſavit, qui recuſationem agnoſcens ſe dedit pro ſuſpecto, & poſtea ſubreptitiè proceſſit in demarcatione, & proprietates contentionis intra terminos Commendæ collocavit, & tandem facta fuit alia demarcatio ad tenorem factæ tempore Regis *Joannis I.* & altera anno 1614. in appenſo H. à fol. 130. quæ omnes concordant, & ſufficiunt duæ identitates ad comprobationem terminorum: Surdus *Conſil.* 54. *à n.* 15. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 134. *& deciſ.* 162. *num.* 6. *& deciſ.* 294. *à num.* 3. *& deciſ.* 316. *à num.* 12. *& deciſ.* 340. *à num.* 7.

His rationibus utràque parte fuerunt acta concluſa Senatui Palatino ubi lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia ſuper impedimentis.

33 *Foraõ ouvidos o Juiz, e Procurador da Coroa com o Juiz das Ordens; e aſſentou-ſe, que os Embargos ſe recebiaõ por ſua materia, e Autos: as partes os contrariem ſe lhes parecer. Lisboa, 30. de Janeiro de 1662. E aſſinaraõ os Senhores Preſidente* Ruy de Moura Telles, *e os Doutores* Pero Fernandes Monteiro. Antonio de Souſa Tavares. Joaõ Velho Barreto. E Paulo de Carvalho.

Noluit adverſarius contrariare, 34
& per negationem conteſtavit, & in finalibus rationibus dixit principale fundamentum Monaſterii fundari in *Cap.* 2. §. *Diæceſani*, *de Decim. in* 6. aſſerens illius Deciſionem extare pro juriſdictione Judicis Ordinum Militarium in exceptione, quam facit in verbis ibi. (*niſi de rebus exemptis agatur*) Faciens differentiam, inter caſum, quo Commendatoribus, & Equitibus Ordinum Decimæ petuntur de ſuis rebus patrimonialibus, & non de re exempta; & inter caſum, in quo Commendatores petunt Decimas de proprietatibus ad ſuas Commendas pertinentibus ratione rei exemptæ.

In primo caſu dixit, eſſe contro- 35
vertiam inter Doctores, an cognitio pertineat ad Judicem Ordinum Militarium, vel ad Ordinarios: & indiſtinctè dixit *Gabrielem Pereira* affirmare cognitionem ad Judicem Ordinum pertinere, *deciſ.* 91. *per totam*; quanvis Brito, *de Locato* 3. *part. cap.* 2. *num.* 57. & ibi diſtinguat, quòd ſi agatur de Decimis bonorum Patrimonialium, & Commendator, ſeu Eques fuerit A. tunc cognitio pertinet ad Ordinarium, & *num.* 61. & in hoc caſu procedere exempla per Monaſterium adducta, & plures Sententias ad favorem Ordinariorum prolatas, de quibus meminit Gabr. Pereir. *dict. deciſ.* 91. *num.* 54.

At verò, ſi agatur in ſecundo 36
caſu de bonis pertinentibus ad Eccleſias, & Commendas Ordinum, & ſic de re exempta, tunc cognitionem ad Judicem Ordinum pertinere: ex Brito *ubi proximè dict. num.* 57. *ad finem*, *verſ. Si verò*, *& num.* 61. juxta exceptionem, quam text. facit *in dict.* §. *Diæceſani*, in illis verbis, ibi: *Niſi de rebus exemptis agatur*; & ita etiam concordatum,

cordatum, & determinatum per Compromiſſum factum authoritate *Urbani VIII.* per Breve expeditum anno 1626. ad inſtantiam Regis *Philippi*, tunc temporis dictorum Ordinum Magiſtri, & *Archiepiſcopum Eborenſem*, ut per ſex Judices à Rege nominatos controverſia decideretur, quorum tres poterat Archiepiſcopos recuſare, prout tres recuſavit, & alteri tres ex nominatis, qui fuerunt Doctores *Gaſpar Pereira*, ex Concilio Generali S. Inquiſitionis, *Domn. Franciſcus Barreto*, Epiſcopus Algarbiorum, & *Simon Torreſaõ Coelho*, Deputatus S. Inquiſitionis, & Menſæ Conſcientiæ, qui partibus ex utraque parte auditis, protulerunt Sententiam, quam operæ pretium erit inferre.

Sentença, que deraõ os Juizes arbitros ſobre a controverſia de juriſdicçaõ entre as Ordens, e o Arcebiſpo de Evora.

37 *Chriſti nomine invocato. Viſtos eſtes Autos, Breve de Sua Santidade, porque concede a ElRey Noſſo Senhor, como Governador, e perpetuo Adminiſtrador das Ordens Militares, poder de nomear ſeis Juizes, para concordarem, comporem, e decidirem as duvidas movidas entre o Arcebiſpo de Evora, e as Ordens Militares de Santiago, e S. Bento de Avis deſte Reino, e ao dito Arcebiſpo para recuſar tres delles, como com effeito recuſou. E viſto outro ſy a nomeaçaõ de Sua Mageſtade, conſentimento do dito Arcebiſpo nos Juizes por Sua Mageſtade nomeados, propoſtas por ſua parte offerecidas, repoſta, que a ellas deu o Procurador Geral das ditas Ordens, Breves Apoſtolicos, e mais papeis juntos por huma, e outra parte, de que houveraõ viſta, e o que ſobre tudo allegaraõ. Julgamos, e declaramos, viſtas as Bullas, e privilegios Apoſtolicos (porque os Freyres, Cavalleiros, e os bens das ditas Ordens ſaõ iſentos da juriſdicçaõ dos Ordinarios) que o Arcebiſpo naõ póde viſitar aquelles Lugares, que forem* pleno jure *das meſmas Ordens, como conſta ſerem neſte Reino os Lugares de* Noudar, *e* Barrancos. *Porém, que poderá viſitar no eſpiritual, e temporal as Igrejas das Ordens, que naõ lhes pertencerem com o dito direito, poſto que ſejaõ ſervidas por Freires dellas; por quanto as Ovelhas ſaõ delle Arcebiſpo, e achando culpados alguns Freires, ou peſſoas das Ordens iſentas, no que tocar á cura das almas, e adminiſtraçaõ dos Sacramentos, ou em outras culpas, porque devaõ livrarſe, as remetterá ao Juizo das Ordens, fazendo-o ſaber aos culpados, para que nelle ſe vaõ livrar; e parecendo a ſeu Juiz competente, que durante o livramento naõ ſirvaõ ſeus Beneficios, em quanto naõ moſtrarem que eſtaõ livres, poderá o dito Arcebiſpo prohibir, que naõ ſirvaõ, por aſſim ſe atalhar o ſervir eſtando culpados; e para eſte effeito ſeraõ obrigados a apreſentar ao dito Arcebiſpo, ou a ſeus Miniſtros as Sentenças dos livramentos, para as mandarem regiſtrar nas culpas, que devem ficar em ſeu Juizo, e ſó daraõ os traslados aos culpados; e pela meſma razaõ de aceitarem os Freires a cura das almas, ſendo as Ovelhas alheas, ſaõ obrigados a receberem o Arcebiſpo, ou ſeus Viſitadores, quando forem viſitar, e lhes devem aſſiſtir, e dar conta das Ovelhas. E outro ſy devem publicar nas eſtaçoens os mandados do Arcebiſpo, aſſi os que fallarem por palavras geraes; á ſaber:* Mandamos a todos os Priores, &c. *como os que em eſpecial forem dirigidos a algum Prior, ou Cura das ditas Ordens, ſendo o caſo tal, que ſó com elle deva fallar. E outro ſy ſeraõ*

 obri-

obrigados levar, ou mandar ao Proviſor do dito Arcebiſpado o rol dos confeſſados, e naõ receberaõ Noivos ſem as diligencias, que o Arcebiſpo mandar; e naõ o fazendo aſſim, ſe lhe poderá formar culpa, que ſe lhe remetterá a ſeus Juizes, na fórma, que as mais; e os ditos Parochos ſeraõ obrigados ir aos Synodos, no qual teraõ o lugar, que conforme á direito lhes tocar; e guardaraõ o que nelles ſe decretar tocante á cura das almas, e adminiſtraçaõ dos Sacramentos.

§. I. *Declaramos, que poſto, que os Superiores das Ordens tenhaõ juriſdicçaõ Ordinaria nas peſſoas dellas; com tudo por parte das ditas Ordens ſe naõ prova terem mais territorio Eccleſiaſtico, que nos Lugares de* Noudar, *e* Barrancos, *Conventos de* Palmella, *e de* Avîs, *e Igrejas de que eſtaõ de poſſe, por conceſſaõ, ou privilegios, ou por compoſiçaõ feita entre o Meſtre, e o Arcebiſpo de Evora, e nas que ſe ſervem por Freires da Ordem, poſto que ſejaõ confirmados pelo Arcebiſpo.*

§. II. *Declaramos, que ao Meſtre das terras, que chamaõ do* Meſtrado, *em que tem juriſdicçaõ temporal, pertence apreſentar os Curas, e Parochos das Igrejas, e Capellas nellas ſitas; e nas mais, que eſtaõ fóra das ditas terras, ainda que as Igrejas, e Parochias ſejaõ das meſmas Ordens, apreſentará o Arcebiſpo; com declaraçaõ, que nas em que os Curas, ou Parochos ſe pagaõ dos bens das Ordens, e nas em que por ſua parte ſe provar, que eſtaõ em poſſe de apreſentar (poſto que ſejaõ os Curas, ou Parochos pagos pelos meſmos Freguezes) apreſentará o meſmo; e os Curas de humas, e outras ſeraõ obrigados a ſe apreſentarem ao Arcebiſpo ao tempo, que forem providos pelo Meſtre, na fórma, que aqui ſe determina nos mais Beneficios Curados.*

§. III. *Mandamos, que os Economos dos Beneficios das Ordens, em que os proprietarios naõ ſaõ collados, e confirmados pelo Arcebiſpo, que elles naõ ſejaõ por elles examinados; porèm em aquelles, que os proprietarios forem collados, e confirmados pelo Arcebiſpo, que neſſes ſejaõ tambem por elle examinados.*

§. IV. *Declaramos, que o Meſtre, ou quem ſeu poder tiver, póde apreſentar as peſſoas, que ſirvaõ os Beneficios das meſmas Ordens, eſtando vagos, ou a vacatura ſeja por morte dos Beneficiados, ou por auſencia, que delles façaõ, ou por outro qualquer modo; e as peſſoas, que apreſentarem, ſeraõ approvadas pelo Arcebiſpo, na fórma, que ſe faz quando os Beneficios ſe provem de propriedade; e em quanto o Meſtre naõ apreſentar poderá o Arcebiſpo encommendar a cura do dito Beneficio (ſendo neceſſario ſervirſe) á peſſoa, que lhe parecer; e neſte caſo poderá mandar pagar ao ſeu apreſentado* pro rata, *do que o Beneficio rende; mas tanto que o Meſtre apreſentar, ceſſará o encommendado pelo Arcebiſpo.*

§. V. *E outro ſy declaramos, que os Priores, ou outros Beneficiados por authoridade propria naõ podem mandar curar, nem curar per ſi as Ovelhas de outra Igreja, poſto que ſeja da Ordem, para que naõ forem approvados pelo Arcebiſpo, ainda que eſteja vaga, e ſeja das filiaes das Matrizes; por quanto ſaõ Parochias diſtintas, e cada hum tem ſó juriſdicçaõ nas Ovelhas, que lhe eſtaõ encommendadas.*

§. VI. *Declaramos, que aos Viſitadores das ditas Ordens pertence viſitar, e diſpender as fabricas das Igrejas da meſma Ordem, ainda que ſejaõ daquellas, que chamaõ Meeiras, por ſerem bens das meſmas Ordens; e moſtrando-ſe, que ha algumas, que naõ ſejaõ, nem foſſem nunca das Ordens, concorreraõ na viſita dellas os Viſitadores das Ordens, e do Arcebiſpo, no tempo, que cada hum delles viſitar; com tal declaraçaõ, que os taes Viſitadores naõ mudaraõ, nem diſporaõ o contrario, do que eſtiver pelos outros mandado, e diſpoſto nos Lugares,*

que

que naõ forem pleno jure *das Ordens; e ſó o Arcebiſpo poderá mudar os Freguezes de huma Freguezia para outra, e diſtinguir as Freguezias; com declaraçaõ, que nas terras das Ordens, como ſaõ as dos Meſtrados, onde todas as Igrejas lhes pertencem, poderá o Meſtre ſinalar, e mudar os limites das Freguezias.*

§. VII. *Declaramos, que os Juizes das Ordens naõ podem paſſar Cartas de excommunhaõ para ſe deſcobrirem as couſas perdidas, ou furtadas; mas que nos Lugares, que* pleno jure *ſaõ das Ordens, ou a reſpeito dos Freires, e Cavalleiros, e peſſoas das meſmas Ordens, ſobre que tem juriſdicçaõ, as poderaõ paſſar; e outro ſy conhecerão ſómente dos ſacrilegios, que forem commettidos pelas ditas peſſoas, e nas ditas terras.*

§. VIII. *Declaramos, que o Arcebiſpo naõ póde dar licença para de novo ſe erigirem Igrejas, Capellas, Ermidas, ou Oratorios nos Lugares, e terras, que* pleno jure *forem das Ordens; porèm que nas terras, em que elle tem direito de viſitar, ainda que as Igrejas Matrizes ſejaõ das Ordens, e ſervidas por Freires dellas, poderaõ dar licença para ſe levantarem novos Altares, e nelles celebrar, e dizer Miſſa; com declaraçaõ, que o Meſtre poderá nos meſmos Lugares dar as ditas licenças, ſendo as Igrejas neceſſarias para a cura das almas, e pagando-ſe dos bens das meſmas Ordens.*

§. IX. *E poſto que, conforme a Direito, aos Ordinarios pentence o direito das cauſas decimaes: ainda que as Ordens tenhaõ alguma parte nos frutos dos Dizimos; declaramos, que ſendo os Dizimos* in ſolidum *das ditas Ordens, o Juiz dellas póde conforme a ſeus privilegios conhecer das taes cauſas, ou quando ſe pedirem os Dizimos a cada hum dos Freguezes em particular.*

§. X. *Item ordenamos, que os Prioſtes, e mais Officiaes do Celleiro ſe façaõ por eleiçaõ na conformidade das Conſtituiçoens do Arcebiſpado, e Regimento do Meſtre; com declaraçaõ, que onde conſtar, que ha poſſe de ſe fazerem os provimentos de outro modo, ſe guardará o coſtume, que a tal poſſe tiver introduzido.*

§. XI. *Declaramos, que o Arcebiſpo póde tomar conta dos Teſtamentos, e encargos pios de Capellas, de que forem Adminiſtradores peſſoas leigas, poſto que eſtejaõ em Igrejas das Ordens, e que ao Arcebiſpo, como Ordinario, pertence tomar conta dos Teſtamentos das peſſoas ſeculares, e Eccleſiaſticas, ainda que os Teſtamenteiros ſejaõ Freires; e ſendo-o ſeraõ obrigados a lhes dar a tal conta, ſalvo nas terras, e Lugares, que* pleno jure *forem das Ordens, porque ahi as poderá tomar o Ordinario dellas. ao qual tambem pertence tomallas, quando aſſi o Teſtador, come o Teſtamenteiro forem Freires, e os bens da Ordem.*

§. XII. *Mandamos, que poſto que os Vigarios do Arcebiſpo por razaõ da poſſe, que allegaõ, ou outra cauſa, poſſaõ levantar vara dentro das Igrejas das Ordens, que eſtaõ nos Lugares, que a ellas naõ ſejaõ ſogeitas* pleno jure, *ao tempo que dellas ſaem as Prociſſoens: que em quanto eſtiverem dentro dellas naõ governem, nem diſponhaõ couſa alguma, com acto de juriſdicçaõ, e o meſmo ſe guardará ao tempo, que as Prociſſoens ſe recolherem; por quanto o tal Lugar he iſento de ſua juriſdicçaõ.*

§. XIII. *Declaramos, que os Priores Móres dos Conventos das ditas Ordens, e os das mais Igrejas, e Freires naõ podem ſem licença do Arcebiſpo fazer Prociſſoens fóra da Clauſtra de ſeus Conventos, e Igrejas, convocando para iſſo o Povo, e peſſoas ſeculares, ſalvo nas terras, e Lugares, que* pleno jure *forem da Ordem. Poderaõ com tudo fazer as que o Direito permitte, ou Sua Santidade mandar de novo fazer. E aſſim naõ podem erigir Confrarias de peſſoas leigas, ſem authoridade do Ordinario, o qual per*

ſi,

Digitized by Google

ſi , e ſeus Viſitadores poderá tomar conta das Confrarias de peſſoas leigas , ainda que eſtejaõ inſtituidas em Igrejas , ou Capellas das meſmas Ordens ; e havendo nellas algumas , cujos bens ſejaõ dados pelas meſmas Ordens , ſendo adminiſtradas por peſſoas leigas , a viſitaráõ , e o tomar das contas pertencerá cumulativamente aos Viſitadores do Ordinario , e das Ordens.

§. XIV. *Ordenamos , que as Igrejas das Ordens , em que ha Beneficiados , e Economos Clerigos ſeculares , diſtribuidor dos beneſſes , e apontador , ſejaõ eleitos por votos do Prior , e Freires , Beneficiados , e Economos juntamente , e na eleiçaõ preſidirá o Prior , ou Reitor da tal Igreja ; e na diſtribuiçaõ , e applicaçaõ das mulctas ſe guardaráõ os Eſtatutos das ditas Igrejas ; e ſentindo-ſe algum dos ditos Clerigos ſeculares , ou Regulares aggravado pelo apontador , ou diſtribuidor , poderá recorrer ao Superior , que conforme a direito o for da peſſoa , que lhe fizer o tal aggravo.*

§. XV. *Os Conſervadores , e Juizes das Ordens poderáõ uſar da juriſdicçaõ , que por Bullas , e privilegios Apoſtolicos lhes he concedida , e da que entenderem , que conforme a elles lhe compete ; e quem ſe ſentir delles aggravado , poderá recorrer ao Juiz , que for competente para remediar o tal aggravo.*

§. XVI. *Declaramos , que o Arcebiſpo naõ póde proceder contra os Freires , e mais peſſoas das Ordens , que gozaõ de ſeus privilegios , com Cenſuras , exceptuando deſta determinaçaõ os caſos , em que por Direito lhe he expreſſamente concedido. Por quanto conforme a Direito os Ordinarios naõ podem levar luctuoſas , ſenaõ eſtando em poſſe immemorial de as levar , a qual por parte do Arcebiſpo ſe naõ prova neſtes Autos. No que toca aos Priores , e mais Beneficiados Regulares , julgamos , que ſe lhes naõ deve. Mas pertendendo o Arcebiſpo pertencerlhe eſte direito , o poderá requerer em Juizo competente , para onde lhe deixamos ſeu direito reſervado. E do particular da Igreja de Conuche ſe naõ toma conhecimento , viſta a propoſta do Arcebiſpo , e repoſta do Procurador das Ordens , e naõ ſerem ouvidas neſte Juizo as mais peſſoas , a quem toca. Nem outro ſy pela meſma razaõ ſe toma conhecimento da duvida , que por parte do Arcebiſpo ſe move ſobre os Commendadores , e Cavalleiros das Ordens pertenderem ſer iſentos de pagar Dizimos : de huma , e outra couſa poderáõ as partes tratar em Juizo competente. E tudo o ſobre dito julgamos , decidimos , determinamos , e declaramos , e ſendo neceſſario por via de concordia , e compoſiçaõ , o confirmamos , uſando da authoridade Apoſtolica , que nos he concedida , e paguem as partes as cuſtas de permeyo.* Gaſpar Pereira. Franciſco Barreto. Simaõ Torrelaõ Coelho.

Foy publicada eſta Sentença na Junta , que os Senhores Juizes fizeraõ nos Paços Reaes em vinte e dous do mez de Dezembro de 1632. ſendo Notario dos Autos Franciſco de Barros Velloſo.

Per hanc Sententiam dixit adverſarius caſum eſſe deciſum , & concordatum in §. 9. dictæ Sententiæ , ubi ſi Decimæ ſint in ſolidum eorundem Ordinum , Judex illius poteſt cognoſcere , vel quando Decimæ petuntur à Parochianis in particulari. 28

Sed multipliciter convincitur. Primò : quòd dicta concordia , & Compromiſſum factum fuit inter Ordines *S. Jacobi* , *& Avîs* , & *Archiepiſcopum Eborenſem* , non tamen ſuper bonis Ordinis *Jeſu Chriſti* , de quo eſt Commenda *Sancti Petri das Alhadas* , quæ Sententia eſt ſtricti juris , & intelligitur prout ſonat , nec extenditur : Gail *lib.* 1. *obſerv.* 29

obſerv. 116. *num.* 2. Surd. *Conſil.* 189. *num.* 37. & *Conſil.* 340. *num.* 3. Gratian. *deciſ.* 214. *num.* 11 Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 69. *num.* 15. & 16. Salgad. *de Protect. Reg.* 4. *part. cap.* 8. *num.* 45. & *cap.* 9. *à n.* 1.

40 Secundò: quia compromiſſum, non egreditur perſonas compromittentes: *L. Diem proferre*, §. 1. *L. Sed & interpolator*, §. *ultim. ff. de Recept. arbitr. cap. ultim. de Arbitr.* ubi Barboſ. *in Collect. num.* 1. & 3. Ordinat. Regia *lib.* 3. *tit.* 16. §. 4. *in fine.* Covar. *in Cap. Requiſiti n.* 5. *de Teſtament.*

41 Tertiò: quia quamvis Commendatores Ordinis *Jeſu Chriſti* in dicto Compromiſſo interveniſſent, nec etiam tunc Judex Ordinum poterat de cauſa contentionis cognoſcere; quia proprietates, ſuper quibus controvertitur, ſunt intra limites Eccleſiæ *S. Olaæ* ad Monaſterium pertinentis à ducentis annis, & ultra; & ab eo tempore Decimas percipit, & in hac immemorabili poſſeſſione reperitur, prout judicatum per Sententias Eccleſiaſticas, & ſæculares in actis appenſas, quæ poſſeſſio immemorabilis per ſe habet vim tituli legitimi, & Canonici: ex *Cap. Prætereà*, §. *Super quibuſdam*, *de Verborum ſignificat. cap.* 1. *de Præſcript. in* 6. *L.* 3. §. *Ductus aquæ*, *ff. Aqua quotidiana.* Ordinat. Reg. *lib.* 1. *tit.* 62. §. 51. Ricc. *in Prax. aurea*, *Reſol.* 321. *num.* 4. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 19. Valaſc. *Conſult.* 141. *num.* 6. Phœb. 2. *part. deciſ.* 163. *n.* 4. *addens n.* 5. per dictam poſſeſſionem immemorabilem ſuppleri omnes defectus, nec indigeri aliquo titulo, quanvis jus commune præſcriptioni reſtitiſſet.

42 Nec obſtat, quòd adverſarius ſecundo loco allegavit Monaſterium poſt illam Sententiam Palatii non egiſſe de impedimentis oppoſitis contra dictam Sententiam, & litigaſſe in Judicio Ordinum, ubi finali Sententia condemnatum fuit, nè deinceps Decimas reportaret de prædiis contentionis, & ad reſtitutionem earum, quæ Sententia fuerat confirmata in Tribunali *Menſæ Conſcientiæ*, prout etiam in eodem Tribunali confirmata fuit altera Sententia in liquidatione per eundem Judicem Ordinum prolata.

Sed convincitur illas Sententias 43 eſſe ipſo jure nullas, ex eo quia fuerunt prolatæ in Judicio incompetenti: ex Ordination. Reg. *lib.* 3. *tit.* 75. *in princip.* & *tit.* 87. §. 1. & utrobique Barboſ. *in remiſſ.* ubi plures DD. refert per text. in *L.* 4. §. *Condemnatum*, *ff. de Re judicat. Cap. Inter cæteras*, *eodem tit.* Mend. à Caſtr. *in Prax. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *à n.* 43. & 2. *part. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 109.

Planè Monaſterium Libellum A. 44 non contrariavit in Judicio Ordinum, immò declinavit ad ſuum Judicem competentem, & poſtea proteſtavit de nullitate ob defectum juriſdictionis Judicis Ordinum, quæ nullitas eſt inſanabilis, & nunquam Sententia tranſit in rem judicatam; & quocunque tempore objici poteſt hæc nullitas, etiam poſt tres conformes, ſic limitata *Clement.* 1. *de Re judicat.* Gail *lib.* 1. *obſervat.* 42. *num.* 11. & 12. Gabr. Pereir. *deciſ.* 2. *num.* 9. *in fin.* Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 22. *num.* 4. & 10. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 54. *num.* 4.

Nec ex eo, quod illæ Sententiæ 45 Judicis Ordinum Militarium fuerunt confirmatæ in Tribunali *Menſæ Conſcientiæ*, aliquem habuerunt vigorem, quia utræque eodem vitio laborant, ex eo quia vitium nullitatis, quod eſt in Sententia confirmata, influit etiam in confirmantem, ut per Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 9. *num.* 8. & 12. *de Cauſ. poſſeſ.* Scacia *de Appellat. quæſt.* 11. *artic.* 4. *num.* 128. 129. 135. & 136. Vivian. *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 42.

42. *num.* 2. & 3. Farinat. 2. *part. deciſ.* 129. *n.* 8. Vant. *de Nullit. tit. Ex defectu proceſſus*, *num.* 22. & 131. ubi plures refert: Surd. *Conſil.* 160. *num.* 76.

46 Præterea in Sententia liquidationis fuit Monaſterium enormiſſimè læſum; quòd non contrariavit liquidationem, & Judex Ordinum Militarium illud condemnavit in centum ducatis pro ſingulis annis de Decimis decurſis, quæ ad ſummum viginti ducatos non excedunt, & ex læſione enormiſſima reſultat nullitas notoria, & dolus re ipſa, & hæc eſt juris præſumptio: DD. per text. *in L. Omnes*, §. *Lucius*, *ff. Quæ in fraudem credit. L. Si ſuperſtitis*, *C. de Dolo.* Ordinat. Reg. *lib.* 4. *tit.* 13. §. *ultim.* Pinel. *in L.* 2. *part.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. *Cod. de Reſcind.* Gam. *deciſ.* 94. *à num.* 3. & *deciſ.* 66. *num.* 2. & *deciſ.* 198. *num.* 2. Reinoſ. *Obſervat.* 30. *num.* 23. & *obſervat.* 65. *num.* 9. Phœb. *part.* 1. *deciſ.* 12. *n.* 7. *in fin.* & 2. *part. deciſ.* 134. *num.* 8. Gabr. Pereir. *deciſ.* 15. *n.* 3. & 4.

His rationibus fuerunt acta concluſa *Tribunali Palatino*, in quo lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sentença do Paço ſobre os Embargos recebidos.

47 *Julgaõ os Embargos do Procurador da Coroa fol.* 19. *recebidos fol.* 51. *por provados por ſua materia, e Autos; e revogaõ o aſſento embargado fol.* 13. *e declaraõ, que as Cartas foraõ bem paſſadas, e ſe devião cumprir. Lisboa*, 21. *de Julho de* 1662. Pedro Fernandes Monteiro. Antonio de Souſa Tavares. Joaõ Velho Barreto. Paulo de Carvalho.

Deducta hac Sententia ex proceſſo, adverſarius intentavit impedire ejus tranſitum per Chancellariam contra formam ſtyli, & ideo per Judicium Coronæ juſſum eſt impedimenta auferre; prout conſtat ex Sententia ſequenti.

Altera Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. que ſe tirem os Embargos, e naõ ſejaõ admittidos viſto o ſtylo, e Certidaõ do Eſcrivaõ. Lisboa, 28. *de Agoſto de* 1662. Delgado. Portugal. Da Cruz Freire. 48

Expedita Sententia per Chancellariam intimata fuit Judici Ordinum Militarium, qui obtemperavit, & juſſit omnia reponi in priſtinum; prout conſtat ex ſua ſubſcriptione tenoris ſequentis.

Deſpacho do Juiz das Ordens em cumprimento do aſſento do Paço.

Cumpra-ſe. Lisboa, 9. *de Setembro de* 1662. Seixas. 49

Sed quia pro parte Monaſterii fuit allegatum dicto Doctori *Joanni de Seixas Cabreira*, Judici Ordinum Militarium, quòd juxta formam ſtyli illum deberc annullare omne proceſſatum in materia in ſuo Judicio, protulit declarationem tenoris ſequentis.

Segundo Deſpacho do Juiz das Ordens.

Declaro por nullo tudo o preceſſado neſte Juizo, pois Sua Mageſtade aſſim o determinou por ſegundo aſſento, que tomou no Dezembargo do Paço: as partes requeiraõ ſua juſtiça, aonde lhes pa- 50

parecer, para o que ſe remettaõ os Autos, e ſe paſſem as Ordens neceſſarias. Lisboa, 11. de Novembro de 1662. Seixas.

Virtute iſtius declarationis expeditæ fuerunt annullatoriæ, & ita terminata fuit controverſia in Judicio Ordinum Militarium.

RESOLUT. LXXXVI.

An Priores, & Rectores Patronatûs Regii poſſint præſentare Coadjutores, vulgò (*Curas*) perpetuos in annexis ſuarum Eccleſiarum? Et an ſucceſſores poſſint eos removere?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies, & num. 2.*
3 *Curatus removibilis non eſt Beneficiatus, ſed ſimplex ſtipendiarius.*
Ibi. *Non cenſetur habere titulum Beneficii.*
4 *Curatus perpetuus eſt Beneficium, qui conferri poteſt titulo collativo.*
Ibi. *Habet omnia requiſita ad Beneficium.*
5 *Curatus annualis, & Vicaria temporalis non poteſt conferri in perpetuum, ſed debet prius erigi in Vicariam perpetuam.*
Ibi. *Ejus natura mutari non poteſt, niſi per ſpatium 40. annorum, concurrente poteſtate, & bona fide.*
6 *Rector, vel Priores Eccleſiæ Patronatæ, licet poſſint Vicariam temporalem ad nutum conſtituere, non tamen Vicarium perpetuum ſine Patroni conſenſu.*
7 *Juſtè poſſidet, qui authoritate Judicis poſſidet, & num. 9.*
8 *Injuria non fit ſcienti, & conſentienti.*
10 *Ordinarii ad arbitrium poſſunt ponere Vicarios. & Curas perpetuos in annexis, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium.*
11 *Actionem ſpolii non poteſt intentare non poſſidens.*
Ibi. *Spolium non datur ſine poſſeſſione.*
12 *Poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem ſine novo uſu, & poſſeſſione præſentandi.*
13 *Contrarium tenent aliqui.*
14 *Succeſſores in Prioratu, vel Rectoria non poſſunt per anteceſſores, in Curas perpetuos ſuarum annexarum, & per Ordinarios confirmatos, removere.*
15 *Hæc eſt praxis Epiſcopatuum Regni.*
17 *Eccleſia melius gubernatur per Curas perpetuos, quàm removibiles.*
18 *Curato erecto in Vicariam perpetuam, non poteſt ſucceſſor præſentare annualiter, ſed in perpetuum.*
19 *Semper ultimus ſtatus attenditur, ſive benè, ſive malè proviſio facta fuerit.*
20 *Sufficit probare anteceſſorem fuiſſe habitum pro Vicario perpetuo, & ſufficit facere mentionem de colorata poſſeſſione anteceſſoris.*
22 *Sententia Coronæ.*
23 *Fuit impedita, ſed tranſivit per Chancellariam, & in rem judicatam.*

1 Emmanuel Fernandes Paes, Rector Eccleſiæ *S. Pelagii* Villæ da *Rua*, Patronatus Regii Lamecenſis Diœceſis, præſentavit *Bernardum Guedes Oſorium* in Curatum perpetuum Eccleſiæ *S. Joannis Baptiſtæ de Quintella*; prout præſentant omnes Priores, & Rectores ejuſdem Patronatus in Curatis, & Beneficiis ſimplicibus: ex dictis ſupra *Reſolut. 27. & Reſolut. 31.*

2 Virtute dictæ præſentationis fuit dictus *Bernardus* confirmatus per Ordinarium Lamecenſem, & expedito titulo pacificam poſſeſſionem adeptus eſt. Et promoto dicto *Emmanuele* ad aliam Eccleſiam, fuit præſentatus per Regem *Antonius Ribeiro* in eadem Eccleſia *Sancti Pelagii*,

lagii, qui actionem violentiæ contra dictum *Bernardum* intentavit in Judicio Coronæ *Domus Supplicationis*, quia continuabat in dicto Curatu virtute præſentationis ſui prædeceſſoris, & confirmationis Ordinarii.

3 Eo innixus fundamento: quia dictus Curatus erat annualis, & non poterat præſentari per ſuum anteceſſorem in Curatum perpetuum, mutata prima cauſa poſſeſſionis; quia Curatus removibilis non eſt Beneficiatus, ſed ſimplex ſtipendiarius: ex Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 93. Themud. *part.* 1. *deciſ.* 11. *n* 12. & ideo titulum Beneficii non cenſebatur habere: Barboſ. *in Collectan. ad Cap. Conſtitutus*, *num.* 2. *de Filiis Presbyt.* Themud. *dict. deciſ.* 11. *n.* 2. *&* 16.

4 At verò Curatus perpetuus eſt Beneficium, quod conferri poteſt titulo collativo: Garc. *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 286. & habet verum titulum: Barboſ. *in Cap. Ad hæc*, *num.* 5. *in fin. de Offic. Ordin.* habet enim omnia requiſita Beneficiorum: Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancel. Gloſ.* 5. *à num.* 7. *& Gloſſ.* 2. *num.* 62. Riccius *in Prax. aurea*, *Reſolut.* 151. *à num.* 3. Barboſ. *de Poteſtate Epiſcop. allegat.* 57. *n.* 14. Themud. *dict. deciſ.* 11. *num.* 1.

5 Secundò: quia Curatus annualis, vel Vicaria temporalis non poteſt conferri in perpetuum, ſed debet prius erigi in Vicariam perpetuam, & ſic declaravit Sacra Congregatio; ut per Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 15. Barboſ. *in Collect. ad Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *num.* 19. *de Reformat.* Ejus enim natura muturi non poterat, niſi per ſpatium quadraginta annorum, concurrente poteſtate, voluntate, & bona fide: ex *Cap. Cum de Beneficio*, *de Præbend. in* 6. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 61. *num.* 6. *& deciſ.* 79. *à num.* 4.

6 Tertiò: quia licet Rector Eccleſiæ Patronatæ poſſit Vicarium temporalem ad ejus nutum conſtituere, non poteſt tamen hoc facere, etiam de conſenſu Epiſcopi, Vicarium perpetuum conſtituendo, ſine Patroni conſenſu, eſſet enim gravis læſio Patronatus: ex Gloſſa *Verbo* (*Epiſcopi*) *in Cap. Ad hæc*; ubi DD. *de Offic. Vicar.* Covar. *Practic. cap.* 36. *num.* 10. *verſ. Decimo*: plures quos refert, &ſequitur Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 57. *n.* 3. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 12. *n.* 5.

Sed his non obſtantibus, pro parte dicti *Bernardi* allegavi nullam violentiam commiſiſſe in continuatione poſſeſſionis, quam virtute confirmationis, & authoritate Ordinarii cœperat: ex *L. Juſtè poſſidet*, *ff. de Acquirend. poſſeſſ.* Reinoſ. *obſerv.* 38. *à num.* 10. Poſth. *de Manutent. obſerv.* 53. *num.* 98. *& obſerv.* 58. *num.* 22. Menoch. *Recuper. remed.* 17. *n.* 49. Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 6. *num.* 22. Scac. *de Appellat. quæſt.* 3. *num.* 70. *ex ſequentibus.* 7

Primò: quia ſpolium ſemper fit cum violentia, & injuria, quæ non fit ſcienti, & conſentienti: ex *Regula Scienti*, *de Regul. jur. in* 6. Gail *obſerv.* 84. *num.* 1. *lib.* 2. Valaſc. *Conſult.* 130. *num.* 3. 8

Planè dictus *Bernardus* fuit præſentatus per dictum Rectorem *Emmanuelem*, qui illo tempore jus præſentandi poſſidebat, & virtute dictæ præſentationis fuit confirmatur per Ordinarium, & immiſſus in pacificam poſſeſſionem: ergo nullam violentiam commiſit, cùm illo juſto titulo poſſideret: ex dicta *L. Juſtè poſſidet*, *Gloſſ. in cap. Præſentium* 7. *quæſt.* 1. Reinoſ. *lib.* 4. *Conſil.* 49. *num.* 11. Felin. *in Cap. Dilectus* 1. *num.* 1. *de Reſcriptis.* Ludoviſ. *deciſ.* 43. *num.* 1. *& deciſ.* 105. *n.* 4. Merlin. *tom* 1. *deciſ.* 25. *n.* 2. 9

Secundò: quia Ordinarii poſſunt, attento Concilio Tridentino *Seſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reformat.* ponere ad arbitrium Vicarios, & Curas perpetuos in Eccleſiis annexis, quando eis ad bo- 10

Digitized by Google

bonum regimen Eccleſiæ videatur, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium, ut declararunt Eminentiſſimi Domini Cardinales; ut per Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 7. Barboſ. *in Collect. ad Trident. ubi proximè num.* 23. *&* 39. Ergo à fortiori Priores, & Rectores Patronatûs Regii, qui habent jus præſentandi in Curatis, & Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum: ex dictis *ſupra n.* 1.

11 Tertiò: quia A. non erat in poſſeſſione præſentandi in Curatis, nec in Beneficiis ſimplicibus ejuſdem Eccleſiæ, ut poſſit actionem ſpolii intentare: ex *L.* 1. §. *Interdictum autem*, *ff. de Vi*, *cap. Cum ad Sedem*, *de Reſtit. ſpoliat.* Menoch. *de Recuperand. in prælud.* 1. *&* 2. Gam. *deciſ.* 4. *num.* 1. Thom. Vaz *alleg.* 75. *num.* 1. Cabed. *part.* 1. *deciſ.* 172. *num.* 1. & ſpolium non datur ſine poſſeſſione: ex *L.* 1. §. *Dejicitur*, *&* §. *Interdictum autem*, ibi: *Hoc nulli competit, niſi ei, qui tunc, cum dejiceretur, poſſidebat; nec alius dejectus viſus eſt, quàm qui poſſidet*, *ff. de Vi.*

12 Hæc enim poſſeſſio non tranſit in ſucceſſorem ſine novo uſu, & poſſeſſione præſentandi: Vivian. *in Prax. jur. Patron. deciſ.* 110. *n.* 20. Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 814. *num.* 4. Duram. *tom.* 1. *deciſ.* 62. Garc. *de Benef.* ubi ita dicit judicatum in Rota *part.* 5. *cap.* 5. *num.* 35. *&* 36. Mantic. *deciſ.* 88. *num.* 5. Rot. 2. *part. Recent. deciſ.* 260. *num.* 4. *& deciſ.* 337. *num.* 2. Poſth. *deciſ.* 172. *num.* 5. Reinoſ. *obſerv.* 32. *n.* 21.

13 Quanvis contrarium teneant Cald. *de Empt. cap.* 12. *à num.* 15. Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. *& cap.* 29. *num.* 9. Garc. *de Benef. part.* 5. *cap.* 5. *à num.* 33. *& à num.* 37. ubi eam tanquam veriorem ſequitur: Otalora *de Nobilitat.* 3. *part. cap.* 6. *num.* 8.

14 Quartò: Quia ſucceſſores in Prioratu, vel Rectoria non poſſunt removere præſentatos per anteceſſores in Curas perpetuos ſuarum annexarum, & confirmatos per Ordinarios: ita textus expreſſus in *Cap. Ad hæc*, *de Offic. Vicar.* ibi:

> *Si perſona alicujus Eccleſiæ Vicario (quem in eadem Eccleſia inſtituit de aſſenſu, & authoritate Diœceſani Epiſcopi) certam aſſignaverit portionem; is, qui perſona illa defuncta in perſonatum illius ſubſtituitur, non poteſt eundem ab Eccleſia removere, &c.* & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 3.

Idem etiam diſponitur in *Cap. Conſultationibus* 19. *de Jure Patronat.* ibi:

> *Inſtitutus non debet ab ipſa propter hoc removeri, ſi tempore præſentationis ſuæ, ille, qui eum præſentavit, jus Patronatus Eccleſiæ poſſidebat, &c.*

Et ibi Barboſ. *in Collect. num.* 1. ſequitur Rebuf. *in Prax. Beneficial. tit. de Vicar. perpet. num.* 15. Oyed. *de Incompatibilit. Benef. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. quos refert, & ſequitur Gonzal. *Gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 22. Themud. 2. *part. deciſ.* 107. *à num.* 19. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 179.

Hæc eſt praxis, quæ obſervatur 15
in Archiepiſcopatu Bracharenſi, & Epiſcopatu Mirandenſi, ut plenè eſt in actis comprobatum; & in Lamecenſi, ubi Ordinarius confirmavit *Ambroſium da Coſta* præſentatum per Priorem de *Pendono*, Patronatûs Regii, in Curatum perpetuum Eccleſiæ de *Caſtainço*, qui in hoc Judicio Sententiam reportavit contra Priorem ſucceſſorem, qui eum excludere conabatur. Idem etiam judicatum contra eundem A. in favorem *Antonii Nunes*, qui fuit præſentatus in Curatum perpetuum da *Faya* per eundem *Emmanuelem Fernandes Paes*; idem etiam judicatum in favorem *Am-*

Digitized by Google

broſii Dias, qui fuit præſentatus per Priorem *Apparitium Dias* in *S. Maria do Caſtello* Patronatûs Regii Villæ de *Torres Vedras*, in Curatum perpetuum do *Troçifal* hujus Archiepiſcopatus, contra *Joannem de Torres* Priorem ſucceſſorem in eadem Eccleſia, qui illum à Curato excludere conabatur, prout conſtabat ex actis appenſis.

16 Nec obſtabat exemplum Abbatis *S. Petri de Carſaõ, & Serapicos*, Mirandenſis *Franciſci Fiuſa Correa*, qui obtinuit in hoc Judicio contra Curatos confirmatos; ex eo enim fuerunt excluſi, quia per præſentationes falſas, & proteſtatas per ſuum anteceſſorem ſe in Curatis intruſerunt, prout conſtabat ex actis appenſis.

17 Nec etiam officit primum fundamentum, de quo *ſupra num.* 3. quia Curatus annualis, & removibilis creari poteſt in Curatum perpetuum, ex ſupra dictis in favorem Parochianorum; Eccleſiæ enim melius gubernantur per Curas perpetuos, quam removibiles; prout latè probatum eſt in actis, & ex Concil. Trident. *Seſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reformat.* de quo *ſupra n.* 10.

18 Ad ſecundum, de quo *ſupr. num.* 5. reſpondeo, quod mortuo Curato perpetuo, extinguitur titulus, & iterum manet amovibilis, ſi Rector noluerit præſentare Curatum perpetuum, & reducitur ad primævam naturam: ex *Cap. Ab exordio* 35. *diſtinct.* Si verò dictus Curatus erigeretur in Vicariam perpetuam, tunc ſucceſſor non poteſt præſentare annualiter, ſed in Vicarium perpetuum, prout in illo ultimo actu, & ita judicatum in Rota: ex Gonzal. *Gloſſ.* 5. §. 3. *à num.* 18. Garc. *de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. *in fin.*

19 Semper enim ultimus ſtatus attenditur, ſive benè, ſive malè proviſio facta fuerit: ex *Cap. Conſultationibus, de Jur. Patron.* Garc. *de Benef.* 5. *part. cap.* 5. *num.* 104. Gonzal. *Gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 14. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 5. Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 8. *num.* 9. *& cap.* 34. *n.* 8.

Nec eſt neceſſe, quod ſucceſſor probet titulum anteceſſoris, ſed ſufficit probare anteceſſorum fuiſſe habitum pro Vicario perpetuo: Riccius *in Prax. aur. Reſol.* 327. *num.* 1. Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 12. & ſufficit mentionem facere de colorata poſſeſſione anteceſſoris: Riccius *in Prax. aurea, Reſolut.* 158. *num.* 3. 20

Nec officit tertium, de quo *ſupra num.* 6. quia Priores, & Rectores Patronatus Regii habent jus præſentandi in Curatis, & Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum: ex dictis *ſupra in principio*: & ideo nihil mirum ſi poſſint in annexis Curas perpetuos præſentare: ex hoc enim nullum reſultat Coronæ præjudicium: Ex quibus ſic in Judicio Coronæ judicatum eſt contra Rectorem, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis. 21

Sententia Coronæ.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos, petiçaõ de força do Padre Antonio Ribeiro, Reitor da Igreja de Saõ Payo da Villa da Rua, Biſpado de Lamego, conteſtaçaõ do R. o Padre Bernardo Guedes Oſorio, Cura da Igreja de S. Joaõ Bautiſta do Lugar de Quintella, accreſcentada fol. 45. *e a prova dada. Moſtra-ſe ſer a dita Igreja de Saõ Pelagio da Coroa Real, e o A. preſentado nella fol.* 67. *e ſendo a dita Igreja de Saõ Joaõ Bautiſta do Lugar de Quintella ſua filial, e annexa, e o dito Curado annual, e removivel* ad nutum*, o Padre Manoel Fernandes Paes, ſeu anteceſſor, Reitor da dita Igreja, preſentou ao R. por Cura perpetuo da dita ſua annexa, e filial, e de ſeu conſentimento* 22

ſentimento ſe collou, e confirmou nelle, ſem mais outro conſentimento do dito Senhor, com grande prejuizo da dita ſua Igreja, e dos Reitores ſeus ſucceſſores, no que lhe commetteo força, e esbulho, a que deve ſer reſtituido. Moſtra-ſe porèm por parte do R. que ſómente ſe commette força, e compete o remedio poſſeſſorio aos Reitores das Igrejas contra as peſſoas, que com authoridade propria, e ſem conſentimento do Reitor, nem ſua apreſentaçaõ ſe metem de poſſe de algumas annexas, o que naõ ha no caſo preſente; porque o dito Padre Manoel Fernandes Paes ſendo Reitor da dita Igreja, preſentou ao R. no dito Curado de Saõ Joaõ Bautiſta por Cura perpetuo delle, com reſerva do direito ſobre a poſſe de ſua Igreja, pedindo ao Cabido o confirmaſſe, por entender ſer aſſi conveniente, como confirmou: e aſſi entrando o R. na poſſe da dita annexa pelo titulo de ſua apreſentaçaõ, e collaçaõ, naõ fez força ao A. (que ſuccedeo na dita Reitoria) em ſe conſervar em ſua poſſe, tomada legitimamente; nem o A. per ſy tem a quaſi poſſe de nomear na dita ſua annexa Curas annuaes, para ſe dizer esbulhado della pelo R. nem a de ſeu anteceſſor lhe podia paſſar activamente, como ſe julgou nos proprios termos neſte Juizo da Coroa no mez de Fevereiro de 1660. entre partes o Procurador da Coroa, com os Padres Franciſco Rodrigues, e Rodrigo da Coſta, que ſe preſentou no feito deſte meſmo A. com o Padre Antonio Nunes; e finalmente à Igreja ſe naõ pode conſiderar prejuizo algum de ſe preſentarem eſtes Curas in perpetuum, *e naõ annualmente* ad nutum; *porque ficaõ ceſſando os inconvenientes conſiderados na conteſtaçaõ do R. e o dito Senhor fica com duas preſentaçoens de dous Beneficios. O que viſto declaraõ naõ haver o R. commettido força alguma neſta parte contra o A. a que deva ſer reſtituido, ao qual condemnaõ nas cuſtas dos Autos. Lisboa, a dezanove de Mayo de mil ſeiſcentos ſeſſenta e tres.* Pinheiro. Brito. Abreu de Loureiro. *Eſtive preſente.* Privao.

Contra hanc Sententiam Rector Eccleſiæ exceptionem oppoſuit, quæ rejecta fuit per eoſdem Judices, & tranſivit per Chancellariam, & in rem judicatam.

RESOLUT. LXXXVII.

An oppoſitā exceptione obreptionis, & ſubreptionis contra inhibitoriam Apoſtolicam, ſi Judex inhibens ad ulteriora procedat, quin cognoſcat de exceptione, neque ei deferat, committat violentiam?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Interlocutoria Judicis Apoſtolici.*
3 *Judex rejecit exceptionem, & appellationem.*
4 *Excommunicatio ſuam ſecum trahit executionem paratam.*
5 *Appellans extrajudicialiter, tenetur ratificare appellationem intra decem dies coram Judice appellato.*
6 *Juriſdictio Judicis Apoſtolici pendet ex validitate Reſcripti; eſt enim gratia acceſſoria.*
Ibi. *Reſcriptum, ſi eſt nullum, non habet Judex juriſdictionem.*
7 *Exceptio obreptionis, & ſubreptionis facit ſtatim ſuperſedere in Reſcripti executione.*
8 *Judex tenetur prius cognoſcere de exceptione præjudiciali.*
9 *Si, ea ſpreta, ad ulteriora procedit, nulliter agit, tanquam dubius de ſua juriſdictione.*
10 *Judex inhibens non poteſt expedire ſecundam inhibitoriam, quin prius*

prius cognoſcat de exceptione oppoſita contra primam.

11 *Inhibitoria ſive juſta, ſive injuſta, timenda eſt.*

12 *Inhibitoria ſi fuerit nulliter expedita contra jus, & per non habentem juriſdictionem, non eſt timenda, nec eſt ei parendum.*

13 *Idem dicendum, ſi fuerit calumnioſa, quanvis ſit Rottalis.*

15 *Exceptio obreptionis, & ſubreptionis, quando rejicitur, appellatur, & appellatio recipitur quo ad utrunque effectum.*

16 *Appellatio juſta, & de jure receptibilis, ſi rejiciatur, committitur violentia, pro qua patet recurſus, & providetur in Corona.*

17 *Sententia Coronæ.*

18 *Fuit confirmata in Tribunali Palatii.*

19 *Judex obtemperavit, & recepit appellationem quo ad utrunque effectum.*

1 CAnonicus Ulyſſipponenſis *Gabriel Marques Godinho*, tanquam Judex delegatus in gradu appellationis ad inſtantiam quorundam Fratrum Ordinis *Domini Noſtri Jeſu Chriſti*, contra *Priorem Generalem* ejuſdem Ordinis inhibitoriam expedivit, contra quam, & Reſcriptum in ea inſertum *Procurator Religionis* exceptionem nullitatis, obreptionis, & ſubreptionis oppoſuit, ſuper qua dictus Judex protulit interlocutoriam tenoris ſequentis.

Interlocutoria.

2 *Antes de outro deſpacho, ſe paſſe ſegunda inhibitoria para os Reverendos notificados ſe darem por inhibidos, e me remetterem, e compulſarem todos os Autos, que contra os appellantes houver; porque ſem eſtarem em meu juizo, ſe naõ póde proceder neſta cauſa, que me foy commettida por Sua Santidade ſimpliciter. Liſboa, e de Outubro* 11. *de* 1661. Godinho.

3 Contra hanc interlocutoriam idem *Procurator Generalis* novam obtulit nullitatis exceptionem, quam dictus Judex præcipitanter rejecit, prout etiam appellationem ad Sedem Apoſtolicam interpoſitam ab utraque interlocutoria: quare dictus Procurator gravamen interpoſuit ad Coronam, ex ſequentibus.

4 Primò: quia priora impedimenta obreptionis, & ſubreptionis erant in jure, & in facto ex actis comprobata; quia *Prior Generalis* legitimé declaravit dictos Religioſos eſſe excommunicatos, quia ejus mandatis in termino eis ſub excommunicatione latæ Sententiæ præfixo obtemperare noluerunt; quo elapſo, in Cenſuris comminatis ipſo facto inciderunt; excommunicatio enim ſuam ſecum trahit executionem paratam; ita textus expreſſus in *Cap. Paſtoralis* 53. §. *Verum*, *verſ. Nos itaque*, ibi: *Cum executionem excommunicatio ſecum trahat*: *de Appellat.* & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 5. Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap* 1. *n.* 90. & 96. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *p. cap.* 5. *num.* 3.

5 Secundò: quia adverſarii non appellaverunt intra decem dies coram *Priore Generali*, quem præſentem habebant, nec coram eo intra eoſdem decem dies appellationem extrajudicialem ratificaverunt per ſe, vel per Procuratores, prout tenebantur: ex Gratian. *deciſ.* 150. *n.* 13. & *Forenſ. cap.* 10. *n.* 8. Navar. *in Cap. Cum contingat*, *de Reſcriptis*, *Sexta cauſa nullit. n.* 13. Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *p. cap.* 2. *n.* 63. & 3. *p. cap.* 9. *num.* 221.

6 Tertiò: quia juriſdictio Judicis Apoſtolici pendet ex validitate Reſcripti, eſt enim gratiæ acceſſoria; ſi

ſi enim eſt nulla, & Reſcriptum, nullam acquirit Judex juriſdictionem: ita DD. per text. *in Cap. Si ſuper gratia*, *de Offic. delegat. in 6.* Garc. *de Benefic. part. 1. cap. 5. à num.* 469. *& à num.* 544. Flores *Variar. quæſt. 12. à num. 33.* Gail *lib. 1. obſerv. 14. num. 3.* Gig. *de Penſion. quæſt. ult. n. 13.* Navar. *in Cap. Cum contingat prima cauſa nullitat. n. 1. de Reſcript.* Salgad. *de Protect. Reg. 3. part. cap. 3. num. 57.*

7 Quartò: quia inhibitoria, & Reſcriptum in ea inſertum, erant impedita per exceptionem obreptionis, & ſubreptionis, quæ ſtatim faciunt in Reſcripti executione ſuperſedere: ex Phœb. *part. 1. deciſ. 41. per totam.* Gabr. Pereir. *deciſ. 60. per totam, & de Manu Reg. Cap. 22. num. 23.* Mend. à Caſtr. *in Prax. part. 1. lib. 2. cap. 3. num. 12.* Vant. *de Nullit. tit. Ex defectu juriſdict. delegat. num. 57. & 58.*

8 Quare prius de illa exceptione præjudiciali attento jure, cognoſcere tenebatur: ex *L. 1. & 2. Cod. de Ord. cognit. L. Si quæramus, ff. de Teſtam. L. Non ignoret, Cod. Qui accuſare, Cap. Si fortè 11. de Elect. in 6. Cap. Exhibita, de Judic. Cap. Tuam, de Ordin. cognit. Cap. Lator*, & ibi Gloſſ. 2. *Qui filii ſint legitimi.*

9 Aliàs ſi, ſpreta dicta exceptione, ad ulteriora procedat, nulliter agit, tanquam dubius de ſua juriſdictione: ex Navar. *in Cap. Accepta, oppoſit. 8. num. 20. verſ. 4. de Reſtit. ſpoliat. & in cap. Cum contingat 11. cauſ. nullitat. num. 1. verſ. Quare tertio, de Reſcript.* Mendes à Caſtr. *in Prax. lib. 3. cap. 3. num. 6.* Reinoſ. *obſervat. 45. num. 4.*

10 Quare non poterat dictus Judex ſecundam inhibitoriam expedire, quin prius de dicta exceptione ſuper competentia juriſdictionis cognoſceret: ex Lancelot. *de Attentat. 2. part. cap. 20. num. 129.* ibi: *Quod ſi in puncto competentia*; & ibi: *Objiciatur talis dubitas, quod juriſdictio reddatur dubia, tunc Judex non debet interim inhibere, donec cognoſcatur de veritate juriſdictionis.* Ricc. *in Prax. rerum fori Eccleſiaſtici deciſ. 507. n. 3.* ubi ita dicit judicatum in *Camera Imperiali*, & ibi plures refert.

Quintò: quia licet regulariter 11 inhibitio ſive juſta, ſive injuſta, timenda ſit: Gabr. Pereir. *de Man. Reg. part. 1. cap. 21. num. 14. verſ. E converſo, in fine.* Gratian. *Forenſ. Cap. 17. num. 3. & cap. 84. num. 6.* Seſſe *de Inhibition. cap. 10. §. 2. num. 12.* Lancelot. *de Attent. 2. part. cap. 20. ampliat. 11.* Surd. *Conſil. 424. n. 30.* Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 21. n. 22.*

Attamen, ſi nulliter fuerit expedita, & contra jus, & per non habentem juriſdictionem, non eſt timenda, nec ei parendum: Farinat. *in Fragment. 2. part. verb. (Inhibitio) à num. 312.* Surd. *Conſil. 424. n. 32. 34. & 36.* Cevalh. *Commun. q. 897. à num. 760.* Lancelot. *de Attentat. 2. part. cap. 15. à n. 125. & cap. 20. limit. 12. num. 1. & 8.* Salgad. *de Protect. Reg. 2. part. cap. 10. num. 81.* Oliv. *de For. Eccleſ. part. 1. quæſt. 17. num. 33.* 12

Idem dicendum, ſi inhibitoria fuerit calumnioſa, quanvis ſit Rottalis: ex Farinat. *ubi ſupra n. 322.* ita declararunt Eminentiſſimi Domini Cardinales: ex Garcia *de Benef. 3. part. cap. 2. num. 198. verſ. Ad ſecundam cenſui.* Gratian. *Forenſ. Cap. 17. num. 3.* Seraphin *deciſ. 654. n. 2.* Cevalh. *ubi ſupra. num. 761.* 13

Cùm ergo Reſcriptum, virtute 14 cujus expedita fuit inhibitoria, fuiſſet ſubreptitium, prout conſtat ex actis, & exceptione in jure, & in facto comprobata; nullam habebat dictus Judex juriſdictionem ad inhibitoriam expediendam: ex dictis *ſupra à num. 6.*

Sextò: quia exceptiones obreptionis, & ſubreptionis erant admittendæ, viſa illius materia; & quando ſimiles rejiciuntur, appellatur 15 ad

ad Sanctam Sedem, & appellatio recipitur quo ad utrunque effectum; ut in terminis reſolvit pluribus relatis Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 1. *à num.* 29. *&* 39. *&* 4. *part. cap.* 6. *num.* 5. *&* 6. *& cap.* 7. *num.* 4. *&* 8. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 4. *&* 5.

16 Ex quo fluit, quòd dictus Judex notoriam violentiam commiſit in rejectione dictæ appellationis: ex DD. ſupra quando enim appellatio de jure eſt juſta, & receptibilis (prout in præſenti) ſi rejiciatur committitur violentia notoria, pro qua patet recurſus ad *Coronam*: ex Cevalh. *de Cognit. per viam violentiæ*, *Gloſſ.* 5. *n.* 16. *& Gloſſ.* 7. *n.* 5. *& q.* 11. *per totam.* Gutier. *Pract. lib.* 1. *quæſt.* 20. *n.* 7. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 4. *à num.* 185. *& melius* 189. Gabr. Pereir. *Cap.* 22. *num.* 8. *verſ. Vide ob denegatam.* Barboſ. *in Votis*, *lib.* 1. *vot.* 4. *num.* 76. Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 10. 19. 41. *&* 57. *in fine*; his fundamentis delata cauſa ad Coronam, lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

17 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de aggravo, que o Procurador Geral da Ordem de Thomar (a quem aſſiſte o Procurador da Coroa) tirou do Doutor Gabriel Marques Godinho, Conego deſta Santa Sè, Juiz Apoſtolico. Moſtra-ſe, que impetrando Breve o Padre Fr. Agoſtinho Freire, e mais Conſortes, todos profeſſos da dita Ordem, para ſer ſeu Juiz o dito Doutor Gabriel Marques entre elles aggravados, e o Prior Geral, ſeu Prelado Mayor; veyo o dito Procurador com embargos ao dito Breve de obrepçaõ, e ſubrepçaõ, que perſuadiaõ nullidade no Reſcripto; o dito Juiz ſem deferir a elles, indo-lhe concluſos, mandou paſſar ſegunda inhibitoria para o dito Dom Prior Geral remetter os Autos a ſeu Juizo, tudo na fórma da primeira inhibitoria; ao qual deſpacho veyo o dito Procurador com outros embargos, que moſtravaõ duvidoſa ſua juriſdicçaõ; e ſem dar viſta ás partes para os ſuſtentarem, e arguirem, os regeitou; e appellando o Aggravante de hum, e outro deſpacho* ad Sanctam Sedem, *lhe naõ recebeo ſua appellaçaõ por frivola: no que lhe fez força, e notoria oppreſſaõ. Por quanto, tanto que ſe apreſentaraõ os primeiros Embargos de obrepçaõ, e ſubrepçaõ, logo devia tratar de ſua materia, recebendo-os, ou regeitando-os para corroborar ſua juriſdicçaõ; e naõ ſem os decidir, paſſar avante, mandando paſſar ſegunda inhibitoria, que he acto de juriſdicçaõ; e embargando-ſe eſte ultimo deſpacho, devia recebellos, pois eſtava ſua juriſdicçaõ duvidoſa pela materia de huns, e outros embargos, e receber a dita appellaçaõ, que por ſua materia naõ he frivola, pelas razoens nella deduzidas; e em fazer o contrario procedeo de facto, e fez força, e oppreſſaõ, avexando os Vaſſallos do dito Senhor, à quem tem obrigaçaõ de acudir. O que viſto, mandaõ ſe paſſe carta para o dito Juiz Apoſtolico, porque o dito Senhor lhe roga, e encommenda deſiſta da dita força, e oppreſſaõ, recebendo a dita appellaçaõ; e naõ o fazendo aſſi (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ ás Juſtiças ſeculares naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, mandados, nem procedimentos, nem evitem aos Aggravantes, nem lhes levem penas de excommungados. Lisboa*, 20. de *Março* de 1662. Delgado. Da Cruz Freire. Marchaõ.

Cùmque dictus Judex Chartis rogatoriis noluiſſet obtemperare, fuit vocatus ad *Tribunal Palatii*, ubi judicatum eſt in favorem Sententiarum Coronæ.

Aſſen-

Digitized by Google

Aſſento do Paço.

18 *Foraõ ouvidos o Juiz, e Procurador da Coroa, à reveria do Juiz Eccleſiaſtico, que ſendo apregoado naõ appareceo. E aſſentou-ſe, que as Cartas foraõ bem paſſadas, e ſe deviaõ cumprir, e dar à ſua execuçaõ. Lisboa, 7. de Agoſto de* 1662. *Rubrica do Senhor* Preſidente, *e dos Senhores Doutores* Pedro Fernandes Monteiro. Antonio de Souſa Tavares. Joaõ Velho Barreto. Lourenço da Gama Pereira. Jorge da Sylva Maſcarenhas. Paulo de Carvalho.

19 Virtute hujus Decreti Palatini obtemperavit Judex Apoſtolicus, Canonicus *Gabriel Marques Godinho* Sententiæ *Coronæ*, & illi intimato Decreto, pronunciavit ſe obedire, prout ſequitur.

Cumpra-ſe. Lisboa, 7. de Setembro de 1662. Godinho.

RESOL. LXXXVIII.

An Ordinarius poſſit cognoſcere de exceptione oppoſita in Chancellaria, nè expediatur titulus confirmatus per Ordinarium ad præſentationem Regiam, vel Donatariorum Coronæ; vel potius teneatur eam remittere ad Judicium Auditoris Capellæ Regiæ, & tradere titulum præſentato, & confirmato ad capiendam poſſeſſionem?

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*
2 *Priores S. Nicolai Ulyſſipponenſis Civitatis ſunt in poſſeſſione præſentandi Beneficia ſimplicia in ſolidum, ſine interventione Beneficiatorum.*
Ibi. *Exiſtens in poſſeſſione præſentandi, non eſt impediendus lite pendente.*
3 *Compatroni præſcribunt contra alios jus præſentandi per ſpatium* 40. *annorum.*
4 *Donatarius Coronæ poteſt præſcribere contra alium tempore ordinario.*
5 *Impedimenta Prioris fuerunt remiſſa Auditori Capellæ Regiæ.*
6 *Interlocutoria Curiæ Eccleſiaſticæ.*
7 *Collationis, & confirmationis effectus nullis exceptionibus, nec appellationibus retardatur, & eis non obſtantibus expeditur, titulus collato, & confirmato.*
Ibi. *Poſſeſſio eſt actus conſecutivus collationis, & confirmationis.*
8 *Actus collationis, & confirmationis ſunt extrajudiciales, & ut tales reputantur.*
9 *Adepta pacifica poſſeſſione, per confirmatum, poteſt intereſſe habens contra eum actionem movere, non tamen ante illam.*
10 *Ordinario ſolum competit inſtituere præſentatum per Regem, vel Donatarium Coronæ, præcedentibus diligentiis habilitationis, & titulum expedire confirmato, & impedimenta remittere Auditori Capellæ Regiæ.*
11 *Sententia Coronæ in caſu ſimili.*

Vacante quodam Beneficio ſimplici in Eccleſia *Sancti Nicolai* Ulyſſipponenſis, Patronatûs Regii, per mortem *Ludovici de Faria*, Prior dictæ Eccleſiæ, ut Donatarius Coronæ in jure præſentandi, continuando poſſeſſionem ſuorum anteceſſorum, præſentavit *D. Joannem Maſcarenhas*, qui documenta exhibuit Ordinario, & viſis per Promotorem Fiſcalem præſentationi-

bus Priorum anteceſſorum effectum ſortitis, reſpondit ſe nullam collationi dubitationem habere.

1 His documentis fuit cauſa remiſſa Domino *Epiſcopo Targenſi* Archiepiſcopatûs Proviſori, ut præſentatum virtute dictæ præſentationis confirmaret, prout cum effectu confirmavit, & titulum Beneficii expedivit; contra quem Beneficiati ejuſdem Eccleſiæ exceptionem in Chancellaria obtulerunt, eo innixi fundamento, eos habere ſimultaneam cum dicto Priore in jure præſentandi, & recepta hac exceptione, dictus Prior contra interlocutoriam, excipiendo propoſuit.

2 Primò ſe eſſe in ſolidum per ſe, & anteceſſores ſuos in poſſeſſione præſentandi, tanquam Donatarium Coronæ, prout declaratum fuit per *Diploma Regium*, de quo ſupra *Reſolut.* 30. *num.* 5. ſine interventu dictorum Beneficiatorum, qui nullum actum præſentationis ſimultaneæ à tempore immemorabili exercuerunt, ſed in ſolidum præſentatio facta fuit per Priores, prout præſentavit in ſolidum *D. Joannes Pereira Melchiorem Dias Preto*, poſt cujus mortem Prior ejus ſucceſſor *Joannes Piſſarro* præſentavit *Ludovicum Vieira da Sylva*, qui etiam fuit confirmatus per Ordinarium, & immiſſus in pacificam poſſeſſionem, prout etiam ipſe Prior in Beneficio contentionis præſentavit dictum Dominum *Joannem*, qui fuit confirmatus per eundem Ordinarium: quare exceptio Beneficiatorum non erat admittenda; nec ei erat impediendus effectus ſuæ præſentationis, & confirmationis, pendente litigio: ex text. *in Cap. Conſultationibus*, *de Jur. Patronat.* Garc. *de Benef.* 5. *p. cap.* 6. *num.* 22. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num* 179. *&* *cap.* 9. *num.* 146. cum aliis, de quibus ſupra *Reſolut.* 42. *num.* 24. Themud. 3. *part. deciſ.* 302. *à num.* 4. qui ita in ſimili judicatum aſſerit, *num.* 59.

Secundò: quia licet dicti Beneficiati aliquod jus haberent ad ſimultaneè præſentandum, vel eſſent Compatroni, hoc jus evanuit per non uſum, & diſſuetudinem; nunquam enim præſentarunt à tempore immemorabili, cum ſolum Compratroni præſcribant contra alios titulo colorato per ſpatium 40. annorum: ita Gonzal. *Gloſſ.* 18. *num.* 57. Covar. *in Regul. poſſeſſor.* 2. *part.* §. 10. *num.* 8. & ita judicatum in Rota teſtatur Farinat. 2. *p. Recent. deciſ.* 146. *num.* 5. *in fin.* Plures per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 68. & ſupra *Reſolut.* 37. *num.* 36. 3

Prout etiam unus Donatarius Coronæ poteſt præſcribere contra alium tempore ordinario: Caſtilh. *de Tertiis*, *tom.* 7. *cap.* 30. *num.* 10. *&* 12. Covar. *in Regula peccatum*, 2. *part.* §. 9. *num.* 3. *&* §. 3. *num.* 5. Bovadilh. *Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 208. Larrea *Fiſcal. alleg.* 69. *n.* 15. Valaſc. *de Jure Emphyteut. quæſt.* 17. *num.* 13. *&* 15. Cabed. 2. *part. deciſ.* 41. *num.* 5. *&* 6. Fragoſ. *de Regimin. Reipublicæ part.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 6. §. 7. *num.* 17. Barboſ. *in Cap. Ad Audientiam*, *num.* 7. *de Præſcriptionibus.* 4

Ex quibus, & aliis non erant dicti Beneficiati audiendi, nec exceptio admittenda; imò remitenda Judicio *Auditoris Capellæ Regiæ* juxta Bullam *Leonis X.* & tradendus titulus præſentato, & confirmato, ut Beneficii caperet poſſeſſionem: ſuper quam exceptionem Senatus Eccleſiaſticus protulit interlocutoriam ſequentem. 5

Sen-

Sentença da Relaçaõ Eccleſiaſtica.

6 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que viſtos eſtos Autos, e qualidade da cauſa, a remettem ao Juizo da Ouvidoria da Capella Real, que he o Juizo competente, aonde as partes poderaõ requerer de ſua juſtiça, e com Sentença havida ſe differirà neſta Relaçaõ à collaçaõ. Lisboa, 7. de Abril de* 1663.

7 Contra hanc Sententiam Prior iterum exceptionem oppoſuit allegando ſequentia.

Primò: quòd dictus *Joannes* per eum præſentatus fuit collatus, & confirmatus ad ſui præſentationem: quare ejus titulus non poterat retardari in Chancellaria, nec impediri aliqua exceptione; certi enim juris eſt, quod effectus collationis, & confirmationis nullis exceptionibus, nec appellationibus retardatur, & eis non obſtantibus, expeditur titulus collato, & confirmato ad capiendam poſſeſſionem: ita textus in *Cap. Conſtitutis* 46. *verſ. Nos ego, in fin. de Appellationib.* ibi: *Decrevimus tuæ confirmationis effectum non debere, per ea quæ ſunt propoſita, impediri, &c. Cap. Poſt electionem* 7. *de Conceſſion. Præbend. ad fin.* ibi: *Sententialiter decernentes, ut inſtitutio facta per Archiepiſcopum de te ſortiatur effectum, &c.* & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 1. Gonzal. plurib. relat. Doctoribus, & Deciſionibus Rotæ *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 9. §. 1. *de Nullitat. & attent. n.* 27. Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 13. *n.* 153. Garcia *de Benef. part.* 9. *cap.* 4. *à num.* 19. ubi *num.* 20. dicit, quod inſtitutus, & collatus in Beneficio poteſt illius capere poſſeſſionem, non obſtante appellatione, ex eo, quia poſſeſſio eſt actus conſecutivus collationis, & confirmationis: Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 11. *num.* 32. *& cap.* 13. *à num.* 1. Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *à num.* 827.

Maximè, quando inſtitutio, & collatio facta fuit ſine aliqua contradictione: (ut in præſenti) hi enim actus collationis, & confirmationis ſunt extrajudiciales, & ut tales reputantur: DD. per text. in *Cap. Conſertationi, de Appellat. in* 6. Gonzal. *dicta Gloſſ.* 9. §. 1. *de Nullit. & attentat. num.* 14. Durand. *tom.* 1. *deciſ.* 86. *num.* 3. Salgad. *ubi ſupra num.* 32. *& dict. cap.* 13. *n.* 12. 8

Adepta tamen pacifica poſſeſſione, tunc, qui habuerit intereſſe, Beneficiatum pacificum poſſeſſorem poterit convenire: ex dicto *Cap. Conſtitutis, in fin.* ibi: *Poſtquam pacificam ipſius Præpoſituræ poſſeſſionem fueris aſſecutus, proponendi licentiam non negamus*: dictum *Cap. Poſt electionem, in fine*, ibi: *Exinde ſi ſuper renuntiatione, vel abjuratione, vel aliquo præmiſſorum, aliquis, qui velit, vel valeat adverſus te quidquam duxerit proponendum, ordine poterit judiciario experiri*: ita Barboſ. Gonzal. & Salgad. ſupra Themud. *dict. deciſ.* 302. *num.* 4. 9

Secundò: quia ſolum Ordinario competit inſtituere, & confirmare præſentatum, præcedentibus diligentiis de ſufficientia genere, vita, & moribus, quin ſe intromittat in cognitione exceptionis oppoſitæ in Chancellaria contra præſentationem factam per Donatarium Coronæ, qui eſt in poſſeſſione præſentandi: cognitio enim dictæ exceptionis pertinet ad Judicium Auditoris Capellæ Regiæ juxta Conſtitutionem *Leonis X.* prout recognovit ipſe Ordinarius, qui eam remiſit dicto Judicio; ſed interim tenebatur titulum collationis expedire per Chancellariam præſentato, & confirmato, ut Beneficii caperet poſſeſſionem, ut in ſimili judicatum eſt in Judicio Coronæ, 10

cui Sententiæ idem Ordinarius ſubſcripſit tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

11 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de Aggravo, que o Procurador da Coroa aggravante, tirou dos Dezembargadores da Relaçaõ Eccleſiaſtica deſte Arcebiſpado, e ſeu Vigario geral o Doutor Henrique de Souſa Serraõ, repoſta, e documentos juntos. Moſtra-ſe, que eſtando vaga a Igreja de Saõ Bartholomeu da Villa da Caſtanheira do Padroado Real, por falecimento de Antonio Dias, o dito Senhor foy ſervido preſentar nella ao Licenciado Thomás de Azevedo Cabral, de que ſe lhe paſſou ſua Carta de preſentaçaõ, que paſſou pela Chancellaria, com a qual requereo ao Reverendo Cabido ſua confirmaçaõ, e collaçaõ; e viſta a dita Carta de preſentaçaõ, e precedendo as ditas diligencias neceſſarias, do exame pelos Examinadores Synodaes, em que foy approvado, ſe lhe paſſou ſua Carta de confirmaçaõ, e collaçaõ, que ao paſſar pela Chancellaria foy embargada pelo Padre Jeronymo de Faria, e pela Condeſſa de Caſtro, e pelo Procurador da Fazenda do dito Senhor, deduzindo huns, e outros Embargantes o direito da propriedade a reſpeito da apreſentaçaõ, que por Carta do dito Senhor tinha paſſado por ſua Chancellaria Mór, ſem embargos, nem impedimento algum; com o que no Juizo Eccleſiaſtico da confirmaçaõ, e collaçaõ naõ deviaõ os Embargantes ſer admittidos, nem ouvidos com materia da propriedade, por ſer a Igreja, de que ſe trata, do Padroado Real, que tem Juiz privativo, no qual ſe póde tratar do direito da preſentaçaõ, e naõ no Juizo Eccleſiaſtico, competente ſómente para a confirmaçaõ, e collaçaõ, que ſómente reſpeita a habilitaçaõ da peſſoa do preſentado na ſufficiencia, e procedimento, em que foy approvado, e ſe lhe paſſou ſua Carta de confirmaçaõ, e collaçaõ: e neſtes termos em os Juizes Eccleſiaſticos receberem os ditos Embargos, e tomarem conhecimento delles reſpeitando ſua materia o direito da apreſentaçaõ, que lhes naõ toca, admittindo os Embargantes a allegaçaõ della, impedindo por eſte modo paſſar pela Chancellaria a Carta de collaçaõ ao preſentado pelo dito Senhor, eſtando approvado, e examinado, procederaõ com abuſo de juriſdicçaõ, fazendo notoria força, e violencia ao preſentado pelo dito Senhor, e ſua juriſdicçaõ, pois as cauſas do Padroado Real, e as do direito delle, e ſeus preſentados, de nenhuma maneira pertencem ao Juizo Eccleſiaſtico pelas Concordatas, e Bullas Apoſtolicas; e reſpeitando a materia dos ditos Embargos, o direito da propriedade da preſentaçaõ do dito Senhor da Igreja, de que ſe trata, que ſe confeſſa ſer do Padroado Real, naõ deviaõ os Embargantes ſer admittidos com a materia de ſeus Embargos no Juizo da Chancellaria Eccleſiaſtica, que de nenhum modo reſpeita ao merecimento da collaçaõ, de que ſómente nelle ſe trata. O que viſto, e o mais dos Autos, mandaõ ſe paſſe Carta para os ditos Dezembargadores Eccleſiaſticos, porque o dito Senhor lhes roga, e encommenda deſiſtaõ da força, e violencia, que fazem à juriſdicçaõ Real do dito Senhor, e ſeu preſentado, naõ admittindo os Embargantes em ſeu Juizo com a materia de ſeus embargos, nem por meyo delles impidaõ paſſar pela Chancellaria a Carta de collaçaõ, que ſe naõ deve impedir com a materia da propriedade, eſtando o apreſentado approvado, e collado, tendo os Embargantes faculdade para deduzirem ſeu direito em Juizo competente. E fazendo o contrario (o que delles ſe naõ eſpera, nem de ſeu Vigario geral) mandaõ às Juſtiças ſeculares naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, mandados,*

nem

Digitized by Google

nem procedimentos, nem lhe levem penas de excommungado. Lisboa, 22. de Março de 1662. Portugal. Bacelar. Pinheiro de Brito. *Eſtive preſente*, Privado. *Fui preſente*, Ferraõ, *Procurador da Fazenda.*

Sed his rationibus non obſtantibus, Senatus Eccleſiaſticus impedimenta rejecit, & remiſſa fuerunt priora impedimenta Judicio *Auditoris Capellæ Regiæ*, in quo actualiter pendet.

RESOLUT. LXXXIX.

An Tribunal Menſæ Conſcientiæ poſſit providere Decanatum, & alia Beneficia cum Cura, vel ſine Cura, & Officia Eccleſiaſtica Epiſcopatus Angrenſis? Et an hoc ſolum competat Sereniſſimo Regi Portugalliæ, tanquam Magno Magiſtro Ordinum Militarium?

SUMMARIUM.

1 *Quando non datur appellatio, vel denegatur, recurritur ad Superiorem per viam gravaminis, vel querelæ.*

2 *Decretum Regium.*

3 *Epiſtola Regis ad Capitulum Angrenſe.*

4 *Proviſiones, & præſentationes Decanatuum, Dignitatum Canonicatuum, & Beneficiorum cum Cura, & ſine Cura pertinent ad Regem, tanquam* Magnum Magiſtrum *juxta Bullam creationis, & declarationem Regis* Joannis III.

5 *Controverſia tempore Regis* Joannis IV. *inter Capitulum* Angrenſe, & Tribunal Ordinis, *ſuper proviſionibus officiorum, & aliquorum Beneficiorum.*

6 *Decretum Regium in favorem Capituli Angrenſis.*

7 *Epiſtola Regis ad idem Capitulum.*

9 *Rex* Alphonſus VI. *juſſit obſervare decretum paternum, de quo ſupra num. 6.*

10 *Decretum, per quod Rex Alphonſus inhibuit Tribunal, nè intromitteretur in proviſionibus Beneficiorum.*

11 *Per illud decretum fuerunt ligatæ manus Tribunalis, circa proviſiones Beneficiorum.*

Ibi. *Advocatione pendente, nihil innovatur.*

Ibi. *Virtus negativæ eſt inducere nullitatem, & removere omnem formam ab actu, & excludere omnem caſum etiam minimum.*

12. *Proviſio Decanatus Angrenſis, per Tribunal Menſæ Conſcientiæ nulla fuit.*

Ibi. *Decreta Regia habent Legis vigorem.*

13 *Ultimo Epiſcopo Angrenſi commiſit Rex facultatem providendi omnia Beneficia; excepto Decanatu.*

Ibi. *Pontifices ſibi reſervarunt primas Sedes poſt Pontificalem.*

Ibi. *Res facilè reddit ad ſuam primævam naturam.*

14 *Appellatione proviſionis venit nominatio, electio, præſentatio, inſtitutio, & confirmatio.*

Ibi. *Titulus datus à non habente poteſtatem, nullus eſt.*

15 *Proviſio Beneficiorum Ordinum pertinet ad Regem, & ad Menſam ſolum Chartas expedire, prout in Tribunali Palatii.*

16 *Jus Patronatus Beneficiorum Ordinis eſt annexum Regio Diademati, & illius naturam ſortitur, cui principaliter fuit unitum.*

17 *Jus Patronatus Coronæ præſcribi non poteſt, nec Ordinum.*

Ibi. *Annexorum idem eſt Judicium.*

18 *Tolerantia non inducit diſpenſationem ſine ſcientia Principis.*

Ibi.

Ibi. *Scientia, & notitia, quæ requiritur ad aliquem actum, debet eſſe certa, cum omnibus qualitatibus in ſpecie, & non in genere.*

19 *Tolerantia cujuſcumque temporis non juſtificat poſſeſſionem in his, quæ abſque Principis ſcientia acquiri non poſſunt, nec talis poſſeſſio ſucceſſoribus præjudicat.*

20 *Ad præſcribenda jura incorporalia (prout jus Patronatus) requiritur ſcientia, & patientia illius, cui præjudicatur.*

22 *Decretum Regium ad providenda Beneficia, per conſultationem Menſæ, & num. 23.*

25 *Reſolutio, nè Tribunal Conſcientiæ poſſet providere Beneficia.*

TRibunal *Menſæ Conſcientiæ*, & *Ordinum* ſuam ſemper voluit extendere juriſdictionem, non obſtantibus multiplicatis Decretis, & Regiis reſolutionibus; & tandem anno 1658. fuit iterum quæſtio ventilata ratione proviſionis, quam idem Tribunal fecit de *Decanatu* Epiſcopatus *Angrenſis*, quin aliqua ad Regem præcederet conſultatio.

1 *Archidiaconus* ejuſdem Eccleſiæ *Proviſor*, & *Vicarius Generalis* Epiſcopatus, vir ſané notæ ſcientiæ in utroque jure graduatus, eo tempore in hac Civitate exiſtens recurrens ad Regem per viam querelæ (quæ datur ubi non datur, vel denegatur appellatio: Gloſſa *verbo*, *Supplicari*, *in Cap. Ex litteris*, *de In integrum reſtit.* & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 5. *& in Votis*, *lib.* 1. *vot.* 4. *num.* 79. Scacia *de Appellat. q.* 17. *limit.* 15. *num.* 5. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 70. *num.* 24.) retulit proviſionis uſurpationem, & exceſſum; propter quod emanavit Decretum Regium, tenoris ſequentis.

Decretum.

A Meſa da Conſciencia, e Ordens me diga logo, o que neſta materia tem paſſado, e entre tanto ſe naõ innove no negocio couſa alguma. Lisboa, 21. de Abril de 1658. Rainha. 2

Cum hoc Decreto remiſſa fuit Epiſtola *Regis* ad *Capitulum Angrenſe*, nè proviſum per Menſam confirmaret, tenoris ſequentis.

Epiſtola Regis ad Capitulum Angrenſe.

Dignidades, Conegos, Cabido da Sé da Cidade de Angra. Eu ElRey vos envio muito ſaudar; por quanto no provimento, que na Meſa da Conſciencia, e Ordens ſe fez do Deado deſſa Sé, tem havido cauſa baſtante para ſe alterar; vos encommendo muito, que atè ſe naõ tomar reſoluçaõ na materia, e ſe deferir ao que tenho mandado, ſobreſtejaes na collaçaõ, e poſſe do provido, ſobre que ſe vos fará aviſo, quando for tempo. Eſcrita em Lisboa, em 14. *de Mayo de* 1658. Rainha. 3

Contra illam proviſionem oppoſuit *Archidiaconus*, præſentationes, & proviſiones *Decanatus*, Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum cum Cura, & ſine Cura illius *Epiſcopatus* ad *Regem*, tanquam *Magnum Magiſtrum Ordinis Jeſus Chriſti*, privativè pertinere juxta Bullam creationis ſervatam in Archivo publico illius Eccleſiæ, prout etiam Sereniſſimus Rex *Joannes III.* declaraverat, per quandam Epiſtolam ſcriptam Evoræ 11. Octobris 1535. 4

Propoſuit etiam, quod orta jam controverſia tempore Sereniſſimi Re- 5

Digitized by Google

Regis *Joannis IV.* inter *Capitulum Angrenſe*, & *Tribunal Menſæ Conſcientiæ* ſuper proviſionibus officiorum, & aliquorum Beneficiorum ejuſdem *Epiſcopatûs*, quæ omnia idem Tribunal conabatur providere; & auditis ex utraque parte rationibus, cum documentis ex utraque parte productis, idem Sereniſſimus *Rex* juſſit omnia videre per eruditiſſimos Viros, qui pro *Capitulo Angrenſi* quæſtionem deciderunt, & eorum reſolutione *Rex* confirmatus expedivit *Decretum* tenoris ſequentis.

Decretum Sereniſſimi Regis *Joannis IV.*

6 *Mandei ver com toda a conſideraçaõ por peſſoas muito zeloſas do Serviço de Deos, e meu, a petiçaõ, que o Cabido da Sè de Angra me fez ſobre as razoens, que ha para a Meſa da Conſciencia, e Ordens ſe naõ intrometter nos provimentos dos Officios Eccleſiaſticos, e alguns Beneficios daquelle Biſpado; e juntamente o que a Meſa em ordem a iſto allegou por ſua parte; e confirmando-ſe a materia com os documentos, papeis, e mais razoens, que por huma, e outra parte offereceraõ: Pareceo, que o Cabido, no que propoem, e allega, tem juſtiça; por quanto a Bulla da creaçaõ daquelle Biſpado de Angra extinguio de todo a juriſdicçaõ Eccleſiaſtica, que a Ordem de Chriſto tinha naquellas partes Ultramarinas, e a deu ao Biſpo de novo eleito, ſem fazer diſtinçaõ entre o que pertence à Ordem Epiſcopal, e Ordinaria, em que conſiſte o bom governo do Biſpado. E ſómente reſervou aos* Reys *deſte Reino o Padroado para nomearem Biſpos, e para a preſentaçaõ de todos os Beneficios com Cura, e ſem Cura,* como Meſtre da Ordem de Chriſto; *e que por ſer eſta reſerva odioſa em reſpeito da juriſdicçaõ dos Biſpos, ſe naõ podia ampliar aos officios, e mais cargos do Eccleſiaſtico, de que a Bulla, e Padraõ naõ fizeraõ mençaõ, e ſe devia reſtringir, e entender ſómente nos Beneficios, que forem perpetuos, e que os Officios, e mais cargos do Eccleſiaſtico ſe naõ podiaõ chamar Beneficios, e ſómente contèm hum nudo miniſterio annual, ou removivel, dependente do arbitrio, de quem os concede; e que o provimento dos taes officios, e cargos pertencia ao Biſpo, e Cabido Sede Vacante, por razaõ da juriſdicçaõ Epiſcopal, que a Bulla lhe deu para o Governo do Biſpado. E que o coſtume, e poſſe, que ſe allega por parte da Meſa da Conſciencia, fundado nos exemplos tirados da Chancellaria das Ordens, e provimentos dos taes officios, e cargos do Eccleſiaſtico, me naõ podiaõ dar direito algum para os poder prover,* como Meſtre; *porque nenhum coſtume, e poſſe fundada nelle pòde prejudicar à juriſdicçaõ, e direito Epiſcopal, por ſer o tal coſtume irracionavel, e contra Direito, ainda que ſeja introduzido por muito tempo. Mòrmente, que ſe naõ moſtra por parte da Meſa da Conſciencia titulo algum da poſſe, que allega, para ſe livrar do vicio, que na tal poſſe pòde haver, pois lhe reſiſte o Direito, e aſſiſte ao Biſpo; e que o Cabido moſtrava titulo de ſua poſſe, que he a Bulla da creaçaõ do Biſpado, e inquiriçaõ authentica de teſtemunhas de como os Biſpos de Angra, e Cabido Sede Vacante, de tempo antigo a eſta parte proveraõ os officios, e mais cargos do Eccleſiaſtico, que naõ eraõ Beneficios perpetuos; e que o Tribunal da Meſa da Conſciencia ſe naõ ajuſtava em ſuas razoens com o facto, e diſpoſiçaõ da Bulla, e Padraõ do Senhor Rey* Dom Joaõ III. *porque diz, que da Bulla, e Padraõ conſtava, que a preſentaçaõ de todos os Beneficios, e Officios do Eccleſiaſtico do Biſpado de Angra ficou reſervada ao* Meſtre da Ordem de Chriſto; *ſendo aſſi, que*

na

na Bulla, e Padraõ ſe naõ faz menção alguma da reſerva de Officios, e mais cargos do Eccleſiaſtico; e ſómente ſe reſerva para o Meſtre da Ordem de Chriſto o provimento dos Beneficios Curados, e ſem Cura; e que por ſer eſta materia grave, e prejudicial à juriſdicçaõ Epiſcopal, deviaõ os Miniſtros da Meſa da Conſciencia fazer grande eſcrupulo, e proverem ſómente os Beneficios com Cura, e ſem Cura, que forem perpetuos em vida de quem os recebe, e naõ officios, e mais cargos do Eccleſiaſtico, que ſaõ removiveis, cujo provimento pertence ao Biſpo, e Cabido Sede Vacante, conforme a Direito. A Meſa da Conſciencia, e Ordens tendo entendido eſta reſoluçaõ, com que fuy ſervido conformarme, a cumpra, e guarde, e execute daqui em diante muito pontual, e inteiramente, ſem contradiçaõ alguma; advertindo, que ao Cabido Sede Vacante da Cidade de Angra mando avisar diſto meſmo, para que pelo que lhe toca a execute, e faça executar. Em Lisboa, 24. de Fevereiro de 1646. annos. Pedro Vieira da Sylva a fiz eſcrever. Rey.

Cum hoc Decreto, ſcripſit Rex ad *Capitulum Angrenſe* Epiſtolam tenoris ſequentis.

Epiſtola Sereniſſimi Regis *Joannis IV.* ad Capitulum Angrenſe.

7 *Deaõ, Dignidades, Conegos, e mais Cabido da Sè de Angra da Ilha Terceira. Eu ElRey vos envio muito ſaudar. Pela copia do Decreto, que ſerà com eſta, aſſinado por Pedro Vieira da Sylva, que ſerve de meu Secretario de Eſtado, que mandey remetter à Meſa da Conſciencia, e Ordens, entendereis a reſoluçaõ, que fuy ſervido tomar nas duvidas, que entre vòs, e aquelle Tribunal hà ſobre o provimento dos Officios Eccleſiaſticos deſſe Biſpado, e alguns Beneficios delle: Encommendovos, que pelo que vos toca ordeneis de os guardar muito inteiramente, e que procureis, que, quanto em vòs for, ſe dè de maõ a eſtas contendas, pois vedes quanto ſe encontra com ellas o ſerviço de Deos, e meu, quietaçaõ, e ſocego deſſa Igreja. Eſcrita em Lisboa, a 29. de Janeiro de* 1646. Rey.

Illud Decretum paternum, de quo *ſupra num. 6.* juſſit Sereniſſimus Rex *Alphonſus VI.* obſervari per Portariam *Secretarii Status*, 6. Decembris 1656. tenoris ſequentis. 8

Portaria Secretarii Status.

Ordena Sua Mageſtade, que a Meſa da Conſciencia, à cerca do provimento dos Beneficios, guarde a meſma ordem, que Sua Mageſtade (que Deos tem) tinha dado; com declaraçaõ, que naõ ſubirà acima ſem ordem ſua, e que neſſe dia haverà deſpacho como nos mais. Pedro Vieira da Sylva. 9

Per aliud Decretum, 13. Martii 1657. remiſſum ad idem Tribunal, illud inhibuit circa proviſionem Beneficiorum, prout ex eo conſtat.

Aliud Decretum.

A Meſa da Conſciencia fique advertida, que os provimentos dos Beneficios das Igrejas de ſua juriſdicçaõ ſe naõ façaõ ſe naõ em cima, que aſſim ſou ſervido. 10

Per hæc Decreta, & affectionem manus Principis inhibitum fuit *Tribunal*, nè in poſterum aliquas faceret proviſiones Beneficiorum, per illud enim fuerunt ligatæ manus Tribunalis: ex text. *in Cap. Ad noſtram* 56. *de Appellat.* ubi Barboſ. *in Collect.* 11

Collect. num. 7. *& in Votis vot.* 110. *num.* 39. *&* 40. *& de Poteſtat. Epiſcop. allegat.* 57. *à num.* 32. DD. per text. *in Cap.* 1. *&* 2. *de Confirmation. utili*, & relatis ſupra *Reſolut.* 72. *num.* 11. Advocatione enim, & inhibitione pendente, nihil innovatur, quia inducunt nullitatem omnium geſtorum in contrarium: DD. per text. *in Cap. Non ſolum, de Appellat. in* 6. Barboſ. *in Votis Voto* 33. *num.* 52. *& in Cap. Paſtoralis, n.* 13. *de Offic. Ordinarii.* Quod patet ex Decreto *ſupra num.* 8. ibi: *Guarde a meſma ordem*; & ex Decreto ſupra *num.* 9. ibi: *Se naõ façaõ, ſe naõ em cima*: virtus enim, & natura negativæ eſt inducere nullitatem, & removere omnem potentiam ab actu, & excludere omnem caſum etiam minimum; ut per *Laram*, & Cardinalem *Tuſcum*, quos refert, & ſequitur Barboſ. *in Votis, vot.* 122. *num.* 22.

12 Ergo illa proviſio *Decanatus* per *Tribunal Menſæ Conſcientiæ* fuit nulla ipſo jure, contra illa Decreta prohibitiva; quare pro infecta habenda eſt: ex Barboſ. *vot.* 78. *num.* 23. *&* 24. Decreta enim Regia habent Legis vigorem: ex *L.* 1. *ff. de Conſtit. Princip.* §. *Sed quod Principi, Inſtitut. de Jur. naturali*; & valet argumentum de lege ad Decretum, utrunque enim placitum Principis eſt: ex Barboſ. *vot.* 27. *n.* 9.

13 Oppoſuit ſecundò, quod in ultima proviſione Epiſcopatus *Angrenſis* conceſſit *Rex* Epiſcopo *D. Antonio à Reſurrectione* per Proviſionem 25. Aprilis 1635. regiſtratam in Chancellaria Ordinum fol. 196. ut poſſet facere nominationes omnium Beneficiorum Epiſcopatus, excepto Decanatu, qui eſt prima Sedes poſt Pontificalem, ad inſtar Pontificum, qui ſibi reſervant primas Dignitates Cathedralium per *Regulam* 4. *Chancellariæ*; ut per Barboſ. *de Poteſtat. Epiſcop. alleg.* 57. *n.* 94. *& in Votis, vot.* 110. *num.* 57. quæ facultas regulariter Epiſcopis ultramarinis conceditur, & mortuo Epiſcopo, eadem juriſdictio revertitur ad *Regem*, qui eam conceſſit virtute Bullarum creationis, & non ad *Menſam Conſcientiæ*; facile enim res redit ad primævam naturam: ex *Cap. Ab exordio, diſt.* 35. Barboſ. *de Penſion. quæſt.* 9. *num.* 16.

Tertiò fuit nulla proviſio *Decanatûs* ex defectu poteſtatis, appellatione enim proviſionis venit nominatio, electio, præſentatio, inſtitutio, & confirmatio: Gloſſ. *verb. Proviſionem, in cap.* 1. *& in cap. Quorundam, de Elect. in* 6. & Gloſſ. *verbo, Proviſio, in Clement. ult. eodem tit.* Barboſ. *de Appellativa verbor. appellat.* 228. *num.* 1. *& in Votis, vot.* 98. *n.* 41. Riccius 3. *part. deciſ.* 54. *num.* 3. Ludoviſ. *deciſ.* 66. *à n.* 1. Quare titulus ab eo datus nullus eſt ipſo jure, tanquam à non habente poteſtatem: ex Barboſ. *vot.* 33. *num.* 46. *&* 47. Gabr. Pereir. *deciſ.* 2. *num.* 9. Non enim ſufficit, quod titulus conferatur à ſuperiore, ſed à legitimo: ex dictis ſupra *Reſolut.* 72. *n.* 18. *&* 19. nec poterat dare, nec transferre jus, quod non habebat: ex Barboſ. *vot.* 30. *num.* 42. *& vot.* 76. *num.* 135. 14

Quartò: quia facta fuit contra regimen ejuſdem Tribunalis §. 105. ibi: *Daraõ deſpachos para ſe paſſarem Cartas de preſentaçoens das Igrejas, que ſaõ do meu Padroado, como Governador dos Meſtrados das tres Ordens Militares, aquelles, que por mim forem preſentados*: Ergo præſentatio ad *Regem*, & non ad *Menſam* pertinet, & ſolum Menſæ competit expedire Chartas præſentatis per Regem in Beneficiis Coronæ. Quare etiam ex hoc capite proviſio Tribunalis nulla fuit, & contra formam regiminis: ex *L. Cum hi*, §. *Si prætor, ff. de Tranſact.* Barboſ. *vot.* 78. *num.* 23. *&* 24. *& vot.* 15. *à num.* 21. 15

Pro parte *Tribunalis* allegabatur 16

eſſe in poſſeſſione providendi à tempore antiquo cum tolerantia *Magni Magiſtri.* Sed convicta fuit allegatio ex eo, quia jus Patronatus Beneficiorum Ordinum eſt annexum, & inhæret *Regio diademati*, & ſortitur naturam Patronatuum Coronæ, cui principaliter fuit unitum: ex *L. Peculium* 65. *in princip. ff. De legat.*2. *L. Quæ Religioſis*, *ff. de Rei vend. cap. Super eo*, *de Paroch.* Barboſ. *vot.* 55. *num.* 14. *& à n.* 12. *& vot.* 117. *num.* 10. Alter Barboſ. *in L. Cum prætor* 12. §. 1. *num.* 29. *ff. de Judic.*

17 Ergo quemadmodum jus Patronatus Coronæ præſcribi non poteſt: ex Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 7. *num.* 2. *& cap.* 34. *num.* 2. *&* 3. *&* 2. *part. deciſ.* 65. *num.* 3. cum aliis relatis ſupra *Reſolut.* 37. *n.* 26. & Valaſc. *de Jur. Emphyt. quæſt.* 9. *num.* 26. *ad fin.* ubi ita dicit judicatum in favorem Coronæ, & ita declaratum eſt per *Regium Diploma* anno 1617. de quo ſupra *Reſol* 30. *num.* 5. ibi: *No qual naõ póde haver lugar de preſcripçaõ por ſerem bens de minha Coroa.* Ita eodem modo Beneficia juris Patronatus Ordinum impræſcriptibliia ſunt, ſicut jus Patronatus Coronæ, cui ſunt annexa Beneficia Ordinum, & Magiſtratus: annexorum enim idem eſt judicium: ex *Cap. Cum ſingulis*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Annexi*, *de Præbend. in* 6. Gloſſ. *verbo*, *Connexa in Cap. Quanto*, *de Judic.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 45. *& lib.* 2. *caſ.* 95. *à num.* 5.

18 Nec ex tolerantia in aliquibus actibus clandeſtinis nulliter factis ſine ſcientia Principis induci poterat diſpenſatio, quia ad hunc effectum requirebatur illius ſcientia, qua deficiente, non prodeſt tolerantia; ad quam inducendam requiritur notitia, & certa ſcientia detentationis, & uſurpationis: DD. per text. *in Cap. ult. de Jur. Jurand. in* 6. quia quando in aliquo actu requiritur ſcientia, & notitia in aliqua cauſa, debet ipſa notitia eſſe certa cum omnibus qualitatibus in ſpecie; & non in genere: ex Gloſſ. *verb.*, *Sciverit*, *in Cap. Concertationi*, *de Appellat. in* 6. Felin. *in Cap. Cum contingat*, *num.* 5. *de Reſcript. & in Cap. Quo ad conſultationem*, *n.* 32. *de Re judic.* cum aliis per Barboſ. *in Votis*, *lib.* 3. *vot* 126. *num.* 331.

Nec tolerantia cujuſcunque temporis juſtificat poſſeſſionem in his, quæ abſque Principis conceſſione acquiri non poſſunt: ex Peregrin. *de Jure fiſci lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 27. *ad fin. verſ. Contra tamen*: nec talis poſſeſſio ſucceſſoribus præjudicat; ut per Larream *Allegat. fiſc. part.* 1. *alleg.* 8. *num.* 30. *per text. in cap.* 2. *de Præſcriptionib.* 19

Ad præſcribenda autem jura incorporalia, prout eſt jus Patronatus, requiritur ſcientia, & patientia ejus, cui præjudicatur: ex *L.* 2. *Cod. de Servitut. & aqua.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 45. §. 2. *n.* 32. Gratian. *Forenſ. cap.* 577. *n.* 1. & cum pluribus Deciſionibus *Rotæ* Barboſ. *in Votis lib.* 2. *vot.* 20. *n.* 22. quam notitiam *Tribunal* non probavit cum aliquo titulo colorato. 20

Immò contra prætenſam poſſeſſionem *Tribunalis* aſſiſtit *Regi*, ut *Magno Magiſtro*, Bulla fundationis, regimen Tribunalis, de quo *ſupra num.* 15. & illa aſſerta poſſeſſio fuit vulnerata, & interrupta per illa *Decreta Regia à num.* 9. & per proviſionem ultimi Epiſcopi *Angrenſis*, de qua *ſupra num.* 13. Ex quibus non poterat juvari *Tribunal* ex illa tolerantia clandeſtina, & interrupta. 21

His ex utraque parte adductis, & Sereniſſimo *Regi* delatis poſt magnum temporis ſpatium, emanavit Decretum tenoris ſequentis.

De-

Digitized by Google

Decretum Regium.

22 *Por ſe me ter repreſentado o grave damno eſpiritual, que recebem as Igrejas das Ordens, que eſtaõ vagas, pela duvida, que ſe moveo na Meſa da Conſciencia, e Ordens ſobre o modo, com que ſe deve prover, ou conſultarſe, e ſer materia eſta, ſobre que tenho mandado fazer algumas diligencias preciſamente neceſſarias para ſe poder tomar nella a reſoluçaõ, que parecer mais conveniente ao ſerviço de Deos, e meu, as quaes ſe naõ poderaõ concluir com a preſſa, que o provimento deſtas Igrejas pede. A Meſa me conſulte logo todas as que eſtiverem vagas, para ſe acudir com brevidade taõ neceſſaria a eſte damno; e com a reſoluçaõ, que ſe tomar, feitas as diligencias, em que ſe anda, ficarà diſpoſto o modo, em que continuaraõ os provimentos, em que mandei procurar o mayor acerto. Lisboa, 7. de Junho de* 1659. Rainha.

Executio hujus Decreti impugnata fuit per dictum *Tribunal*; ſed non obſtante dicta impugnatione, exivit aliud Decretum tenoris ſequentis.

Aliud Decretum.

23 *Cumpra-ſe o meu Decreto de 7. de Junho, de que trata eſta conſulta ſem embargo, do que nella ſe refere, por naõ convir ao ſerviço de Deos, e meu, e eſtarem os Beneficios tanto tempo ſem ſe proverem, e provendo-ſe por Conſultas no tempo de ElRey de Caſtella, e por Conſultas verbaes no tempo de ElRey meu Pay, e Senhor, que Deos tem, naõ pode cauſar eſta reſoluçaõ queixa juſta, em quanto ſe naõ toma a que mais convier. Lisboa*, 17. *de Novembro de* 1659. Rainha.

24 Hæc reſolutio etiam impugnata fuit per idem *Tribunal*, ſed viſis allegationibus ex utraque parte per perſonas *Regii Concilii* cum omnibus documentis exiit ultima reſolutio Regia tenoris ſequentis.

Reſolutio Regia.

Os Deados, Dignidades, e Conezias 25
ultramarinas me ha de conſultar ſempre a Meſa, como faz aos mais Beneficios, em que ſe naõ conſidera differença; e aſſi ſe faça no Deado de Angra, de que ſe trata, e nelle me poderà a Meſa conſultar quem lhe parecer, e ſeja com a brevidade poſſivel, pelo muito tempo, que ha, que ſe retarda eſte provimento, e tornaõ todos os papeis, e os que me offereceo o Arcediago para que ſe entreguem a ſeus donos. Lisboa, 16. *de Julho de* 1660. Rainha.

RESOLUTIO XC.

An Judex delegatus in cauſa juris Patronatûs Regii poſſit cognoſcere ultra locum, & Diœceſim commiſſionis? Et an extra illam poſſit ſubdelegare?

SUMMARIUM.

1 *Judex delegatus non poteſt ultra locum commiſſionis de cauſa cognoſcere.*
2 *Juriſdictio adhæret territorio, extra quod Judex non habet juriſdictionem.*
3 *Poteſt tamen cognoſcere de expreſſo partium conſenſu.*
Ibi. *Non ſufficit conſenſus tacitus.*
4 *Non poteſt ſubdelegare extra territorium commiſſionis.*
Ibi. *Subdelegatio eſt actus juriſdictionis, quæ extra territorium exerceri non poteſt.*
5 *Non poteſt ſubdelegare, niſi in eo-*

 dem

dem territorio, & in perſonis in dignitate conſtitutis.

6 *Ita judicatum.*

7 *Sententia Coronæ.*

8 Cap. Statutum *in omnibus ſuis diſpoſitionibus, habet Decretum irritans.*

Ibi. *Decretum irritans refertur ad omnia in diſpoſitione contenta, ſive in principio, ſive in medio, vel in fine ſit appoſitum.*

9 Cap. Statutum *refertur ad omnia in diſpoſitione contenta cum Decreto irritanti.*

Ibi. *Contra Conſtitutionem habentem Decretum irritans, non admittitur probatio non uſus, quocunque temporis decurſu non obſtante, niſi detur ſcientia, patientia, & expreſſus conſenſus Pontificis.*

10 *Contra Conſtitutionem habentem Decretum irritans non valet conſuetudo, quæ potius dicitur corruptela.*

11 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes, quo ad actus nullitatem, non quo ad pœnam.*

1 JUdex delegatus non poteſt ultra locum, & Diœceſim commiſſionis de cauſa cognoſcere: ita text. *in Cap. Statutum* 11. §. *In nullo, de Reſcript. in* 6. ibi: *In nullo quoque caſuum prædictorum Judex extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputatus fuerit, citet partes, nè de cauſa ſibi commiſſa cognoſcat.* Ubi Barb. *in Collect. num.* 60. Plures per eundem *lib.* 3. *vot.* 126. *num.* 87. Abbas *in Cap. Cum olim, num.* 32. & 33. & *in cap. P. & Q. de Offic. delegat.* Francus *deciſ.* 566. *num.* 6. Sanfelic. 3. *part. deciſ.* 334. *num.* 8. ubi ita dicit judicatum in Magna Curia Neapolitana confirmante Sacro Concilio *num.* 3. *verſ. Cæterum fuit reſolutum, & num.* 20. *in fine.*

2 Ratio eſt: quia juriſdictio adhæret territorio, extra quod Judex non habet juriſdictionem: *L. Pupillus*, §. *Territorium, ff. de Verbor. ſignificat. L.* 2. §. *de Juriſdict. omnium judic. cap.* 2. *in fin. de Conſtitut. in* 6. & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 5. & *num.* 10. Cabed. *plures referens* 2. *p. deciſ.* 10. *num.* 9.

Poteſt tamen cognoſcere extra locum, & territorium, de expreſſo partium conſenſu: ita text. in dict. §. *In nullo, verſ. Niſi*, ibi: *Niſi ad id expreſſus acceſſerit earundem aſſenſus*: non enim ſufficit tacitus, ex Barboſ. *in Collect. ibi. n.* 61. & *dict. vot.* 126. *num.* 87. *in fin.* ubi plures refert Petrus Barboſ. *in L.* 1. *art.* 2. *num.* 5. 6. & 9. *ff. de Judic.* 3

Non poteſt tamen ſubdelegare, extra territorium commiſſionis, quia ſubdelegatio eſt actus juriſdictionis, quam ultra territorium exercere non poteſt: Gloſſ. *verbo, Proceſſum, in cap. Si à ſubdelegato* 14. *de Offic. delegat. in* 6. & ibi Barboſ. *in Collect. n. ult.* Sanch. *de Matrimon. lib.* 8. *diſp.* 28. *num.* 18. ubi plures refert. 4

Nec poteſt ſubdelegare, niſi in eodem territorio, & in perſonis in dignitate conſtitutis: dict. *Cap. Statutum*, §. *In nullo, in fine*, ibi: *Neque alibi, quàm intra illud, & perſonis dumtaxat deſignatis ſuperius committat quomodolibet vices ſuas*; & ibi Barboſ. *in Collect. num.* 62. Themud. *tom.* 3. *deciſ.* 15. *num.* 21. Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 7. *à n.* 146. ubi pluribus relatis reſolvit, quòd ille, qui non poteſt eſſe Judex principaliter, neque etiam per ſubdelegationem. 5

Ita contigit, & judicatum in facto in cauſa vertente inter *Provincialem S. Joannis de Deo* cum ejus ſubdito Fratre *Andrea de Bom Succeſſo*, quem Provincialis carceravit, & appellans ad Sanctam Sedem impetravit Reſcriptum ad *Scholaſticum Ulyſſipponenſem Emmanuelem Simoens de Barros*, qui exiſtens in Civitate Eborenſi inhibitoriam expedivit, qua intimata Provinciali, ego ejus nomine exceptionem nullitatis oppoſui, 6

poſui, inhibitoriam non eſſe ſervandam, nec exequendam in hoc Archiepiſcopatu Ulyſſipponenſi, ex juribus ſupra; & quia Reſcriptum erat notoriè ſubreptitium, prout in continenti probabatur ex actis: eam remiſit *Vicarius Generalis* hujus Archiepiſcopatus inhibenti Eboræ exiſtenti, qui exceptionem rejecit, & appellationem ab eodem Decreto interpoſitam. Quare *Procurator Generalis Religionis* gravamen interpoſuit ad *Judicium Coronæ Domus Supplicationis*, in quo lata fuit Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

7 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos eſtes Autos de Aggravo, que o Aggravante Vigairo Provincial da Religiaõ de S. Joaõ de Deos, a quem aſſiſte o Procurador da Coroa, tirou do Meſtre Eſcola, Conego mais antigo da Sè deſta Cidade, Manoel Simoens de Barros, Juiz Apoſtolico pelo Reſcripto appellatorio, que anda neſtes Autos. Moſtra-ſe, que o dito Juiz Apoſtolico depois de aceitar o Reſcripto de ſua commiſſaõ, mandou paſſar Carta inhibitoria, e compulſoria da Cidade de Evora, aonde eſtà morador, para lá lhe irem compulſados os Autos a requerimento do Padre Fr. Andrè do Bom Succeſſo; e ſendo munido o Vigario Provincial da dita Religiaõ, ſe naõ deu por inhibido vindo com humas razoens offerecidas por embargos, deduzindo nellas notorios defeitos da juriſdicçaõ do Juiz inhibente; por quanto era morador na Cidade de Evora, aonde aceitou o Breve de ſua commiſſaõ, que vinha remettido para eſta Cidade de Lisboa, (e nella ſómente, e naõ em diverſo Arcebiſpado) podia o Juiz Commiſſario aceitar os poderes do dito Breve, por ſer aſſi conforme a Direito Canonico expreſſo. E eſtando o Juiz Apoſtolico inhibente fóra do dito Arcebiſpado (para o qual o dito Breve vinha eſpecialmente commettido, e das Dietas delle) ficava ſem juriſdiçaõ: e ſendo eſtas razoens taõ juridicas, e taõ conformes a Direito, o dito Juiz Commiſſario as naõ recebeo; e appellando o Aggravante para a Santa Sé Apoſtolica, lhe naõ recebeo a ſua appellaçaõ, que neſte caſo era admiſſivel, em ambos os effeitos, conforme a Direito Canonico, e reſoluçaõ dos DD. e na denegaçaõ da appellaçaõ ſe involve a defenſaõ natural, que o Aggravado lhe negou pelo ſobredito modo, no que procedeo com notoria força, e violencia, a que o dito Senhor he obrigado a acudir, como Rey, e Senhor. O que viſto, e o mais dos Autos, mandaõ ſe paſſe Carta para o dito Juiz Apoſtolico; porque o dito Senhor lhe roga, e encommenda deſiſta da dita força, e oppreſſaõ, que fez ao Aggravante, recebendo-lhe ſua appellaçaõ, e mandando levantar as Cenſuras; e naõ o fazendo aſſi (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ às Juſtiças do dito Senhor, naõ guardem neſta parte ſuas Sentenças, mandados, nem procedimentos, nem evitem ao Aggravante, nem lhe levem penas de excommungado. Lisboa, 24. de Novembro de 1661.* Pinheiro. Portugal. Roxas.

8 Nec obſtabat dicere delegatos ſubdelegare poſſe vices ſuas Judicibus alterius Epiſcopatus, & ſic practicari. Quia textus in dict. *Cap. Statutum*, §. *ultim. de Præſcript. in* 6. irritat ipſo jure omnia, quæ facta fuiſſent contra diſpoſita in eodem textu, ibi: *Quidquid autem contra præmiſſa, vel eorum aliquod contigerit attentari, ſit ipſo jure irritum, & inane*; & hoc Decretum irritans refertur ad omnia in dicta Conſtitutione contenta, ſive ſit in principio, ſive in medio, ſive in fine; ut pluribus relatis Barboſ. *in Vot. lib.* 1. *vot.* 15. *num.* 25.

Et contra Conſtitutionem habentem Decretum irritans non admittitur

titur probatio non uſus, quocunque tempore non obſtante; talis enim non uſus, vel abuſus, potius corruptela vocatur; authoritas enim Apoſtolica immediatè à Deo procedit, & ideo non poteſt per non uſum hominis tolli, niſi detur ſcientia, & pacientia, aut expreſſus conſenſus ipſius *Pontificis*: Abbas *in Cap. ultim. num.* 14. *verſ. Unde de Treuga, & pace.* Felin. *in Cap.* 1. *num.* 6. *verſ. Lex nova, eodem tit.* Covar. *Variar. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. & utrobique ita dicit judicatum per Merlin. *tom.* 2. *deciſ.* 845. *à num.* 2. *& deciſ.* 814. *num.* 6. & utrobique ita dicit judicatum in Rota Caputaquens *deciſ.* 1204. Gratian. *Forenſ. tom.* 3. *cap.* 559. *à n.* 42.

10 Nec etiam contra eam valet conſuetudo in contrarium: Garc. *de Benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 179. Gratian. *Forenſ. tom.* 2. *cap.* 285. *num.* 23. *& cap.* 440. *num.* 17. *& cap.* 559. *num.* 35. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 62. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 187. *num. ultim.*

11 Quod Decretum irritans ligat etiam ignorantes, quo ad actus nullitatem, non quo ad pœnam: plures per Barboſ. *in Collect. ad cap.* 5. *de Conſtit. num.* 5. *& in Cap. Dilecti, num.* 8. *de Præbend. & in Cap. Dudum* 2. *de Præbend. in* 6. *& in Cap. Quandam, num.* 3. *eodem tit.* ubi, etiam plures refert.

RESOLUTIO XCI.

An committat violentiam Judex Eccleſiaſticus, qui omiſſa exceptione incompetentiæ, & rei judicatæ oppoſita per Donatarios Coronæ contra ejus mandatum, de alio incidenti cognoſcit?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries, num.* 2. *&* 3.

4 *Judex ad ulteriora procedens, quin expreſſé pronuntiet ſuper exceptione oppoſita videtur eam rejicere.*

5 *Non tamen quando exceptio reſpicit perſonam Judicis, & incompetentiam Judicii.*

6 *In his requiritur expreſſa pronuntiatio, & non ſufficit tacita.*

7 *Ratio diverſitatis.*

8 *Judex debet prius cognoſcere de exceptione incompetentiæ.*

9 *Sententia Coronæ per Doctiſſimum* Michaelem Pinheiro de Brito, *contra Judicem* Ordinum Militarium *in favorem Capituli* S. Mariæ de Alcaçova, *de Sanctarem.*

HÆc reſolutio eſt dependentia ex illa quæſtione mota inter Capitulum Eccleſiæ *S. Mariæ de Alcaçova* de Sanctarem, *& Commendatorem de Villa Franca*, ſuper Decimis Regalibus, de quibus erat Donatarium dictum Capitulum, in cujus favorem latæ fuerunt ſeptem Sententiæ in Judicio Coronæ, de quibus ſupra *Reſolut.* 77. quarum virtute Capitulum pacificam poſſeſſionem de terris contentionis adeptus eſt. 1

Exiſtente Capitulo in hac pacifica poſſeſſione, *Judex Generalis Ordinum Militarium* ad inſtantiam Commendatoris juſſit fructus ſequeſtrari, 2

Digitized by Google

queſtrari, eo prætextu illos ſuæ Commendæ pertinere, contra quod mandatum pro parte Capituli exceptionem nullitatis, incompetentiæ, & rei judicatæ oppoſuit, illum non habere jurisdictionem ſuper illis decimis regalibus, quarum cognitio Judicio Coronæ privativè pertinebat: ex dictis ſupra *Reſolut.* 77. *num.* 15. *&* 16. & jam ita fuiſſe deciſum in Judicio Coronæ contra ejus anteceſſorem per Sententiam, de qua dicta *Reſolut.* 79. *num.* 23. quæ fuit confirmata in *Tribunali Palatii*, ex dicta *Reſolut.* 27. cui ejus anteceſſor ſubſcripſerat.

3 His, & aliis rationibus probatis in jure, & in facto delatis ad adverſarium, noluit reſpondere ſuper meritis exceptionis; ſed obtulit impedimenta diverſa, quæ Judex Ordinum recepit, quin de exceptione incompetentiæ, & rei judicatæ cognoſceret, prout de jure tenebatur.

4 Licet enim Judex ad ulteriora procedens videatur oppoſitas exceptiones rejicere, quin ſuper illis expreſſé deliberet: ex *L.* 1. *Cod. de Ordin. cognition. L. A procedente*, ubi Barthol. *num.* 4. *Cod. de Dilat. Cap. Ex parte* 67. *de Appellat.* Antonius Gabr. *Commun. tit. de Except. concluſ.* 1. Abbas *in Cap.* 1. *num.* 10. *de Ordin. Judic.* Surd. *Conſil.* 467. *num.* 3. *& conſil.* 189. *num.* 20. Valaſc. *Conſult.* 119. *ſub num.* 11. Barboſ. *de Penſion. quæſt.* 7. *num.* 17. *& lib.* 3. *vot.* 126. *num.* 199. alter Barboſ. ejus pater *ad Ordinat. Reg. lib.* 3. *tit.* 20. Giurb. *deciſ.* 21. *n.* 13. Gabr. Pereir. *deciſ.* 83. *num.* 3.

5 Hæc tamen Regula limitatur in exceptionibus dilatoriis reſpicientibus perſonam Judicis, & competentiam Judicii, de quibus *L. ult. Cod. de Exception. L. Si quis ex aliena*, *ff. de Judic.* totus titulus *Cod. Si à non competenti Judice*, *cap. Decernimus*, *cap. At ſi Clerici*, *de Judiciis.*

In his enim requiritur expreſſa deliberatio, aut pronuntiatio, & non ſufficit tacita per proceſſum ad ulteriora: ex Barboſ. *in L.* 2. *num.* 17. *ff. Si quis in jus vocatus*, & ibi Jaſon *num.* 45. Abbas *part.* 1. *Conſil.* 14. *num.* 3. Vant. *de Nullitat. tit. Quibus modis Sententiæ nullitas*, *num.* 9. cum aliis per Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 126. *num.* 199. Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 18. *à n.* 13. 6

Rationem diverſitatis aſſignat Barboſ. *ubi proxim. num.* 200. inter utraſque exceptiones; illæ enim, quæ reſpiciunt cauſam vertentem in Judicio competenti, cenſentur rejectæ per proceſſum ad ulteriora; tunc enim Judex certus eſt de ſua jurisdictione, ut poſſit ad ulteriora procedere: ex *Cap. Romana*, §. *Si verò*, *de Appellat.* in 6. Barboſ. *in L. Multum intereſt*, *ff. de Condit. & demonſtrat.* At verò in exceptionibus declinatoriis incompetentiæ Judicii, tenetur prius Judex ſe competentem prænuntiare, quanvis aliàs, verè competens ſit; aliàs ratione incertitudinis, & dubitatione jurisdictionis proceſſus erit nullus: ex Jaſon *in L.* 2. *num.* 45. *verſ. Ratio*, *ff. Si quis in jus vocatus.* Salgad. *ubi ſupra num.* 15. 7

Quare dictus Judex prius tenebatur cognoſcere de exceptione incompetentiæ oblatæ per Capitulum, ut eſſet certus de ſua jurisdictione, & ideo non poterat cognoſcere de impedimentis adverſarii, exiſtente ſua jurisdictione dubia per dictam exceptionem incompetentiæ, & ſic nulliter proceſſit: ex dictis ſupra *Reſol.* 87. *n.* 8. *&* 9. & ideo Capitulum gravamen interpoſuit ad Judicium Coronæ, ubi lata fuit Sententia tenoris ſequentis. 8

Sen-

Sententia Coronæ.

9 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Viſtos os Autos de aggravo, a que aſſiſte o Procurador da Coroa, e mais documentos juntos, de que ſe moſtra, que vindo com ſeus embargos o Chantre, e Padres da Real Collegiada de Santarem ao deſpacho do Juiz das Ordens, porque mandou munir a alguns Moradores de Villa Franca, para que ſe lhe naõ pagaſſem os Dizimos, que lhes pertenciaõ cobrar, vieraõ com elles ao dito munitorio fol 34. e eſtando pendentes, ſendo os termos impugnarem-ſe pelo Commendador embargado, veyo com outros embargos, allegando, que os Aggravados pertendiaõ cobrar Dizimos, que lhe naõ pertenciaõ, das terras, de que ſómente lhe pagavaõ foro, e naõ Dizimos, conforme ao Tombo, que agora fizeraõ, os quaes no Juizo das Ordens ſe receberaõ, declarando no deſpacho fol. 118. que o Dizimo deſtas terras lhes naõ pertenciaõ, e que ſómente tinhaõ o que o novo Tombo lhe dava, e deixando de pronunciar ſobre os embargos fol. 34. defirio aos ſegundos do Commendador, pondo logo em ſeu deſpacho as razoens, porque lhe pertenciaõ os Dizimos das ditas terras, e naõ aos Embargantes, no que lhe fez notorio aggravo, uſurpando a juriſdicçaõ Real, intromettendo-ſe por eſte modo a conhecer da materia julgada, e decidida por repetidas Sentenças deſte Juizo da Coroa; porque ſendo julgados os ditos Dizimos aos Embargantes, e doados pelos Senhores Reys deſte Reino; e ſendo por eſta cauſa direito Real, privativamente pertence a eſte Juizo da Coroa, para nelle ſe julgarem, como nelle ſe determinou, e por aſſento do Dezembargo do Paço; nem podia neſta materia alterar couſa alguma com o pretexto da Sentença do Tombo, que a eſte reſpeito he dada nulla, e incompetentemente, e ſó neſte Juizo ſe devem liquidar os taes Dizimos, e terras, de que ſe haõ de pagar; e poſto que nos primeiros aggravos ſe naõ dèſſe provimento, foy com fundamento, que o Juiz das Ordens ainda naõ havia deferido aos ditos embargos, como ora fez o Juiz, pegando-ſe ás palavras, que fallaõ em particular nas Sentenças da Coroa, ſendo que todas eſtaõ em ſemelhante poder, pela qual razaõ havendo duvida entre elles podia o Juiz determinar o que lhe pareceſſe. O que viſto rogaõ, e encommendaõ ao dito Juiz deſiſta de fazer a dita oppreſſaõ aos Embargantes, e naõ uſurpe a juriſdicçaõ, deferindo aos embargos fol. 34. ſem tratar dos outros fol. 45. e naõ o fazendo aſſi (o que delle ſe naõ eſpera) mandaõ ás Juſtiças do dito Senhor naõ cumpraõ, nem guardem ſeus procedimentos, nem os evitem, nem levem penas de excommungados. Lisboa, em 26. de Abril de 1663.* Pinheiro de Brito. Rego. Oliveira.

Cum hæc Sententia expediretur, & intimaretur Judici Ordinum Militarium, ei ſubſcripſit.

RESOLUTIO XCII.

An Judex delegatus in gradu appellationis ſuper Beneficio Patronatûs Regii inſtituere, & confirmare valeat præſentatum?

SUMMARIUM.

1 *Inſtitutio, & collatio Beneficiorum, jure proprio competit Ordinariis in omnibus Beneficiis ſuæ Diœceſis de jure communi.*

2 *Ampliatur, quanvis præſentatus appellet ab Ordinario ob delatam, vel denegatam appellationem, & quanvis à Superiore provideatur, appellans debet illum remit-*

Digitized by Google

remittere ſuo Ordinario confirmandum.

3 *Auditores Rotæ ſunt delegati.*

Ibi. *Pronuntiant non ſolum Beneficium eſſe alicui debitum, ſed etiam illum conferunt.* ex Clement. Auditor, de Reſcriptis.

Ibi. *Diſpoſitio illius* Clementinæ *procedit ſolum in* Romana Curia, *non in partibus, & ita judicatum.*

4 Clementina, Auditor, *procedit de jure ſpeciali, reſpectu Beneficiorum, quorum collatio, & inſtitutio pertinet ad Papam; & ideo ei ſoli præjudicatur in collationibus, non tamen quando pertinet Prælato inferiori, à quo appellatur; tunc enim ei eſt collatio remittenda, nè ei præjudicetur.*

5 *Si Ordinarius requiſitus per delegatum diſtulerit collationem, tunc delegatus conferet.*

1 INſtitutio, & collatio Beneficiorum jure proprio competit Ordinario in omnibus Beneficiis ſuæ Diœceſis de jure communi: DD. per text. in *Cap. Quia diverſitatem, de Conceſſion. Prebend. Cap. Noverint, Cap. Placuit* 10. *quæſt.* 1. *Cap. Sciant cuncti, Cap. Quamquam, de Elect. in* 6. ubi Barboſ. *in Collect. n.* 4. *&* 5. Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 1. Lara *de Capellan: lib.* 2. *cap.* 10. *à num.* 1. Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 112. *num.* 3.

2 Ampliatur, quanvis præſentatus appellet ab Ordinario, ob dilatam, vel denegatam inſtitutionem, collationem, vel confirmationem; quia nec tunc poteſt delegatus inſtituere, nec confirmare præſentatum; ſed data proviſione debet eum remittere ſuo Ordinario confirmandum, vel inſtituendum: ita textus expreſſus in *Cap. Super eo, verſ. Hoc tuam volumus, de Offic. delegat.* ibi: *Non tamen eſt noſtræ intentionis Diœceſano Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, vel Arcidiachono præjudicium generare, ideoque præſentandus eſt ille, qui inſtituendus fuerit;* ubi Barboſ. *in Collect. num.* 1. *&* 2. Lotter. *de Re Beneficiar. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 70. *&* 71. ubi ita dicit per duas vices judicatum in *Rota* Riccius *in Collect. deciſion. part.* 5. *collat.* 1398. Zerol. *in Prax. Epiſcopal. p.* 1. *verb. Delegatus, verſ.* 6. Lara *de Capellan. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 15. addens *num.* 18. *&* 19. delegatum debere remittere præſentatum Ordinario confirmandum, quanvis ille malè in prima inſtantia pronunciaſſet: Lotter. *dict. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 74. *&* 75. Barboſ. *lib.* 3. *vot.* 126. *n.* 203.

Non obſtat *Clement. Auditor.* 3. *de Reſcriptis*, ubi *Auditores Rotæ* (qui ſunt delegati; ut pluribus relatis Barboſ. *in Collect. ad dict. Clement. num.* 4. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 272. *num.* 1.) non ſolum pronuntiant Beneficium eſſe alicui debitum, ſed etiam illud conferunt, & inſtituunt ſine nova commiſſione: Gonzal. *Gloſſ.* 23. *num.* 14. diſpoſitio enim illius *Clementinæ* procedit ſolum in *Romana Curia*, & non in partibus, ut patet ex eadem *Clementina*, & ibi Gloſſa *verb. In Romana Curia*, in qua *Auditores Cameræ*, vel contradictarum, quia Ordinarii ſunt, non poſſunt dicta Beneficia conferre, & ita judicatum in *Rota* per Lotter. *dict. quæſt.* 13. *num.* 73. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 23. *num.* 15. *&* 16. Riccius *in Prax. aurea, Reſol.* 126. 3

Reſpondetur ſecundò: quòd illa Clementina procedit de jure ſpeciali conceſſo *Auditoribus Rotæ* reſpectu Beneficiorum, quorum collatio pertinet ad *Papam*; & ideo ei ſoli præjudicatur in collationibus, & inſtitutionibus Beneficiorum factis per eoſdem *Auditores*, qui non ſolum pronuntiant in cauſa principali, ſed etiam Beneficia conferunt. At verò collatio Beneficii in *dict. Cap. Super eo*, non pertinebat ad *Papam*, ſed *Prælato* infe- 4

riori, & ideò delegatus non poterat illud conferre: ita Gloſſ. *ultim. in dict. Clement. Auditor.* ibi: *Per talem collationem* (id eſt Auditoris Rotæ) *nulli ſit præjudicium, quia cum conferre ſpectet ad Papam, non refert, an per Auditorem, an per Executorem conferatur*; ſed in Decretali *Super eo, de Offic. delegat.* non ſpectat collatio ad Papam: fieret ergo præjudicium ei, ad quem ſpectat collatio, ſeu inſtitutio: Abbas *in dict. Cap. Super eo, num. 5. verſ. Sed contra prædicta, in fine.*

5 Si tamen Ordinarius diſtulerit collationem, tunc delegatus conferet: argumento *Cap. Prudentiam*, §. *ultim. in fin. & cap. Significaſti 7. de Offic. delegat. Cap. Irrefragabili 13. verſ. Exceſſus*, de *Offic. Ordinar.* Selva *de Benefic. 2. part. quæſt. 13. num. 67. & 68. & n. 79.* Decius *in dict. Cap. Super eo, num. 7.*

RESOLUTIO XCIII.

An poſſeſſor Beneficii titulo Ordinarii, qui erat in pacifica poſſeſſione providendi, tanquam liberæ collationis, ſi poſteà inveniatur eſſe juris Patronatûs Regii poſſit ab eo viâ ordinariâ removeri?

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſores pacifici non poſſunt removeri, quin viâ ordinariâ convincantur.*

2 *Bona Coronæ, quanvis ſint apud Donatarios, primævam naturam non amittunt.*

4 *Sententia Auditoris Capellæ Regiæ ſuper Eccleſia* S. Teclæ *eſſe juris Patronatûs Regii, cum declaratione, nè proviſus per Ordinarium removeretur.*

5 *Idem judicatum ſuper Eccleſia* S. Andreæ de Medim *Patronatûs Regii in tertia parte.*

7 *Sententia Coronæ ſuper eadem Eccleſia cum eadem declaratione, nè proviſus per Ordinarium Portuenſem excluderetur.*

8 *Contra declarationem exceptionem oppoſuit Procurator Coronæ.*

9 *Poſſeſſio providendi in Beneficiis Patronatûs Regii non ſufficit ſine bona fide.*

10 *Præſentatus à malæ fidei poſſeſſore removetur à Beneficio.*

11 *Poſſeſſio, ut acquiratur in juribus incorporalibus, quanvis ex pluribus actibus, requiritur ſcientia, & patientia compatronorum.*

12 *In præjudicialibus requiritur ſcientia certa, & indubitata, ut præjudicet.*

13 *Sententia Coronæ, per quam revocata fuit clauſula primæ Sententiæ, & poſſeſſionem excludendam declaravit.*

HÆc quæſtio excitata fuit inter *Comitem de Baſto*, & *Ludovicum da Fonſeca* ſuper Eccleſia *S. Teclæ* Bracharenſis Diœceſis, quam Archiepiſcopus (qui erat in poſſeſſione providendi) ei contulit, tanquam liberæ collationis per concurſum.

Sed quia pacifici poſſeſſores non poſſunt removeri, quin viâ ordinariâ audiantur, & convincantur: ex Gloſſ. *ult. in Cap. Ex literis, de Jur. Patronatus.* Plures per Gratian. *Forenſ. tom. 3. cap. 577. num. 9. & cap. 431. num. 3.* DD. per text. *in Cap. Quærenti*, & ibi Gloſſ. *verb. Ad integrum annum, in fin. de Offic. delegat. & in L. à Divo Pio*, §. *Poſt adjectam, ff. de Re judicat.* Ricc. *in Prax. aur. reſolut. 299. ad fin.* Surd. *Conſil. 263.* Garc. *de Benef. 6. part. cap. 2. num. 145. & 154.* Flores *Var. q. 4. à num. 61.* Barboſ. *lib. 3. vot. 97. à num. 15.* 1

Comes prædictus dictum *Ludovicum* pacificum poſſeſſorem convenit coram *Auditore Capellæ Regiæ*, juxta Bullam *Leonis X.* tanquam Dona- 2

Digitized by Google

Donatarius Coronæ, cujus bona, quanvis ſint penes Donatarios, primævam naturam non amittunt: ex Ordination. Reg. *lib.* 1. *tit.* 9. *in principio*, *verſ. E aſſi*, ibi: *Poſto que dos ditos bens, e direitos tenhamos feito mercè a algumas peſſoas*: Roland. *lib.* 2. *conſil.* 89. *num.* 28. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 50. *in princip. & num.* 1. *&* 3.

3 Exhibuit *Comes* documenta, per quæ probabatur dictam Eccleſiam eſſe juris Patronatûs Regii, & aliquas præſentationes per Reges, & eorum anteceſſores effectum ſortitas; & pro parte *Ludovici* allegatum, & probatum fuit Ordinarium (qui erat in pacifica poſſeſſione providendi) eum bona fide providiſſe, eumque etiam bona fide titulo Canonico pacificam poſſeſſionem accipiſſe; & ſic non eſſe ab Eccleſia excludendum, quanvis probaretur Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii: ex *Cap. Conſultationibus* 19. *de Jure Patronat.* ibi: *Inſtitutus non debet ab ipſa, propter hoc removeri.*

His rationibus ex utraque parte adductis, fuerunt acta concluſa *Auditori Capellæ Regiæ*, qui protulit Sententiam tenoris ſequentis.

Sententia Auditoris Capellæ Regiæ.

4 *Viſtos eſtes Autos, Libello do A. contrariedade do R. papeis, e mais documentos juntos, e prova dada. Moſtra-ſe por parte do A. em fórma baſtante (qual o Direito neſta cauſa requere) o Padroado da Igreja, de que ſe trata, ſer da Coroa Real deſtes Reinos, e como tal os Reys delles, que pelo tempo foraõ, apreſentarem nella Abbades, quando ſuccedia vagar, e ſuas preſentaçoens ſortirem effeito. E aſſi ſendo Senhor da Villa de Cinfães Dom Diogo de Caſtro, Donatario da dita Coroa Real, Biſavó do A. que tambem he Donatario della, apreſentou na dita Igreja a Dom Joaõ o Negro, o qual pela dita apreſentaçaõ foy confirmado, e poſſuìo a dita Igreja em ſua vida. O que viſto, com o mais dos Autos, e como o tempo, em que ſe moſtra eſtarem os Ordinarios em poſſe de proverem a dita Igreja, naõ he baſtante para que ſe tiraſſe o Padroado della à Coroa Real, nem aos ſeus Donatarios: Pronuncio, e julgo o Padroado da dita Igreja pertencer ao A. como Donatario, que he da dita Coroa, com declaraçaõ, que o Padre Luis da Fonſeca R. neſta cauſa, que eſtà ſervindo de Vigairo da dita Igreja, da qual foy provìdo em concurſo por Bullas Apoſtolicas, naõ ſeja tirado em ſua vida da poſſe della, viſto como o Ordinario a tinha ao tempo de ſua apreſentaçaõ, ſendo antes della o anteceſſor do R. tambem provìdo pelo meſmo Ordinario. E viſto outro ſy como o Autor naõ apreſentou dentro dos quatro mezes, que o Direito lhe dà, e paſſados elles ficou a apreſentaçaõ devoluta ao Ordinario; e por falecimento do dito R. ou largando por outra via a poſſe da dita Igreja: mando, que o preſentado pelo A. ſendo primeiro examinado, e confirmado, ſeja metido de poſſe da dita Igreja, e daqui por diante ſe naõ intrometa mais o Ordinario na proviſaõ, e collaçaõ della, nem por via de concurſo, nem por qualquer outra; e ſeja ſem cuſtas ex cauſa.* Hoc areſtum refert Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 50. *num. ult.*

Similis Sententia lata fuit in Judicio Coronæ in favorem *Petri de Loureiro* contra *Procuratorem Coronæ* ſuper Eccleſia *S. Andreæ de Medim* Portuenſis Diœceſis, Patronatûs Regii pro tertia parte, quem Epiſcopus Portuenſis (qui erat in poſſeſſione centenaria providendi) præſentavit, & confirmavit; contra quem, & contra Epiſcopum dictus Procurator Coronæ actionem vio- 5

lentiæ intentavit, ex eo quia *Corona* habebat tertiam partem Patronatus cum *Monaſterio de Anſede*, cum quo multoties præſentaverat; & ſic dictum *Petrum* violentiam commiſiſſe cum Epiſcopo in acceptatione, & collatione Beneficii ſine præſentatione Regia.

6 Cùmque cauſa finaliter *Judicio Coronæ* deferretur, protulit Sententiam abſolutoriam, quam tranſcripſit Phœb. 2. *part. deciſ.* 213. *num.* 2. quæ revocata fuit in gradu reviſionis, & judicatum violentiam commiſiſſe dummodo proviſus ab Eccleſia non removeretur, cum quo præſentatus Coronæ poterat agere viâ ordinariâ; prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Coronæ.

7 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que viſta a proviſaõ do dito Senhor, porque manda rever eſte feito, aggravados ſaõ o Procurador do dito Senhor, e o ſeu preſentado pelo Juiz da Coroa, e adjuntos, que deraõ a Sentença, em abſolverem os RR. do eſpolio, que contra elles intentàraõ o Procurador da Coroa, e ſeu preſentado, e julgarem, que o Biſpo, e ſeu preſentado, e provido naõ tinhaõ esbulhado a Coroa na ſua terça parte. Revogando ſua Sentença viſtos os Autos, e como ſe moſtra as preſentaçoens feitas pelo dito Senhor ſortirem effeito, huma dellas pela Sentença, que ſe offerece, em que dellas ſe faz expreſſa mençaõ, e as outras pela preſumpçaõ, que ſe tira da authoridade, que lhe dà eſtar aſſi eſcrito no livro dos Padroados da Torre do Tombo, e conſta dos Autos os Biſpos naõ terem poſſe, nem uſarem do direito de prover na fórma das alternativas, ſe naõ do anno de 1593. para cà, que computado o tempo de 1604. ficàraõ ſómente tendo nove annos, e as proviſoens Pontificaes por Letras Apoſtolicas lhes naõ daõ a elles poſſe, nem direito nas alternativas. Declaraõ o dito Biſpo, e ſeu apreſentado Pedro de Loureiro, terem feito força, e esbulho à Coroa, e ſeu preſentado, e mandaõ ſeja reſtituida a Coroa à ſua poſſe de apreſentar na terça parte neſta Igreja da contenda, e de ſe collarem ſeus apreſentados; com declaraçaõ, que eſta Sentença naõ prejudicarà ao poſſuidor, que hoje he da Igreja, que foy della provido depois de dada a Sentença em favor dos Reos, que paſſou, e eſteve em acto de Sentença, e couſa julgada em quanto ſe naõ houve eſta de Reviſta, com a qual o apreſentado A. poderà tratar de ſeu direito na fórma, que as Leys diſpoem, e ſeja ſem cuſtas por ſer entre o Procurador do dito Senhor, e ſeu Vaſſallo. Lisboa, a* 21. *de Janeiro de* 1661. O Doutor Miguel de Barreira. O Doutor Jeronymo Pimenta de Abreu. O Doutor Franciſco de Brito de Menezes. O Doutor Cuſtodio de Figueiredo. O Doutor Antaõ Caroto. O Doutor Bràs de Almeida. O Doutor Amador Gomes Rapoſo.

8 Contra hanc Sententiam exceptionem oppoſuit *Procurator Coronæ* allegando jus præſentandi ad Coronam ſpectans inter bona regalia comprehendi, nec poſſe præſcribi, ſicut cætera jura regalia; prout poſtea declaratum fuit per *Diploma Regium*, de quo ſupra *Reſolut.* 30. *num.* 5. & diximus *Reſolut.* 37. *n.* 26. & ſufficere unicum actum effectum ſortitum ad acquirendam quaſi poſſeſſionem in juribus incorporalibus, & ad intentanda remedia poſſeſſoria, non obſtante quocunque temporis decurſu; ut per Phœb. *dict. deciſ.* 213. *à num.* 9.

9 Addens, quòd quanvis Epiſcopus eſſet in poſſeſſione præſentandi, hoc non erat ſufficiens, quia ultra illam poſſeſſionem requirebatur bona fides: ex Gloſſ. *verbo*, *Poſſidebat*, *in cap. Conſultationibus*, *de Jur. Patronat.* ubi Barboſ. *in Collect. n.* 5. *verſ.*

verſ. Præſentatus, *& verſ. Intellige.* Phœb. *ubi proximè*, *num.* 22. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *p. cap.* 10. *n.* 182. ubi dicit, quòd contra jus Patronatûs Regii non datur poſſeſſio.

10 Præſentatus enim à malæ fidei poſſeſſore removetur: ex Menoch. *Conſil.* 80. *num.* 116. & *Gregorius Lopes*, relatus per Barboſ. *in dict. Cap. Conſultationibus*, *num.* 8. Phœb. *dict. deciſ.* 213. *num.* 22. aſſerens, quod ex illa poſſeſſione Epiſcopus Portuenſis, non poterat conſiderari poſſeſſor, nec bona fides, quo ad illam tertiam partem pertinentem ad Regiam Coronam, quæ aliter reſtitui non poterat, niſi annullata in totum collatione, & remoto præſentato à Beneficio.

11 Quibus ſuper addo illam antiquam poſſeſſionem non poſſe Epiſcopo ſuffragari; ut enim acquiratur poſſeſſio in juribus incorporalibus, ſive ex unico, ſive ex multiplicatis actibus præſentandi, requiritur ſcientia, & patientia compatronorum, & aliorum, quibus præjudicatur: DD. per text. *in L.* 2. *Cod. de Servitutibus*, *& aqua*, & ibi Gloſſ. *verbo*, *Scienter*, *L. Quoties* 2. *de Servitut.* ita in terminis pluribus relatis Gratian. *Forenſ. tom.* 3. *cap.* 577. *num.* 1. *&* 2. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 1221. *num.* 38. Calderin. *Conſil.* 12. *in fin. de Jur. Patronat.* Felin. *in Cap. de Quarta*, *n.* 41. *de Præſcript.* Vivian. *in Prax. Jur. Patron. deciſ.* 88. *num.* 6. Plures per Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancellar. Gloſſ.* 45. §. 2. *à num.* 30. *maximè num.* 32. Barboſ. *in dict. Cap. Conſultationibus*, *num.* 5. *verſ. Præſentatus*, *in medio*, & diximus ſupra *Reſolut.* 37. *num.* 30. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à n.* 13.

12 Cum ergo Rex nullam haberet notitiam illarum præſentationum, non poterat Epiſcopo ſuffragari contra Coronam: in præjudicialibus enim requiritur ſcientia certa, & indubitata: *Rota* per Farinat. *part.* 1. *Recent. deciſ.* 621. *num.* 1. Pariſius *lib.* 1. *Conſil.* 47. *num.* 9. cum aliis per Barboſ. *in Collect. ad Cap. Conſultationi*, *num.* 7. *de Appellat. in* 6. Ex quibus revocata fuit declaratio Sententiæ impeditæ, & judicatum proviſum per Epiſcopum eſſe à Beneficio excludendum, prout conſtat ex Sententia ſequenti.

Sententia Coronæ ſuper impedimentis.

Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que viſtos os Embargos recebidos, e prova a elles dada, e os documentos dos Autos, diſpoſiçaõ de Direito, os haõ por provados, & annullam a Sentença embargada no que toca à declaraçaõ, em que ſe diz, que naõ prejudique à peſſoa, que foy apreſentada depois de dada a Sentença deſte Senado; e mandaõ, que a dita Sentença ſe cumpra ſem a dita declaraçaõ, e que o dito poſſuidor preſentado pelo R. ſeja tirado da dita poſſe, em que aſſi eſtà intruſo, e a Coroa ſeja no dito caſo reſtituida plenariamente à poſſe da ſua parte, que tem no Padroado, de que ſe trata: e ſeja ſem cuſtas, por ſer entre o Procurador do dito Senhor, e ſeu Vaſſallo. Lisboa, 18. de Agoſto de 1617. O Doutor Joaõ Gomes Leitaõ. O Doutor Fernaõ Cabral. O Doutor Diogo de Brito. O Doutor Sebaſtiaõ de Carvalho. O Doutor Melchior Pimenta. O Doutor Andrè Valente. Quam Sententiam tranſcripſit Phœb. *dict. deciſ.* 213. *num.* 4. 13

RE-

RESOLUTIO XCIV.

An Patroni, & Donatarii Coronæ poſſint ſe ipſos ſaltem in Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum præſentare?

SUMMARIUM.

1 *Patronus ſe ipſum non poteſt præſentare.*

2 *Diſtinctio danda eſt inter dantem, & recipientem.*

Ibi. *Patronus non poteſt ſe ipſum præſentare, ut evitetur ambitio.*

3 *Illa Regula non procedit reſpectu Beneficiorum ſimplicium juris Patronatus Eccleſiaſtici, vel ſæcularis.*

4 *Contrariam Sententiam tenent aliqui.*

Ibi. *Duobus modis poteſt Patronus ſibi acquirere Beneficium juris Patronatus. Primò: petendo ab Epiſcopo, ut illud ſibi conferat. Secundò: ſuæ collationi aſſentiendo.*

5 *In utroque caſu videtur Patronus ſe præſentare.*

Ibi. *Beneficium non confertur in invitum.*

6 *Patronus ſe præſentans, non ſibi confert Beneficium, ſed Ordinarius inſtituens, & ſic datur diſtinctio inter dantem, & accipientem.*

Ibi. *Ceſſat ambitio, quando Patrono confertur Beneficium ſimplex ſui Patronatus.*

1 Regula generalis eſt, neminem ſe ipſum poſſe præſentare: ex text. *in Cap. Per noſtras* 26. *de Jure Patron.* ibi: *Nullus ſe poteſt ad Perſonatum alicujus Eccleſiæ præſentare, quantumcunque idoneus ſit, & quibuſcunque ſtudiis, & meritis adjuvetur*; & ibi Gloſſ. *verb. Præſentare.* Plures per Barboſ. *in Collect. ibi, num.* 1. *&* 2. *& de Poteſtat. Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 85. Riccius *in Prax. rerum fori Eccleſiaſt. tit. de Jur. Patronat. deciſ.* 197. *à num.* 213. *& part.* 1. *deciſ.* 36. *num.* 2. Lara *de Capellan. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 45. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 6. *cap.* 8. *à princip.* Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 74. *à num.* 1.

Duplicem aſſignant prædicti Doctores rationem. Prima: quia danda eſt diſtinctio inter dantem, & recipientem: ex text. in *Cap. ult. de Inſtitution.* ibi: *Cum inter dantem, & acceptantem debeat eſſe diſtinctio perſonalis*; & ibi Barboſ. *in Collect. n.* 2. Riccius *dict. deciſ.* 197. *n.* 214. Secunda, ut evitetur ambitio: ex *Cap. in Scripturis* 8. *quæſt.* 1. *cap. Is, qui* 1. *quæſt.* 6. Ricc. *dict. deciſ.* 197. *n.* 213. *verſ. Tunc ſecundò.* Barboſ. *in dict. Cap. Per noſtras, n.* 2. *de Jure Patron.* 2

Illa tamen Regula non procedit reſpectu Beneficiorum ſimplicium, in quibus, ſi non fuerint magni redditus, nec dignitates, poſſunt ſe ipſos præſentare: ex Lambertin. *de Jur. Patron. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 2. *num.* 2. *&* 6. Peregrin. *lib.* 5. *Conſil.* 18. *num.* 15. Sanch. *Conſil. dict. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 74. *num.* 16. *&* 19. Joſeph Ludovic. & *Rota* relata per Barboſ. *in Collect. ad dict. cap. Per noſtras, num.* 7. ubi ita dicit judicatum, 16. Januarii 1624. coram Reverendiſſimo Pirovano. 3

Quanvis contrariam Sententiam ſequantur relati per Sanch. *dict. dub.* 74. *num.* 15. & Barboſ. *ubi proximè*, qui etiam ſequitur contrariam, & in *dict. Cap. Per noſtras, num.* 5. reſolvit, quod duobus modis poteſt Patronus ſuum de jure Patronatus adipiſci Beneficium. Primò: petendo ab Epiſcopo, ut illud ſibi conferat, & ita pluries teſtatur judicatum in *Rota.* Secundò: quando Patronus ſuæ aſſentitur collationi, ex reſolutis per Lambertin. *dict. quæſt.* 8. *art.* 4. quem ipſe refert. 4

5 Sed

5 Sed in utroque caſu videtur *Barboſam* opinionem affirmativam approbaſſe; quia quando Patronus ſe præſentat Epiſcopo inſtituendus, ſemper ab eo petit collationem, & inſtitutionem, vel quando inſtituitur, ſemper approbat inſtitutionem, per quam ei confertur Beneficium: ex *Cap. Ex frequentibus, & cap. ult. de Inſtitutionib.* Sanch. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 74. *num.* 18. Beneficium enim non confertur in invitum: ex *L. ult. Cod. Unde legitimi, L. Invito, L. Invitus, §. Quod cuique, ff. de Regul. jur.* cum aliis per Barboſ. *Axiom.* 36. *num.* 5.

6 Cum ergo Patrono per inſtitutionem factam ab Epiſcopo ſibi Beneficium conferatur, datur realis diſtinctio inter eum acceptantem, & Epiſcopum conferentem, quia Patronus ſe præſentans non ſibi confert Beneficium, ſed Epiſcopus inſtituens; ut per Sanch. *dict. dub.* 74. *num.* 16. *&* 18. & ſic ceſſat prima ratio allegata *ſupra num.* 2. ceſſat etiam ſecunda ambitionis, quæ non conſideratur in his Beneficiis ſimplicibus; ut per *Lambertinum*, quem refert, & ſequitur Sanch. *d. n.* 16. *in fine*, & DD. *ſupr. n.* 3.

RESOLUTIO XCV.

An Priores, & Rectores Patronatûs Regii præſentantes indignum in Beneficiis ſimplicibus ſuarum Eccleſiarum poſſint iterum præſentare?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries, & num.* 2.

3 *Ætas quatuordecim annorum requiritur ad obtinendum Beneficium ſimplex, ſub pæna nullitatis, attento* Concilio Tridentino.

4 *Sufficit ſi decimumquartum annum attingat.*

5 *Præſentans, vel eligens indignum, privatur illa vice facultate præſentandi, & eligendi.*

6 *Quando ſcienter præſentatur indignus, quia minor quatuordecim annorum, tunc præſentans privatur illa vice facultate præſentandi, & conferendi.*

7 *Si ignoranter præſentet, vel conferat Beneficium inhabili, poteſt iterum præſentare, & conferre; tunc enim non habet animum fraudandi Legem, in quo pæna privationis fundatur.*

Ibi. *Quando à Lege datur facultas ad aliquem actum faciendum, intelligitur de primo valido, dummodo fiat intra tempus à Lege conceſſum.*

8 *Proviſio indigni præſumitur ignoranter facta.*

9 *In dubio ſemper eſt benignior interpretatio facienda.*

10 *Semper in dubio fit interpretatio, pro validitate actus.*

11 *Maximè quando interpretatio reducitur ad jus commune.*

12 *Attento jure communi maior ſeptennio poterat Beneficium ſimplex obtinere.*

13 *Ignorantia præſumitur, ubi ſcientia non probatur.*

14 *Ignorantia juramento partis probatur, tanquam res in animo conſiſtens.*

15 *Sequeſtrari non poſſunt fructus pacifici poſſeſſoris, nec etiam per mandatum Papæ, non præcedente Sententia, nec citato, vel audito poſſeſſore.*

16 *Collatio Beneficii* S. Jacobi *Villæ de* Obidos *non pertinet ad Ordinarium, ſed pleno jure ad Priorem dictæ Eccleſiæ, prout judicatum in Judicio Coronæ, & Apoſtolico.*

17 *Sententia Judicis Apoſtolici ſuper dicto Beneficio* S. Jacobi.

VAcante quodam Beneficio ſimplici in Eccleſia *S. Jacobi* Villæ de *Obidos*, Prior Monaſterii de *Val-*

Valbemſeito, donatarius Coronæ illius Eccleſiæ præſentavit, & inſtituit in dicto Beneficio Clericum primæ tonſuræ, minorem 14. annorum; ſed ſtatim detecta incapacitate Beneficium demiſit in manibus ejuſdem Prioris, qui ſtatim iterum præſentavit, & inſtituit Patrem *Ludovicum da Sylva*, qui in illius pacifica poſſeſſione immiſſus fuit.

2 Contra quem ſic pacificè poſſidentem, *Ordinarius Ulyſſiponenſis* procedere juſſit, & fructus ſequeſtrari, quia per primam præſentationem indigni Prior amiſerat pro illa vice jus præſentandi, & providendi, & non poterat iterum dictum *Ludovicum* præſentare: ſuper quo conſultus reſpondi.

3 Certum eſſe ad Beneficium ſimplex obtinendum requiri ætatem 14. annorum ſub pœna nullitatis, attento Concilio Tridentino *Seſſ.* 23. *cap.* 6. *de Reformat.* & ibi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. n.* 2. *& in cap. Ex ratione*, *n.* 5. *de Ætate*, *& qualitate.* Garc. *de Benef. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 8. *&* 82. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 5. *num.* 93. *&* 95. Thomè Vaz, *alleg.* 8. *à num.* 1. *& alleg.* 7. *num.* 10.

4 Sufficit tamen, quod providendus 14. annorum ætatem attingat: ex Barboſ. *ad Concil. Trident. ubi proxim. num.* 2. *& de Poteſtate Epiſcop. allegat.* 60. *num.* 75. *& in dict. cap. Ex ratione*, *n.* 5. *poſt medium*, ubi plures refert Gonzal. *ubi proxim.* Thomè Vaz, *alleg.* 8. *num.* 3. Garc. *dict. cap.* 4. *num.* 8. ubi ita dicit declaratum eſſe in Sacra Congregatione.

5 Ergo per illám præſentationem indigni videbatur non poſſe Priorem illa vice iterum, providere, quanvis in perſona habili, ex vulgata juris Regula, quod eligens, vel præſentans indignum privatur illa vice facultate eligendi, & providendi: DD. per text. *in Cap. Cum in cunctis*, §. *ult. cap. Bonæ* 2. *de Elect. cap. Gratum*, *de Poſtulatione Prælatorum*, *cap. Cum vos*, *de Officio Ordinar. cap. Quanquam*, *de Elect. in* 6. ubi Barboſ. *in Collect. num.* 2. *& de Poteſtate Epiſcop. alleg.* 72. *n.* 105. Marius Anton. *lib.* 1. *Reſol.* 19. *n.* 15.

Sed ad faciliorem deciſionem diſtinguendum eſt, quod vel Prior præſentavit, vel inſtituit ſcienter indignum minorem 14. annorum in fraudem, & in contemptum Legis, tunc privatur illa vice facultate præſentandi, eligendi, & conferendi: Ex *dict. Cap. Cum in cunctis*, §. *ult.* ibi: *Si contra formam iſtam quemcunque aliquem eligunt*, dict. *Cap. Quanquam*, *de Elect. in* 6. ibi: *Cum eligunt ſcienter indignum*; & ibi Gloſ. *verb. Scienter*; & ibi Barboſ. *in Collect. n.* 2. *&* 3. *& de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 105. *in fin. verſ. Si autem ſcienter*, ubi 13. DD. refert Riccius *in Praxi aurea*, *Reſolut.* 441. *num.* 3. *&* 4. Gratian. *Forenſ. cap.* 58. *n.* 11. *verſ. Idem ſi habuerit.* Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 38. *verſ. Sed & id.* Barboſ. *in Cap. Cum vos*, *de Offic. Ordinar. n.* 5. ubi plures refert. 6

Si verò ignoranter, tunc poteſt iterum dignum eligere, & præſentare; & ita Gloſſ. *verb. Scienter*, *in dict. cap. Quanquam*, ibi: *Secus*, *ſi ignoranter*, *quia tunc ad eos rediret electio*; & ibi Barboſ. *num.* 5. tunc enim non habet animum delinquendi, nec fraudandi Legem, in quo pœna privationis fundatur: ita *Abbas*, & Decius *in Cap. ult. de Elect.* cum aliis per Riccium *dict. Reſolut.* 441. *num.* 1. ubi plures refert Barboſ. *in dict. Cap. Quanquam*, *num.* 3. & DD. *ſupra.* Tunc enim validè præſentat: quando enim per Legem conceditur alicui facultas ad aliquem actum faciendum, intelligitur de primo actu valido, dummodo illum faciat intra tempus ſibi à jure conceſſum: DD. per text. *in L. Boves*, *verſ. Hoc ſermone*, 7

ne, *ff. de Verbor. ſignificat.* Barboſ. *in dict. cap. Cum vos*, *num.* 2. *de Officio Ordinar. & de Poteſtate Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 105.

8 Sed dubium eſt, an præſumendum feciſſe illam præſentationem, & proviſionem indigno ſcienter, vel ignoranter? Affirmant aliqui præſumendum ſcienter feciſſe, prout eſt *Barthol. Bald.* & alii relati per Riccium *dict. Reſolut.* 441. *num.* 7. Sed verius eſt præſumendum feciſſe ignoranter: Pellaes *de Maior. rat. part.* 1. *quæſt.* 19. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 40. ubi refert Peraltam *in L. Cum quædam*, *num.* 3. *ff. de Legat.* 2. qui ita reſolvit contra *Bartholum*, & alios, de quibus Riccius *dict. num.* 7. Quod confirmatur ex ſequentibus.

9 Primò: quia in dubio ſemper eſt benigna interpretatio facienda: ex *L. Ea quæ*, §. *In re dubia*, *ff. de Regul. jur.* cum aliis per Riccium *d. Reſolut.* 441. *num.* 8. *ubi num.* 9. reſolvit delicta non eſſe præſumenda, per text. in *L. Meritò*, *ff. Pro Socio*; plures per Surd. *Conſil.* 574. *n.* 1.

10 Secundò: quia in dubio ſemper fit interpretatio, ut actus valeat: *L. Si quando in principio*, *ff. de Legat.* 1. *L. Quoties* 2. *ff. de Reb. dub. L. Quoties idem ſermo*, *ff. de Regul. jur.* Surd. *Conſil.* 29. *num.* 13. *& deciſ.* 114. *num.* 12. Phœb. *deciſ.* 31. *n.* 9. Ægidius *in* 1. *parte*, *L. Ex hoc jur. Cap.* 11. *num.* 17. *ff. de Juſt. & jur.* Barboſ. *in Cap. Inter dilectos*, *num.* 18. *de Fid. inſtrumentor.*

11 Maximè, quando interpretatio reducitur ad jus commune: ex *Cap. Cum dilectus*, *de Conſuetud. cap. Ad Audient. de Cleric. non reſid.* Gratian. *Forenſ. cap.* 544. *n.* 32. Surd. *Conſil.* 224. *num.* 11. Menoch. *de Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 200. *num.* 4.

12 Planè attento jure communi maior ſeptennio, poterat ſimplex Beneficium obtinere: ex *Cap. De his* 28. *diſtinct.* DD. per text. *in Cap. Si eo tempore*, *de Reſcriptis*, *in* 6. & ibi Gloſſa *verb. Ætatem.* Barboſ. *in Cap. Ex ratione*, *n.* 4. *de Ætate*, *& qualitate.* Plures per Garc. *de Benef. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 4. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 5. *num.* 94. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 60. *n.* 73. Thom. Vaz *alleg.* 7. *à num.* 1.

Tertiò: quia præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur, *Regula*, *Præſumitur* 47. *de Regul. jur. in* 6. ubi pluribus relatis Barboſ. *in Collect. num.* 1. ubi *num.* 2. pluribus relatis reſolvit, eo ipſo probari ignorantiam, quando non probatur ſcientia, de qua non conſtat; ergo ſemper in hoc dubio præſumendum eſt ignoranter feciſſe talem proviſionem. 13

Denique, hæc ignorantia probari poteſt per juramentum ipſius Prioris; cum enim ſit quid in animo conſiſtens, juramento partis probatur: Gail *lib.* 2. *obſerv.* 48. *n.* 23. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 186. *à n.* 2. Sayrus *in Clave Regia*, *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Plures per Barboſ. *in Cap. Si verò* 2. *num.* 8. *de Sentent. excommunicat. & in Cap. Nulli* 8. *n.* 4. *de Elect. in* 6. 14

Ex quibus juſta fuit proviſio *Ludovici*, nec poterat Ordinarius jubere ſequeſtrari ſui Beneficii fructus, cujus erat pacificus poſſeſſor: ex Valaſc. *Conſult.* 191. *num.* 38. *&* 39. Reinoſ. *obſerv.* 37. *num.* 45. Maximè non præcedente Sententia, nec eo citato, nec audito: Cabed. 2. *part. deciſ.* 35. *num.* 3. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 7. *Proœm. num.* 33. Gam. *deciſ.* 331. *num.* 1. *& num.* 4. ubi dicit, nec etiam per mandatum Papæ poni poſſe ſequeſtrum, non audito poſſeſſore, & ita judicatum: Merlin. *in Clement.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſ. tom.* 1. *deciſ.* 256. *à n.* 1. Borell. *in Summa deciſion. tom.* 2. *tit.* 37. *de Sequeſtri*, *à n.* 16. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 16. *n.* 29. 15

Nec Beneficii collatio pertinet ad Ordinarium, ſed pleno jure ipſi Priori Coronæ donatario, prout ju- 16

dicatum eſt in eodem Judicio Coronæ, & per *Vicarium Generalem Eborenſem* Delegatum Apoſtolicum in gradu appellationis in favorem *Fauſtini das Neves* proviſi per eundem Priorem in altero Beneficio ejuſdem Eccleſiæ, prout conſtat ex Sententia Apoſtolica, quæ in rem judicatam tranſivit, tenoris ſequentis.

Sententia Apoſtolica.

17 *Viſtos eſtes Autos, bem appellado foy pelo Appellante o Padre Fauſtino das Neves, e menos bem julgado pelo Senhor Auditor da Legacia, Juiz* à quo *em o obrigar com Cenſuras a largar o Beneficio, de que eſtá de poſſe na Igreja de Santiago da Villa de Obidos, em que foy provido pelo Reverendo Padre Prior do Moſteiro de Valbemfeito da Ordem de Saõ Jeronymo, como Prior, que tambem he da dita Igreja. E revogando ſua Sentença, mandados, e procedimentos, os declaro por nullos viſtos os Autos; e como por elles ſe moſtra, que a dita Igreja he do Padroado Real da Rainha Noſſa Senhora, e que os Priores, que ſaõ della, coſtumaõ prover os Beneficios ſimpleces, que nella vagaõ, e que ſeus provimentos ſurtem ſeu verdadeiro effeito, gozando os providos os Beneficios, em que pelos ditos Priores ſaõ preſentados, e collados, como ſe vè da Certidaõ fol.* 116. *e* 118. *e que eſtando neſta poſſe muy antiga, fora o appellante provido pelo dito Prior no Beneficio ſimples, que vagou na dita Igreja por morte do Padre Antonio do Quental, ultimo, e immediato poſſuidor delle, aos* 26. *dias do mez de Dezembro do anno de* 1644. *pelas ſeis horas, para as ſete da manhaã, e tomou poſſe delle, manſa, e pacificamente, feitas todas as ſolemnidades de direito, como ſe via dos papeis, e proviſoens juntas a fol.* 110. *e conſta, que eſtando o dito Appellante já de poſſe do dito Beneficio, o Senhor Vice-Collector proveo de novo nelle ao Padre Antonio Vaz Delgado, aos* 29. *dias do mez de Dezembro, tres dias depois do dito Appellante eſtar provido, e tomado poſſe; e conſta, que procurando o dito Padre Antonio Vaz Delgado tomar poſſe do dito Beneficio, por virtude do provimento, que nelle fez o dito Senhor Vice-Collector, lhe foy ſempre impedida por parte do Appellante ſem nunca a poder tomar pacificamente pelos actos, e ſolemnidades, que o direito requer. Moſtra-ſe mais, que tendo o dito Appellante noticia do provimento, que o dito Senhor Vice-Collector fizera de novo do dito Beneficio, procurou requerer ſua juſtiça diante delle, e o naõ quiz ouvir; e com effeito foy excommungado, e poſto de interdicto, com grande vexaçaõ, e oppreſſaõ do povo, pela muita continuaçaõ do tempo, que durou, procedendo o dito Senhor de facto, ſem ouvir ao Appellante, das quaes Cenſuras, e outras penas appellou em tempo devido para Sua Santidade, para com liberdade poder tratar de ſua juriſdicçaõ pelos caminhos ordinarios, como ſe via deſtes Autos a fol.* 126. *&c. O que tudo viſto, e o mais dos Autos, julgaõ por nullas, e de nenhum effeito as Cenſuras, procedimentos, e mandados do Senhor Auditor, &c.* & ibi: *E declaro, que o appellante naõ incorreo nellas; por quanto eſtando de poſſe do dito Beneficio primeiro, que o dito Antonio Vaz, naõ podia ſer obrigado com Cenſuras ao largar ſem ſer ouvido judicialmente* Viâ Ordinariâ; *e mandaõ, que o dito Appellante ſeja conſervado na poſſe, em que eſtá do dito Beneficio por qualquer via, que ſeja, e que dahi em diante ſeja contado nelle em todos os frutos, dando-lhe lugar no Coro, e eſcrever ſeu nome na taboa da dita Igreja, para que ſeja conhecido por Beneficiado della, com tudo o mais que os Beneficiados da dita Igreja coſtumaõ ter, e haver por razaõ de ſeus Beneficios, tudo em virtude da apreſentaçaõ, e collaçaõ do*

dito

dito Reverendo Prior da dita Igreja, &c. & in fine: *Condenno ao dito Antonio Vaz Delgado nas cuſtas. Evora*, 10. *de Dezembro de* 1647. Franciſco Nogueira *Vigario Geral de Evora.*

RESOLUTIO XCVI.

An Bullæ Apoſtolicæ impetratæ ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, & ſæcularis, & Donatariorum Coronæ, ſine Patronorum conſenſu, nec facta mentione qualitatis Beneficiorum nullæ ſint?

SUMMARIUM.

Bullæ Apoſtolicæ impetratæ ſuper Beneficiis Patronatûs Regii, & ſæcularis ſine conſenſu Patronorum nullæ ſunt juxta Regulam Chancellariæ, *& num.* 1.

2 *Papa in nulla diſpoſitione intendit juri Patronatûs Regii, & ſæcularis præjudicare, niſi de eo fiat ſpecialis mentio.*

3 *Jus Patronatûs Regibus, & ſæcularibus competit, ex juris communis diſpoſitione.*

4 *Clauſulæ in Bullis inſertæ*: Dummodo Beneficium ſit generaliter, vel ſpecialiter reſervatum; *&*: Dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, *præſervant jus Patronatûs Regii, & ſæcularis.*

5 *Aliàs ſi in Bullis qualitas Beneficii Patronatûs Regii, & ſæcularis non ſpecificetur, Bullæ nullæ, & ſubreptitiæ ſunt, & non exequuntur.*

6 *Ita judicatum per executorem Apoſtolicum ſuper quodam Beneficio ſimplici* S. Petri de Torres Novas *Patronatûs Regii.*

7 *Idem judicavit Auditor Legatiæ ſuper quodam Beneficio ſimplici* S. Leonardi de Atouguia *ejuſdem Patronatus.*

8 *Ita judicatum in Judicio Coronæ ſuper quodam Beneficio ſimplici* S. Petri de Torres Vedras.

9 *Idem judicatum in alio Beneficio ejuſdem Eccleſiæ.*

10 *Idem judicatum in eodem Judicio ſuper alio Beneficio ſimplici* S. Mariæ de Cintra *ejuſdem Patronatus.*

11 *Idem judicatum ſuper alio Beneficio* S. Bartholomæi *hujus Civitatis, ejuſdem Patronatus.*

12 *Sunt plura alia exempla in Judicio Coronæ.*

Bullæ Apoſtolicæ impetratæ ſuper dictis Beneficiis ſine licentia, vel conſenſu Regis, & Donatariorum Coronæ, & Patronorum ſæcularium, nec facta expreſſa mentione qualitatis Beneficiorum eſſe Patronatûs Regii, & ſæcularis, nullæ ſunt ipſo jure, juxta *Regulam* 42. *Chancellariæ Apoſtolicæ*, emanatam in favorem Regis, & Patronorum ſæcularium, in qua ita diſponitur.

Regula 42. Chancellariæ Apoſtolicæ.

Item voluit, quòd ſuper quovis Beneficio Eccleſiaſtico de jure Patronatus laicorum, non expediantur literæ, niſi ponatur expreſſè, quod tale Beneficium, tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apoſtolicam legitimè eſt devoluta, vel quia tempus Patronis laicis ad præſentandum à jure præfixum, lapſum exiſtat, aut ad id Patronorum ipſorum accedat aſſenſus. Et ſi per ipſum juri Patronatus hujuſmodi derogari contigerit, juris Patronatus hujuſmodi mentio diſpoſitive, ac ſpecificè, & determinate, non autem conditionaliter fiat, ſi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis proviſionis, vel mandato de providendo de dicto Bene- 1

 ficio,

ficio, ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum. Ita Regula.

2 Ratio eſt: quia Papa in nulla diſpoſitione intendit juri Patronatûs Regii, & ſæcularis derogare, niſi de eo fiat ſpecifica, & ſpecialis mentio: ita Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 14. *cap.* 1. *à num.* 100. *& cap.* 2. *num.* 2. *&* 6. *& in Prax. jur. Patron. deciſ.* 29. *n.* 13. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancellar. Gloſſ.* 24. *n.* 158. Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 54. *à num.* 2. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 87. *& de Jur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 99. *& in Cap. Cum dilectus, num.* 4. *de Jur. Patron. & in Votis, lib.* 2. *vot.* 46. *num.* 17. Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 35. *n.* 7. Phœb. 2. *part. deciſ.* 214. *à num.* 5. Salſed. *de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. *& num.* 28.

3 Ex eo, quia cum Regibus, & ſæcularibus jus Patronatus ex juris communis diſpoſitione competat ex dotatione, & fundatione, quia ex propriis Eccleſias dotaverunt, & fundaverunt: *Cap. Nobis, de Jure Patronat.* Mantic. *de Tacitis, & ambiguis, lib.* 23. *tit.* 20. *n.* 28. Vivian. *de Jur. Patron. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 6. Phœb. *dict. deciſ.* 214. *num.* 10. Salſed. *dict. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 8. & ex dictis ſupra *Reſolut.* 2. *num.* 3. Et hoc jus ſemper Regibus manet præſervatum per Concilium Tridentinum *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat. verſ. Exceptis Patronatibus.* Ubi Barboſ. *in Collect. ſub n.* 71. Ideo Pontifex nunquam eis intendit præjudicare: ex *Cap. Super eo, de Offic. delegat. verſ. Hoc tuam*, & ibi pluribus relatis Barboſ. *num.* 3. Vivian. *in Prax. juris Patronatus, deciſ.* 29. *num.* 6.

4 Quare ex ſtylo Curiæ in omnibus Bullis, & proviſionibus Apoſtolicis ſemper duæ clauſulæ opponuntur. Prima: *dummodo ejus diſpoſitio ad nos hac vice pertineat.* Secunda: *dummodo Beneficium generaliter, vel ſpecialiter reſervatum exiſtat*; per quas clauſulas jus Patronatus Regibus, & ſæcularibus competens, manet præſervatum: ex Monet. *de Reſervat. Benefic. quæſt.* 61. *n.* 3. Barboſ. *de Clauſul. clauſ.* 45. *num.* 2. *&* 6. ubi dicit pluries judicatum in *Rota*: Vivian. *in Prax. jur. Patronat. deciſ.* 20. *num.* 2. *&* 5. *& deciſ.* 29. *num.* 5. *&* 6.

5 Aliàs: ſi Bullæ expeditæ fuerint ſuper Beneficiis Regii Patronatûs, & ſæcularis, tacita eorum qualitate, nullæ, & ſubreptitiæ ſunt: ex Vivian. *dict. deciſ.* 29. *n.* 12. & DD. *ſupra à n.* 2. & ita judicatum per *Vicarium Generalem Ulyſſipponenſem*, Judicem Executorem Apoſtolicum Bullarum cujuſdam Beneficii ſimplicis, *S. Petri de Torres Novas* Patronatûs Regii contra *Joſephum Cardoſo* impetrantem, prout conſtat ex Sententia tenoris ſequentis.

Sententia Judicis Apoſtolici.

6 *Viſtos eſtes Autos, Bullas de Sua Santidade em favor do Padre Joſeph Cardoſo, embargos do Padre Miguel de Oliveira, mais artigos recebidos, documentos juntos, e provas de huma, e outra parte dadas. Moſtra ſe da Bulla Apoſtolica, que vagando o Beneficio, de que ſe trata, por crime de hereſia, o A. fez ſupplica a Sua Santidade, pedindo-lhe lhe fizeſſe graça, e mercè delle, declarando importar ſincoenta mil reis, de que ſe expedio a dita Bulla. Por parte do Embargante ſe prova ſer o dito Beneficio do Padroado Real, e naõ ſe fazer mençaõ a Sua Santidade da dita qualidade, como de direito era neceſſario, e Sua Santidade naõ he viſto prejudicar aos Padroados Laicaes, ainda que vaguem por crime de hereſia, eſtando os Padroeiros em poſſe immemorial por multiplicados provimentos, que ſortiraõ*

raõ effeito, de proverem eſtes Beneficios, como ſe fez no da contenda; e como a prova de teſtemunhas, que o A. deu, naõ concluem o neceſſario em Direito, e o Notario, que paſſou a Certidaõ ſer ſoſpeito ao Embargante. O que tudo viſto, e o mais dos Autos, julgo os embargos do Embargante por provados, e declaro naõ ſe poder executar a Bulla de Sua Santidade por ſe lhe naõ haver feito verdadeira ſupplica; e ſeja ſem cuſtas ex cauſa. Liſboa, 22. de Julho de 1637. Manoel da Fonſeca. *Notario* Joaõ Bautiſta Santa Cruz.

7 Idem etiam judicatum in Legatia per Auditorem Apoſtolicum *Zongum Onde Deus* anno 1623. in favorem Rectoris generalis *S. Joannis Evangeliſtæ* ſuper quodam Beneficio ſimplici *S. Leonardi Villæ de Atouguia* Patronatûs Regii, per Sententiam, de qua ſupra *Reſolut.* 34. *num.* 14. ubi Bullæ reſignationis annullatæ fuerunt ex eodem fundamento, quia in Bullis non fuit facta mentio qualitatis Beneficii eſſe juris Patronatûs Regii, prout conſtat ex eadem Sententia, ibi:

> *Sendo do Padroado Real, e retendo a meſma natureza, o que na ſupplica da Renuncia ſe naõ exprimio, como era neceſſario*; & ibi: *Julgo a Renuncia por nulla, e de nenhum effeito, e por nullo, e ſubrepticio o Breve, porque foy concedida, &c.*

8 Idem judicavit in Judicio Coronæ Doctor inſignis *Didacus Marchaõ Themudo*, digniſſimus Senator Palatinus, dum Judicis Coronæ officio fungebatur contra *Balthaſarem Gomes Homem*, qui quoddam ſimplex Beneficium *S. Petri de Torres Vedras* Patronatûs Regii à Sede Apoſtolica impetraverat ſine licentia Prioris *Ludovici de Moura Rolim*, Donatarii Coronæ, nec facta mentione Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii; prout conſtat ex Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 17. *num.* 8. ibi: *O impetrou em Roma o Padre Balthaſar Gomes Homem, ſem licença do dito Prior, e ſem exprimir, que elle era do Padroado Real, &c.* & judicavit Vicarium Generalem executorem Bullarum violentiam commiſiſſe in executione, quæ Sententia fuit confirmata in *Tribunali Palatii*, prout conſtat ex eadem *Reſolut.* 17. *n* 10. & Vicarius Generalis reparando violentiam per edictum publicum, de quo in eadem *Reſolutione*, *num.* 13. declaravit omnia à ſe geſta nulla eſſe; quia, ſi Summo Pontifici narraretur Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii, Bullas non concederet in præjudicium Coronæ, & ejus Donatarii, ibi: *Por quanto Sua Santidade ſe fora informado da verdade naõ prejudicara às mercês, e graças concedidas aos Donatarios da Coroa.*

Idem etiam judicavit Sapientiſſimus Doctor *Antonius de Souſa de Tavares*, Senator etiam Palatinus tempore, quo erat Judex Coronæ, quendam *Alphonſum Vigeiro*, qui aliud ſimplex Beneficium in eadem Eccleſia *S. Petri de Torres Vedras* per reſignationem à Sede Apoſtolica impetraverat, non obtenta licentia Prioris, nec facta mentione qualitatis Beneficii: propter quod judicavit violentiam commiſiſſe, & eum eſſe intruſum in dicto Beneficio; prout conſtat ex Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 34. *num.* 22. ex eodem fundamento, ibi: 9

> *E viſto outro ſy o dolo, e calumnia, com que ſe encubrio por parte do R. a qualidade do dito Beneficio, impetrando o ſem guardar os requiſitos do Alvarà do dito Senhor do anno de 1617. ſendo elle iſento, e livre das Regras da reſerva, por ſeguir a natureza dos Beneficios do Padroado Real, &c.* & ibi: *Pelo que julgaõ, e declaraõ haver o R. feito força, e esbulho à Coroa, e ao A. ſeu donatario no uſo do Padroado, e ſer*

e ſer intruſo no dito Beneficio; e mandaõ, que o A. ſeja reſtituido ao direito, que nelle tem de preſentar, e collar, e que o R. largue o dito Beneficio, e poſſe delle, e o deixe livremente ao A. para o prover em quem lhe parecer, &c.

Et cum effectu fuit excluſus dictus *Alphonſus*, & dictus Prior dictum Beneficium contulit *Franciſco Borges de Souſa*, qui pacificè illud actualiter poſſidet.

10 Idem judicatum eſt in eodem Judicio contra *Ferdinandum Gonſalves* ſuper quodam ſimplici Beneficio *S. Mariæ de Cintra*, quod à Sede Apoſtolica impetraverat, non facta mentione Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii, & ſimiliter judicatum violentiam commiſiſſe; prout conſtat ex Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 34. *num.* 25. ibi:

Condemnaõ ao R. deſiſta da dita força, naõ uſando das Bullas, que impetrou, nem perturbe ao Prior Donatario na poſſe, em que eſtà; antes o reſtitùa a elle por lhe pertencer, como Donatario no uſo do Padroado, a qual reſtituiçaõ farà com todos os frutos, &c.

11 Idem judicatum in eodem Judicio contra *Michaelem dos Anjos* ſuper quodam Beneficio ſimplici Eccleſiæ *S. Bartholomæi* hujus Civitatis Ulyſſipponenſis, qui illud à Sede Apoſtolica per reſignationem impetraverat, non facta mentione eſſe juris Patronatûs Regii, & naturam Matricis retinere: conſtat ex Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 14. *num.* 25. ibi:

Renunciallo em o R. o Padre Miguel dos Anjos, e haver Breve, e Bullas Apoſtolicas, de tal renuncia encubrindo, e ſupprimindo ſer o tal Beneficio do Padroado Real, livre de toda a affecçaõ, e reſerva, e ter a meſma natureza de tal, &c. & in fine, ibi: *Julgaõ ter o R. commettido força em ſe introduzir na poſſe do dito Beneficio por renuncias, e Bullas Apoſtolicas, ſendo do Padroado Real, em que naõ tem lugar; e mandaõ reſtitùa ao Convento A. e à Coroa o dito Beneficio, e ao uſo da apreſentaçaõ, e collaçaõ delle, com os frutos, perdas, e damnos, &c.*

Et cum effectu dictus *Michael* fuit excluſus, & Rector *Monaſterii S. Eligii* Coronæ Donatarii, illud contulit Doctori *Franciſco de Macedo*, qui illud pacificè poſſeſſit uſque ad mortem.

Sunt plura alia exempla in *Judicio Coronæ*, & breviatis cauſâ ea omitto, quia infinitum eſſet ea recenſere. 12

RESOLUTIO XCVII.

An Ordinarius, qui intendit providere Beneficium per concurſum, tanquam liberæ collationis, poſſit cognoſcere de exceptione oppoſita per præſentatum Coronæ, vel ejus Donatarios, allegantem eſſe juris Patronatûs Regii? Et an ſuperſedere debeat, quatenus exceptio non deciditur?

SUMMARIUM.

1 *Beneficia juris Patronatûs Regii non providentur per concurſum.*

Ibi. *Si apponatur edictum, & præſentatus Coronæ excipiat Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii, Ordinarius attento jure Caſtellæ, exceptionem remittit Supremo Tribunali* Cameræ.

Ibi. *Attento jure Portugalliæ remittitur talis exceptio* Auditori Capellæ Regiæ.

2 *Ita contigit de facto in exceptione Prioris* S. Nicolai *Ulyſſipponenſis.*

3 *Re-*

3 *Remiſſio Ordinarii ad Judicium Capellæ Regiæ.*
4 *Similes exceptiones remiſit.*
5 *Ordinarius ſubſiſtit, quatenus illa exceptio non deciditur in illo Judicio.*
Ibi. *Exceptio præjudicialis, prius terminatur.*
6 *Aliàs prævertitur ordo judicialis.*
Ibi. *Ordinem judicii perturbare, eſt gravamen intolerabile, à quo licitè appellatur.*
7 *Proviſio ſpreto Patrono nulla eſt, & ſi fiat exceptione pendente, revocatur tanquam attentata.*
8 *Ita judicatum contra Capitulum Conimbricenſe, ſuper Eccleſia de* Serpins, *Conimbricenſis.*
9 *Eadem reſolutio procedit, quando ſimilis exceptio opponitur coram executore Bullarum, quam tenetur remittere* Auditori Capellæ Regiæ, *& interim ſuperſedere, ut judicatum in Judicio Coronæ ſuper quodam Beneficio ſimplici in Eccleſia* S. Petri de Torres-Vedras.
10 *Hæc Sententia fuit confirmata in* Tribunali Palatii.
11 *Idem judicatum in alio Beneficio ſimplici* S. Mariæ de Cea, *Patronatûs Regii, contra executorem Apoſtolicum.*
12 *Idem judicatum in favorem Prioris* S. Michaelis de Cintra, *contra executorem Apoſtolicum.*
13 *Hæc Sententia fuit confirmata in* Tribunali Palatii, *cui executor ſubſcripſit, & ſunt plura alia exempla.*

1 ORdinarius non poteſt providere Beneficia juris Patronatûs Regii per concurſum :: ex ſupra dictis *Reſolut.* 11. *num.* 11. & ſi de facto opponatur edictum, & appareat præſentatus Coronæ excipiendo eſſe juris Patronatûs Regii, licet in *Caſtella* talis exceptio remittatur ad Concilium ſupremum Cameræ: ex Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *à num.* 174. *& à n.* 190. Attamen in hoc Regno *Luſitaniæ* remittitur *Auditori Capellæ Regiæ*, cui privative competit cognitio juxta Bullam *Leonis X.* quam tranſcripſit Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 49. *num.* 15.

Ita contigit de facto in exceptione, quam coram Ordinario hujus Civitatis Ulyſſipponenſis obtulit *Prior Sancti Nicolai* Patronatûs Regii ſuper quodam Beneficio ſimplici vacante in eadem Eccleſia, quam Ordinarius remiſit dicto Auditori, Scriba Camerario *Dominico de Meſquita Teixeira*, per Sententiam ſequentem. 2

Sententia Ordinarii.

Acordão em Relação, &c. Que viſtos eſtes Autos, e qualidade da Cauſa, a remettem ao Juizo da Ouvidoria da Capella Real, que he o Juizo competente, aonde as partes poderão requerer ſua juſtiça, e com Sentença havida ſe defirirá neſta Relação à collação. Lisboa, 7. de Abril de 1663. Fuit ſubſcripta per ſex Senatores. 3

Similes exceptiones remiſit idem Ordinarius dicto Auditori Capellæ Regiæ ſuper duobus Beneficiis ſimplicibus Eccleſiæ *S. Joannis do Lumiar* Patronatûs Regii, & ſuper Prioratu *Villæ da Caſtanheira* ejuſdem Patronatus, & ſunt plura alia exempla. 4

Quatenus hæc exceptio non deciditur in Judicio *Auditoris*, debet Ordinarius ſuperſedere, prout Decretum eſt in Sententia, de qua *ſupra num.* 3. Illa enim exceptio eſt præjudicialis, & prius terminanda eſt: DD. per text. *in Cap. Tuam, de Ordin. cognit. in fin.* ibi: *Donec jam dicta cauſa natalium Apoſtolico Judicio finem acceperit patienter expectes*, & per text. *in Cap. Exhibita* 19. *de Judic. cap. Lator. Qui filii ſint legitimi, Cap. Si fortè* 11. *de Elect. in* 6. 5

&

& de Jur. Civili *L.* 1. *& ult. Cod. de Ordin. cognit. L. Si quis libertatem, ff. de Petit. hæred. L. Si quæramus, ff. de Teſtament. L. Si quæſtio, Cod. de Ordin. Judicior. L. ult. Cod. de Fide inſtrumentor.* Ordinatio Regia *lib.* 3. *tit.* 20. §. 15. *& tit.* 50. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *n.* 179. Valaſc. *Conſult.* 159. *num.* 14. Bovadilh. *Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 138.

6 Aliàs prævertitur ordo judicialis, ex dicto *Cap. Exhibita, de Judic.* ibi: *Pervertendo juris ordinem*; *dict. Cap. Tuam, de Ordine cognition.* ibi: *Nihil aliud eſſet, quam diverſis proceſſibus intricare negotium, & confuſione quadam Judicii Ordinem perturbare, &c.* Salgad. *dict. cap.* 10. *n.* 76. & ordinem judicii perturbare eſt gravamen intolerabile; à quo, & ab in ordinato proceſſu juſtè, & licitè appellatur: plures per Gonz. *ad Reg.* 8. *Gloſſ.* 9. *tit. de Nullitate, & attentat. num.* 202. *& Gloſſ.* 6. *à num.* 224. Plures per Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 18. *num.* 30.

7 Si verò procedat ad collationem, ſpreto Patrono, proviſio nulla eſt: ex *Cap. Decernimus* 11. *quæſt.* 7. & ex dict. *Reſolut.* 80. *num.* 25. & omnia debent reponi in priſtinum ſtatum, tanquam attentata, quanvis Ordinarius ſit in poſſeſſione providendi: ex Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 172. ex *ſupra dict. num.* 5. Aliàs, ſi non ſuperſedeat, gravamen, & violentiam committit.

8 Ita judicatum in exemplo, de quo ſupra *Reſolut.* 40. *num.* 13. ſuper Eccleſia *de Serpins* contra Capitulum Conimbricenſe, quod non admiſit præſentatum per Monaſterium Donatarium Coronæ, nec eum voluit audire ad probandam Monaſterii poſſeſſionem, nec concurſum ſuſpendere, & judicatum eſt dictum Capitulum violentiam commiſiſſe.

9 Eàdem reſolutio procedit, quando excipitur contra Bullas Apoſtolicas expeditas ſuper Beneficiis Patronatûs Regii; has enim exceptiones tenetur Judex executor Bullarum remittere Auditori Capellæ Regiæ, & interim ſuperſedere, quouſque in illo Judicio exceptio non deciditur, ſi Beneficium eſt, vel non juris Patronatûs Regii. Ita judicatum in Judicio Coronæ in favorem Prioris *S. Petri de Torres Vedras* per inſignem Judicem Coronæ *Didacum Marchaõ Themudo* contra Vicarium Generalem *Emmanuelem Themudo da Fonſeca*, Judicem executorem Bullarum cujuſdam Beneficii ſimplicis Eccleſiæ *S. Petri de Torres Vedras* Patronatûs Regii; qui, non obſtante exceptione Prioris, & Patris *Antonii Pinto* proviſi in eodem Beneficio, cujus erat pacificus poſſeſſor, quem juſſit à poſſeſſione excludere, prout conſtat ex Sententia, de qua ſupra *Reſolut.* 17. *num.* 8. eodem fundamento, ibi:

> *Naõ devia o Vigario Geral esbulhallo della, e devia remetter os embargos ao Ouvidor da Capella Real, Juiz privativo, com inhibiçaõ a toda a juriſdicçaõ Ordinaria Eccleſiaſtica, e ſobreſtar atè à determinaçaõ delles, pois naõ he Juiz, mas executor do que o Juiz julgar; e em fazer o contrario fez notoria oppreſſaõ aos aggravantes, &c.*

Hæc Sententia fuit confirmata, 10
& approbata in *Tribunali Palatii*, ut conſtat ex eadem *Reſolut.* 17. *num.* 10. ibi: *Aſſentou-ſe, que as Cartas foraõ bem paſſadas, no tocante ao Vigario Geral, Juiz Apoſtolico, naõ ſobreſtar na execuçaõ das Bullas, em quanto ſe naõ determinava a materia dos embargos, que remetteo ao Juiz Eccleſiaſtico competente, &c.* cui Decreto ſubſcripſit dictus *Vicarius Generalis*, prout conſtat ex eadem *Reſolut.* 17. *num.* 11.

Idem judicatum per eundem Ju- 11
dicem

dicem Coronæ contra dictum Vicarium Generalem, Judicem executorem Bullarum alterius Beneficii ſimplicis Eccleſiæ *S. Mariæ de Cea*, Patronatus Regii, quod *Rodericus da Veiga* à Sede Apoſtolica impetraverat, & expediens dictus Executor monitorium contra Patrem *Antonium Alvares*, illius pacificum poſſeſſorem, virtute proviſionis Rectoris ejuſdem Eccleſiæ (qui tanquam Donatarius Coronæ erat in pacifica poſſeſſione providendi) ut poſſeſſionem Beneficii dimitteret ſub pœna excommunicationis; contra quod monitorium dictus *Antonius* exceptionem oppoſuit Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii, liberum ab omnibus reſervationibus, generalibus, & ſpecialibus, & tempore impetrationis ſe eſſe pacificum Beneficii poſſeſſorem, quam exceptionem remiſit dictus Executor Judicio Ordinario, & aggravavit Cenſuras contra dictum *Antonium*, quia Beneficium impetranti non demiſerat, & interpoſito gravamine ad Coronam, proviſus fuit per Sententiam, de qua ſupra *Reſolut.* 17. *num.* 14. eodem fundamento, ibi:

> *Por quanto pelo meſmo caſo, que remetteo os embargos ao Juizo Ordinario, para nelle ſe determinarem na fórma do Sagrado Concilio Tridentino, devia parar na execuçaõ atè nelles ſe dar determinaçaõ.* Et ibi: *Naõ dar à execuçaõ as ditas Bullas, em quanto ſe naõ der determinaçaõ nos ditos embargos, &c.*

Cui Sententiæ dictus Vicarius Generalis Bullarum executor ſubſcripſit, & Cenſuras à ſe fulminatas annullavit.

12 Idem etiam judicatum in Judicio Coronæ in favorem Prioris *S. Michaelis de Cintra*, & *Petri Ferreira* ſuper quodam Beneficio ſimplici Patronatûs Regii, in cujus pacifica poſſeſſione dictus Petrus exiſtebat per proviſionem dicti Prioris, qui erat in pacifica poſſeſſione providendi, quod Beneficium à Sede Apoſtolica impetravit Pater *Emmanuel Gonſalves* per Bullas Apoſtolicas, quarum fuit executor Illuſtriſſimus Dominus *Alphonſus Furtado de Mendoça* dum Decani officio Ulyſſipponenſi fungebatur, qui vices ſuas ſubdelegavit in præclariſſimum Doctorem *Gaſparem do Rego da Fonſeca*, poſtea Epiſcopum Portuenſem, qui acceptata commiſſione expedivit monitorium contra dictum *Petrum* poſſeſſorem, & contra Priorem, ſeu Vicarium præſentantem, contra quod excipiendo propoſuerunt Beneficium eſſe juris Patronatûs Regii, & Priorem, ſeu Vicarium eſſe in poſſeſſione conferendi: qua exceptione rejecta, gravamen interpoſuerunt ad Coronam, ubi eis proviſum fuit per Sententiam, de qua ſupra *Reſolut.* 30. *num.* 12. ex eodem fundamento; prout conſtat ex eâdem Sententia poſt medium, ibi:

> *Vindo o dito Vigario com embargos à dita perturbaçaõ, e Bullas de ſubrepçaõ, e obrepçaõ, Simonia, e outras nullidades de impetraçaõ fraudulenta contra o Padroado da Coroa, que tudo pedia plenario conhecimento da cauſa, o dito Deaõ delegou a dita commiſſaõ no dito Gaſpar do Rego da Fonſeca, o qual tendo obrigaçaõ de remetter os ditos embargos ao Ordinario na fórma do Capitulo:* Cauſæ omnes, *do Sagrado Concilio Tridentino, ou ao Capellaõ Mór, como Ordinario nos Padroados da Coroa, e ſuas dependencias por ſeus indultos, e ſobreſtar entre tanto atè tornar depois a executar o que ſe julgaſſe* (cauſa cognita) *elle naõ quiz differir a nada, &c.*

Hac Sententia fuit etiam confirmata in *Tribunali Palatii*, cui dictus executor ſubſcripſit, prout conſ- 13

Cccc tat.

tat ex dict. *Reſolut.* 30. *n.* 13. & ſunt plura alia exempla in Judicio Coronæ, quæ brevitatis cauſâ omitto.

RESOLUTIO XCVIII.

An Priores Patronatûs Regii renuentes acceptare reſignationes liberas Beneficiorum ſimplicium ſuarum Eccleſiarum, ad id cogi poſſint?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries*, *& num.* 2.

3 *Priores Eccleſiæ* S. Michaelis de Cintra *ſunt in poſſeſſione immemorabili providendi Beneficia ſimplicia per mortem*, *& reſignationem.*

Ibi. *Utroque modo Beneficia vacant.*

4 *Beneficia reſignari poſſunt quocunque menſe ſimpliciter in manibus Ordinariorum* , *& collatorum inferiorum.*

Ibi. *Beneficia ſic vacantia per reſignationem non ſunt reſervata.*

5 *Ordinarii non poſſunt acceptare reſignationes conditionales* , *nec in favorem tertii* , *quod eſt ſpecialiter Papæ reſervatum.*

6 *Non poſſunt hæc Beneficia reſignata ſimpliciter conferre affinibus*, *& familiaribus ſuis*, *nec reſignantium.*

7 *Hæc prohibitio non procedit reſpectu Beneficiorum Patronatûs Regii* , *& ſæcularis* , *ut declaravit* Gregorius XIII.

8 Stephanus *reſignans ſeptuagenarius* , *& infirmus*, *quæ ſunt cauſæ juſtæ ad reſignationem.*

9 *Reſignans Beneficium ſimpliciter*, *debet habere Patrimonium* , *quo ſuſtentari valeat.*

10 *Prior* S. Michaelis de Cintra *noluit acceptare reſignationem.*

11 *Mandatum Coronæ* , *ut Prior reſignationem acceptaret.*

1 PRiores *S. Michaelis de Cintra*, Patronatûs Regii, ſunt in poſſeſſione immemorabili conferendi Beneficia, & acceptandi reſignationes Beneficiorum ſimplicium dictæ Eccleſiæ, tanquam collatores inferiores, per plures actus effectum ſortitos, & conſtat ultimo actu reſignationis, quam fecit Beneficiatus *Ludovicus de Madueira de Azevedo*, in manibus Prioris ejuſdem Eccleſiæ, *Ferdinandi de Novaes de Quiroga*, qui accepta reſignatione, illud contulit *Stephano Alvares* , & expedivit titulum , cujus virtute pacificam illius poſſeſſionem obtinuit 14. Mai anni 1612. Conſtat ex eodem titulo , & inſtrumento poſſeſſionis in actis repertis, prout etiam cæteri Priores Patronatûs Regii ſimiles reſignationes acceptant, quanvis reſignatio ſit in favorem certæ perſonæ: ex dictis ſupra *Reſol.* 35. *n.* 4.

Sic dicto *Stephano* poſſidente dictum Beneficium per ſpatium quinquaginta annorum, & ultra illud, reſignavit ſimpliciter in manibus *Emmanuelis Pereira Sotomayor*, Prioris dictæ Eccleſiæ, quia erat ſeptuagenarius, infirmus, & valetudinarius, & ideo Beneficii obligationibus aſſiſtire non poterat; & ut Prior ad acceptandam reſignationem facilior redderetur, ei nomine reſignantis ſequentes juris obtuli rationes. 2

Prima: quòd Priores dictæ Eccleſiæ erant in poſſeſſione immemorabili providendi Beneficia ſimplicia , tanquam donatarii Coronæ, quocunque modo vacarent, ſive per mortem, ſive per reſignationem, ut probabatur per plures actus effectum ſortitos in proceſſu agitato in Judicio Coronæ inter Sereniſſimam Reginam *D. Catharinam*, & Archiepiſcopos hujus Civitatis; utroque enim modo Beneficia vacant: ex text. expreſſo in *Cap. Suſceptum*, *de Reſcripto in* 6. & ibi Barboſ. *in Collect. n.* 16. *& de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *n.* 22. Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 5. *& à n.* 11. *& q.* 8. *n.* 7. *& q.* 16. *n.* 65. Gonzal. *ad Regul.* 8. §. 5. *Proœm. à n.* 24. 3

Se-

4 Secunda: Beneficia reſignari poſſunt purè, & ſimpliciter quocunque tempore in manibus Ordinariorum, & collatorum inferiorum habentium facultatem præſentandi, & conferendi Beneficia ſimplicia (quam habent Priores Patronatûs Regii, ut pluries judicatum erat in Judicio Coronæ) & illa ſic reſignata poſſunt conferre, cui voluerint: Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 14. *num.* 23. *&* 31. Gutier. *Conſil.* 42. *num.* 34. Covar. *Var. lib.* 1. *cap.* 6. Garc. *de Beneficiis* 5. *p. cap.* 1. *n.* 543. *& part.* 11. *cap.* 3. *num.* 266. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 69. *á num.* 1. ubi plura jura, & DD. ſupra: hæc enim Beneficia ſic vacantia per reſignationem non ſunt reſervata; ut per Garc. *de Beneſ. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 574. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 14. à principio, quos refert, & ſequitur Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 57. *num.* 194.

5 Tertia: quia quanvis Ordinarii regulariter non poſſunt acceptare reſignationes conditionales, nec in favorem tertii, quod eſt ſpecialiter *Papæ* reſervatum, quia Simoniacæ præſumuntur: ex Gonzal. *ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 14. *à num.* 21. *&* 27. Riccius 3. *part. deciſ.* 207. *num.* 1. Gutier. *Conſil.* 42. *num.* 7. Plures per Garc. *de Beneſ. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 152. *&* 154. & per Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 69. *num.* 47. *verſ. Poſtquam Summus Pontifex.*

6 Nec illa ſic reſignata poſſunt conferri affinibus, & familiaribus reſignantium, & conferentium juxta Conſtitutionem 58. *Pii V.* quæ incipit: *Quanta Dei Eccleſiæ*, de qua Barboſ. *dict. alleg.* 69. *à num.* 28. *verſ. Cæterum*, *num.* 29. *& num.* 48. *&* 49. Gonzal. *dict. Gloſſ.* 14. *n.* 25. *&* 31.

7 Hæc tamen prohibitio *Pii V.* in dicto §. Cæterum non procedit reſpectu Beneficiorum Patronatûs Regii, & ſæcularis, quæ fuerunt creata ex fructibus Matricis ejuſdem Patronatus (cujus naturam ſequuntur, ex dictis ſupra *Reſolut.* 30.) prout declaravit *Gregorius XIII.* quam declarationem refert Riccius 3. *p. deciſ.* 81. *num.* 2. Barboſ. *dict. alleg.* 69. *num.* 48. *verſ. Quod autem Beneficia*, Garcia, Quartana, & alii DD. de quibus ſupra *Reſolut.* 35. *num.* 4. & hæc eſt praxis.

8 Quarta: Quia reſignans eſt ſeptuagenarius, infirmus, & valetudinarius, prout conſtat ex certitudinibus oblatis, quod eſt juſta cauſa reſignationis: ex text. *in Cap. Niſi cum pridem* 10. *de Renuntiat. verſ. Aliæ verò cauſæ*, ibi: *Debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit, &c.* dicta Conſtitutio *Pii V.* ibi: *Senio confecti.* Barboſ. *dict. alleg.* 69. *num.* 31. 33. *&* 35. *&* 40. ubi plures refert.

9 Quinta: quia reſignans habet Patrimonium ab Ordinario approbatum, prout conſtat ex inſtrumento producto, cum quo commodè vivere poterat, juxta dictam Conſtitutionem *Pii V.* ibi: *Sed nè horum ullus Sacro Ordine mancipatus, niſi Religionem ingreſſus, valeant ullo modò Beneficium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliundè, & ſit, quo in vita poſſit commodè ſuſtentari.* Maſſobr. *in Prax. habendi concurſum*, quem refert, & ſequitur Barboſ. *dict. alleg.* 69. *num.* 47. Ex quibus omnibus, & ſingulis conſtat nullum eſſe impedimentum Canonicum, quod poſſit reſignationem impedire.

10 Sed his rationibus non obſtantibus, dictus Prior reſignationem noluit acceptare privando Prioratum jure, poſſeſſione, honore, & facultate has reſignationes acceptandi. Quare ad Judicium Coronæ dictus *Stephanus* recurrit cum documentis oblatis, ut Priorem cogeret ad reſignationem acceptandam, & ad providendum Beneficium in perſona, quæ ſibi placeret, & ſic juſſum eſt per interlocutoriam ſequentem.

Decretum Coronæ.

11 *Acordaõ em Relaçaõ, &c. Que ſeja notificado o Prior de Saõ Miguel de Cintra, aceite a Renunciaçaõ, que faz o Padre Eſtevaõ Alvares do Beneficio, que tem na dita Igreja para o dito Prior o poder dar a quem quizer. Liſboa* 22. *de Agoſto de* 1663. Delgado. Torneo.

Expedita Charta à Judicio Coronæ, & intimata dicto Priori, ei obtemperavit, & ſtatim acceptavit reſignationem, & contulit Beneficium reſignatum.

RESOLUTIO XCIX.

An à collatione Parochialis facta virtute præſentationis Donatarii Coronæ, vel alterius Patroni detur appellatio ſuſpenſiva, & recurſus ad Coronam, niſi recipiatur quo ad utrunque effectum?

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Præſentatus debet perſonaliter comparere coram Ordinario inſtituendus.*

3 *Ordinarius juſſit inſtituere præſentatum.*

4 *Ab illa Sententia adverſarius appellavit ad Sanctam Sedem, & recepta fuit appellatio quo ad effectum devolutivum juxta* Concilium Tridentinum, *& Conſtitutionem* Pii V.

5 *Hanc Sententiam ſequuntur Doctores, & à num.* 9.

6 *Ab illa Sententia adverſarius gravamen interpoſuit ad Coronam, ubi juſſum eſt, recipere appellationem quo ad utrumque effectum.*

Ibi. *Senatores Brachareuſes noluerunt Chartis Coronæ obedire.*

7 *In Senatu Palatii judicatum eſt, Chartas Coronæ fuiſſe male expeditas, & non eſſe ſervandas.*

8 *Contra Sententiam* Palatii Procurator Coronæ *exceptionem oppoſuit, allegando diſpoſitionem* Concilii Tridentini, *& Conſtitutionem* Pii V. *procedere in collationibus Beneficiorum Curatorum, factis extrajudicialiter, non tamen, quando cauſa terminatur per Sententiam definitivam in judicio contradictorio.*

9 *Diſpoſitio* Concilii Tridentini *procedit indiſtincte, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter procedatur.*

10 Cevalhos, Communium *reſolvit non dari appellationem ſuſpenſivam à collatione Parochialium, & ampliat Capellanias, & ad Beneficia Curata.*

11 *Idem reſolvit* Salgadus, *& Judicem Eccleſiaſticum violentiam non committere, non recipiendo appellationem quo ad utrunque effectum, & ſic practicari.*

13 *Lex neminit facit injuriam, nec gravamen.*

A mero Legis executore non datur appellatio, quia tunc potius operatur Lex, quam homo, & Judex nihil aliud facit, quàm legem exequi.

15 *Judex Coronæ non poteſt cognoſcere de gravamine interpoſito à Judice Eccleſiaſtico, niſi data violentia, & oppreſſione notoria; non tamen ſi fuerit turbida, & offuſcata.*

16 *Opiniones Doctorum faciunt rem dubiam, nè detur notoria violentia.*

18 Themudus *intelligitur, & declaratur ſecundùm* Graciam, *quem allegat.*

19 Mareſcotus *agit in caſu diverſo, & declaratur.*

20 La-

20 Lara de Capellis *declaratur, & affirmat Sententias latas ſuper collatione Parochialium exequi ſecundùm ſtylum Archiepiſcopatus* Toletani, *non obſtante appellatione.*

21 *Idem obſervatur in Tribunali* Metropolitano Bracharenſi.

22 Aſſento do Paço ſobre a Igreja de Santiago de Brandura do Arcebiſpado de Braga, que ſe naõ fez força pelo Ordinario em collar o apreſentado, *appellatione pendente.*

23 *Sententia Palatii, in qua rejecta fuit exceptio Procuratoris Coronæ.*

1 HÆc quæſtio mota fuit anno 1652. in *Senatu Bracharenſi* inter *Petrum do Souto* præſentatum in Eccleſia Matrici *S. Joannis Baptiſtæ Villæ de Conde*, per Abbatiſſam S. Claræ Monaſterii ejuſdem Villæ, Donatariæ Coronæ, & *Joannem Machado de Pontes* præſentatum per *Diſcretas*, & alias *Religioſas* ejuſdem Monaſterii, cum falſa, & ſuppoſita ſubſcriptione Abbatiſſæ.

2 Comparuit *Petrus* cum ſua legitima præſentatione perſonaliter inſtituendus coram Ordinario, prout tenebatur; ut per Riccium *in Praxi rerum fori Eccleſiaſtici, tit. de Jur. Patronat. deciſ.* 156. *& part.* 1. *deciſ.* 139. *in princip.* Sanch. *Conſil. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 73. *num.* 5. Salgad. *de Protect. Reg.* 3. *part. cap.* 9. *n.* 172. *& cap.* 10. *num.* 210. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 72. *num.* 76. *& à num.* 110. *& in Collect. ad cap.* 3. *de Privileg. num.* 38.

3 Comparuit etiam poſtea dictus *Joannes Machado*, & contendentes de viribus præſentationum, tandem fuit lata Sententia in favorem *Petri* præſentati per legitimam præſentationem *Abbatiſſæ*, quem Ordinarius juſſit inſtituere, & confirmare in eadem Eccleſia.

Ab illa Sententia *Ordinarii Bracharenſis* dictus *Joannes* appellavit ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, quam Ordinarius recepit in effectu tantum devolutivo: ex Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* ibi: *Nulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apoſtolicam, &c. impediat, aut ſuſpendat*; & ita etiam habetur in Conſtitutione *Pii V.* quæ incipit: *In conferendis*, quam tranſcripſit Garc. *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 3. *ad fin. verſ. Hæc tamen appellatio*, ibi: *Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpendat, quo minus electio per Ordinarium, primo loco facta, interim demandetur executioni, & proviſus ab eadem Eccleſia (cauſa appellationis hujuſmodi pendente) non amoveatur, &c.* 4

Sequuntur pluribus relatis Gonzal. *ad Regul.* 8. *Chancell. Gloſſ.* 9. *tit. de Nullitat. & attent.* §. 1. *n.* 209. ubi affirmat ſic ſæpius eſſe declaratum in *Sacra Congregatione*, & judicatum in *Rota*, quod etiam affirmat Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 167. Garc. *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. §. 1. *à num.* 246. Valenzuel. *Conſil.* 45. *à n.* 11. Barboſ. *in Collect. ad Trident. dict. Seſſ.* 24. *cap.* 18. *n.* 154. *& de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 60. *num.* 104. ubi plures refert Gratian. *Forenſ. cap.* 305. *n.* 64. aſſerens in tali caſu non eſſe locum appellationi. 5

Ab hac Sententia ſic in jure fundata dictus *Joannes* gravamen interpoſuit ad Coronam, quia ejus appellatio non fuit admiſſa in utroque effectu. Et quanvis in *Judicio Coronæ Senatus Portuenſis* proviſus fuit; attamen *Senatores Bracharenſes* Chartis rogatoriis obtemperare noluerunt, & devoluta cauſa ad *Tribnal Palatii*, judicatum, & Decretum fuit Chartas non fuiſſe benè expeditas, & ideo non eſſe ſervandas; prout conſtat ex *Decreto Palatino* tenoris ſequentis. 6

Aſſen-

Aſſento do Paço.

7 *Foraõ ouvidos neſta Meſa do Dezembargo do Paço o Procurador, e Juiz da Coroa, à reveria do Proviſor de Braga Joaõ Monis de Carvalho, que ſendo apregoado na fórma do eſtylo naõ appareceo; e aſſentou-ſe, que as Cartas do Juizo da Coroa naõ foraõ bem paſſadas, e ſe naõ deviaõ cumprir. Lisboa, em* 11. *de Setembro de* 1655. *Rubricas dos Senhores Doutores* Franciſco de Andrade Leitaõ. Franciſco de Carvalho. Pantaliaõ Rodrigues Pacheco. Pedro Fernandes Monteiro. Fernaõ de Mattos Carvalhoſa.

8 Contra hanc Sententiam exceptionem oppoſuit *Procurator Coronæ* allegando diſpoſitionem *Concilii Tridentini*, & Conſtitutionis *Pii V. In conferendis* procedere ſolum in collationibus Beneficiorum Curatorum factis extrajudicialiter, & ſine partium contentione; non tamen, quando per Sententiam definitivam, & in Judicio contradictorio cauſa terminatur; tunc enim dicit appellationem habere utrunque effectum, & non poſſe procedi ad collationem, aliàs eſſe nullam, & attentatam, quam diſtinctionem refert ex Mareſcot. *lib.* 2. *Canon. cap.* 64. *à num.* 20. Lara *de Capell. lib.* 2. *cap.* 11. *à princip.* Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 13. *à n.* 157. quibus addo Themud. 3. *part. deciſ.* 302. *num.* 69.

9 Qua tamen diſtinctione non obſtante, verum eſt, & indiſtinctè in Praxi receptum non dari appellationem ſuſpenſivam à collatione Parochialium ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter procedatur in favorem Eccleſiarum, nè diu vacent cum periculo animarum: ex dictis *ſupra num.* 4. *&* 5.

10 De hac quæſtione agens in terminis Cevalh. *Commun. quæſt.* 897. *à num.* 819. ubi refert opinionem contrariam, *& à num.* 827. eleganter reſolvit pro noſtra reſolutione non dari appellationem ſuſpenſivam, *& num.* 830. quod inſtitutus, & confirmatus poteſt (appellatione non obſtante) capere poſſeſſionem, tanquam actus conſequutivus collationis, qui fieri poteſt ſine vitio attentati, nec eſt poſſeſſio attentata, ut reſolvit *à num.* 831. *Et num.* 834. dicit illam diſpoſitionem *Concilii Tridentini Seſſ.* 24. *cap.* 18. ampliandam ex identitate rationis ad omnia Beneficia, etiam non Curata, & ad omnes Capellanias: Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 126. *&* 127. ubi refert dictum *Concilium Tridentinum*, & Conſtitutionem *Pii V. In conferendis*, de quibus *ſupr. n.* 4. Sanch. *Concil. lib.* 3. *dubit.* 32. *cap. unic. num.* 262. *in fin.* Vivian. *in Prax. jur. Patron. deciſ.* 91. *num.* 9. *&* 14. Merlin. *tom.* 1. *deciſ.* 223. *num. ultim.* Oliv. *de For. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 17. *à num.* 26. & DD. *ſupra num.* 5.

Idem reſolvit *Salgadus* ex adverſo adductus 2. *part. cap.* 13. *à num.* 153. etiam loquendo in inſtitutione facta per præſentationem Patroni, maximè *à num.* 167. *& à num.* 168. ubi loquitur in proviſione, Eccleſiæ juris Patronatus facta per Sententiam, non habere appellationem effectum ſuſpenſivum in favorem animarum; *& num.* 169. *& num.* 170. *& num.* 193. reſolvit Judicem Eccleſiaſticum violentiam non committere non admittendo appellationem, quo ad effectum ſuſpenſivum; *& à num.* 197. allegat dictum Concilium, & Conſtitutionem *Pii V. Gonzales*, & plures alios in materia; *& num.* 206. dicit dictum *Concilium Tridentinum* habere locum in Parochialibus juris Patronatus ſæcularium: *&* 3. *p. cap.* 9. *à n.* 143. addens *num.* 150. Quod ex hoc Capite non datur nullitas, nec violentia notoria, & quan- 11

quando poſſet conſiderari aliqua injuſtitia, non eſſe Judicem Coronæ competentem, quia non datur violentia notoria: ex Ordination. Reg. *lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. & ſic quotidianam praxim communiter obtinere, & vim non fieri ex hoc capite per Judicem Eccleſiaſticum non differentem appellationi, & cauſam remittendam Judici Eccleſiaſtico, ut ſuam Sententiam exequatur, & ſic practicari.

12 Ex eo reſultat, non poſſe in his terminis gravamen interponi ad Coronam, & juſtiſſimè in *Palatino Senatu* judicatum Chartas Judicii Coronæ Portuenſis Senatus fuiſſe malè expeditas, ex ſequentibus.

13 Primò: quia *Concilium Tridentinum*, & Conſtitutio *Pii V.* de quibus ſupra num. 4. clare diſponunt appellationem ſuſpenſivam non eſſe admittendam in favorem animarum, & Lex nemini facit injuriam, nec gravamen, nec juris executio: ex *L. Meminerint*, *Cod. Unde vi.* Gratian. *Forenſ. tom.* 2. *cap.* 232. *à num.* 21.

14 Secundò: quia Judex Eccleſiaſticus in his terminis eſt merus executor dicti *Concilii Tridentini*, & Conſtitutionis *Pii V.* & à mero Legis executore non datur appellatio: ex *L. Ab executore*, *ff. de Appellation.* quia tunc potius operatur Lex, quam homo, & Judex nihil aliud facit, quam Legem exequi: Gratian. *Forenſ. dict. cap.* 232. *à n.* 19. Mareſcot. *Var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 11. & idem reſolvunt Marant. *de Ordin. Judic.* 6. *part. tit. de Appellat. num.* 345. Salgad. *de Protect. Reg.* 2. *part. cap.* 11. *num.* 16. *& cap.* 16. *n.* 20. *&* 3. *part. cap.* 6. *à num.* 2. *& à num.* 11. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 19. *num.* 53. *in fine*; *& in Collect. ad cap. Relatum*, *num.* 10. *de Clericis non reſidentibus.*

15 Tertiò: quia, ut detur gravamen à Judice Eccleſiaſtico ad Coronam, debet dari violentia, & oppreſſio notoria, juxta Concordatas, & Ornation. Reg. *lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. & ſi violentia fuerit turbida, aut dubia, quæ aliquam dubitationem habeat, non poteſt Judex Coronæ de tali gravamine cognoſcere, propter defectum illius notoriæ qualitatis: ex Gabr. Pereir. *de Man. Reg. cap.* 4. *num.* 11. *in princip.* ibi: *Oportet oppreſſionem, ſeu violentiam eſſe notoriam, & patentem, quæ celari nequeat, vel effici dubia, &c.* & *Cap.* 7. *num.* 2. *& cap.* 6. *num.* 2. Soar. *Contra Regem Angliæ*, *lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 33. Barboſ. *de Penſionib. quæſt.* 6. *num.* 19. Salgad. *ubi ſupr. &* 3. *part. cap.* 9. *num.* 36. ubi reſolvit, quod ſi detur aliquod dubium, quod aliquam offuſcationem pareat, ceſſat talis notorietas, *& num.* 150.

Planè opinio tot graviſſimorum Doctorum, quos retulimus *ſupra num.* 5. *& à num.* 10. in Praxi obſervata, non dari in hoc caſu appellationem ſuſpenſivam, non ſolum facit dubiam opinionem contrariam, ſed etiam eam totaliter deſtruit, maximè attenta diſpoſitione *Concilii Tridentini*, & Conſtitutione *Pii V.* de quibus *ſupra num.* 4. & opiniones probabiles Doctorum ſaltem faciunt rem dubiam, nè detur notoria violentia: ex Cevalh. *in Prologo per viam violentiæ*, *à n.* 137. Oliv. *de For. Eccleſ. quæſt.* 15. *n.* 34. *&* 35. *& quæſt.* 17. *à num.* 47. 26

Ergo *in Judicio Coronæ Portuenſi* cognoſci non poterat de tali gravamine ex defectu notoriæ qualitatis violentiæ, in qua juriſdictio illius Judicii fundatur, ſecundùm Concordatas, & Ordination. Reg. *de qua ſupra num.* 15. & ſic optimè judicatum in *Tribunali Palatii*, Chartas illius Judicii fuiſſe malè expeditas. 17

Nec obſtat Themud. *deciſ.* 302. *num.* 69. *&* 70. dicens dictum *Concilium Tridentinum* non procedere in Eccleſiis juris Patronatus Laicorum, quia pro ſua parte allegat 18

Garc.

Garc. *de Benefic. part.* 9. *cap.* 4. *n.* 18. qui alibi reſolvit contrarium *dict.* 9. *part. cap.* 2. *à num.* 239. *&* 240. dictum Concilium procedere in Beneficiis Curatis, etiamſi ſint juris Patronatus, *& num.* 244. *& num.* 246. reſolvit appellationem eſſe ſolum quoad effectum devolutivum, & ſic juxta has ultimas Reſolutiones *Garciæ* intelligendus eſt *Themudus*, ubi ſupra.

19 Nec officit Hercules Mareſcotus *lib.* 2. *Var. cap.* 64. allegatus per *Procuratorem Coronæ*, quia ibi agit, quando concedenda eſt manutentio poſſidenti, qui eſt caſus diverſus; & quanvis *num.* 15. dicat denegandam manutentionem ei, qui, appellatione pendente, poſſeſſionem ingreditur, etiam authoritate Ordinarii; attamen Mareſcotus ſtatim declarat, & limitat Reſolutionem *num.* 16. niſi detur conſuetudo exequendi Sententias appellatione remotâ, quæ conſuetudo viget generaliter in hoc Regno ob diſpoſitionem *Concilii Tridentini*, & Conſtitutionis *Pii V.* de quibus *ſupra num.* 4. de quibus Decretis nullam mentionem fecit *Mareſcotus*: ſi enim ea legeret, aut videret, contrarium reſolveret, & non dixiſſet *num.* 20. *&* 21. quod ceſſante tali conſuetudine, poſſeſſio capta poſt appellationem interpoſitam erat attentata, cum talis appellatio non habeat effectum ſuſpenſivum ex ſupra dictis.

20 Nec etiam officit Lara *de Capell. & Anniverſ. lib.* 2. *cap.* 11. *in princip.* ex adverſo allegatus; loquitur enim in inſtitutione Capellaniæ inter duos præſentatos, & non in Beneficiis Curatis, de quibus loquitur *Concilium Tridentinum*; imò *num.* 6. recognoſcit noſtram Reſolutionem dicens, quòd quanvis Domini de *Rota* judicaſſent inſtitutionem, & poſſeſſionem, appellatione pendente, fuiſſe attentatam; attamen ſenſiſſe difficultatem, viſa diſpoſitione *Concilii Tridentini*, & reliquiſſe particulariter videndo; *& num.* 7. dicit, quòd Sententia lata ſuper Beneficio Curato eſt exequenda, non obſtante appellatione; *& n.* 13. dicit dictas Sententias exequi non obſtante appellatione ex ſtylo Tribunalis Archiepiſcopatus *Toletani.*

Idem etiam obſervatur in Tribunali *Metropolitano Bracharenſi*, prout contigit in lite, quæ vertebatur inter Comitem *Villæ Novæ de Cerveira*, & *Petrum de Amorim Calbeiros* ſuper Eccleſia *S. Jacobi de Brandara* ejuſdem Diœceſis, qui appellarunt à *Proviſore Bracharenſi*, quia protulit Sententiam in favorem præſentati per Patronum *Bartholomæum Bezerra Rego*, & non obſtante appellatione eundem præſentatum inſtituerat: quare gravamen interpoſuerunt ad *Judicium Coronæ Senatus Portuenſis*, in quo obtinuerunt, & judicatum appellationes eſſe recipiendas, & Sententiam non eſſe exequendam, & omnia reponenda in priſtinum ſtatum, tanquam attentata: & expeditis Chartis noluit *Senatus Bracharenſis* obedire, & vocato Proviſore ad *Tribunal Palatii*, in eo judicatum fuit Chartas fuiſſe malé expeditas; prout conſtat ex Decreto tenoris ſequentis. 21

Outro Aſſento do Paço em caſo ſemelhante.

